D. JUNII JUVENALIS

OPERA OMNIA.

VOL. I.

D. JUNII JUVENALIS

OPERA OMNIA

EX EDITIONE RUPERTIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

EXCURSIBUS RUPERTIANIS

NOTIS VARIORUM

ET

VETERIS SCHOLIASTÆ

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN PRIMUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1820.

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

SERENISSIMO

DELPHINO

LUDOVICUS PRATEUS.

NEC Satiricos evolvisse pigeat Te, SERENISSIME PRINCEPS. Quo amplius, tum domesticis exemplis tum indole propria, ad omne bonum institutus es; hoc magis delectabit Romanorum vitia, quæ et nostra sunt, videre passim damnata; virtutem vero ubique amabilem, ubique laudatam. Forte etiam placebit diversum conferre utriusque viri stylum et ingenium, eidem tamen Satiræ nihilo secius operatum. Facundum hinc Poëtam, ut acriter, sic et diserte, scelus proscribentem, non sine voluptate comparabis cum morosa illa, stricta, salsa dicacitate Persii, severam Stoicorum disciplinam strenue venditantis. Apud hunc certe præclara tot sapientiæ oracula non aspernabere. Apud illum vero quam multa occurrent, jucundeque leges, felicibus hisce temporibus accommodata! Hæc inprimis LUDOVICI magnitudinem exhibebunt:

Et spes et ratio studiorum in Cæsare tantum,
Solus enim tristes hac tempestate Camœnas
Respexit.

Item ista:

Spes vitæ cum Sole redit.

At cum nata auspicatissime,(Tibi dicam, an Regno?) proles adoleverit; ei profecto gaudebis occentare;

Nobilitas sola est atque unica virtus.

Hoc sane potissimum novit Borbonius Sanguis: hoc a Majoribus accepisti: hoc præstas ipse non degener: hoc posteris exemplum stimulus atque incentivum a Te relinquetur. Perge, SERENISSIME PRINCEPS, virtutes quasque summas complecti, hasque doctrina et sapientia decorare; hoc est cum LUDOVICO MAGNO magnitudine certare. Quæ quidem dum generose moliris, nos interim, ad exterarum Gentium invidiam, ævi nostri Francicique Imperii felicitate potiemur; in quo videlicet Reges adeo studiose philosophantur, adeo sapienter dominantur,

PRÆFATIO.

Cum in Siliano carmine cura mea qualicumque emendando illustrandoque versarer, jam tum apud animum constitueram, si necessariis augerer opibus et præsidiis, eandem aliquando operam Juvenali impendere; neque deerant, qui me et promissis et cohortatione ad id, quod intendissem, perficiendum incitarent: sed per totum illud tempus magis de sylva rerum observationumque congerenda, quam digerenda sollicitus eram. Illo deinde labore, ante hos tres annos, exantlato, ad novam hanc provinciam pro virili parte administrandam me accinxi. Quam etsi non ignorabam multo majoris operæ esse; neutiquam tamen mente et cogitatione prospexeram tantam difficultatum, tam externarum quam internarum, multitudinem atque varietatem, quantam re vera expertus sum. Ad illas feliciter superandas opus est vita, tum dulci otio, tum multis circumfluente opportunitatibus, quibus ego quam maxime careo. Gravis enim hæc solet esse muneris scholastici conditio, ut, qui eo rite perfungi, et simul familiam alere cupiat, multis variisque occupationibus distineatur, et longe maximam diei partem juventuti, publice privatimque in studiis humanitatis ac literarum erudiendæ, addicere ipsa necessitate cogatur. Quam ob causam non nisi aliquid subsecivi temporis, gravioribus negotiis subtractum, Juvenali meo dicare mihi licuit: quod ipsum quoque sæpius pluribus, quos susceperam, laboribus et curis, vel domesticis vel aliis, interpellabatur. Huc accedit, quod hujus poëtæ editori necesse

est ad manum esse tum codices ejus scriptos et editos, quorum magnus est numerus, tum optimas ceterorum antiquioris ævi auctorum editiones, multosque alios libros et commentarios, quibus et recensio et interpretatio illius adjuvari queat. Hujus vero supellectilis librariæ, quæ et tanta est, et mihi quidem, qui ab omni tam publicæ quam privatæ bibliothecæ, copiis literariis instructæ, usu exclusus sum, pæne omnis aliunde colligenda fuit, vel minimam partem conquirere quam difficile fuerit, facile intelligitur. Illustris quidem HEYNE, quæ generosa ejus benevolentia est, mihi etiam ultro librorum, quibus carerem, usum obtulit. Sed omnem meam operam lectoribus minus probari iisque haudquaquam satisfacere malui, quam, quoties Viri Summi, tot tamque gravibus negotiis districti, ope indigerem, eam implorare. Quod tamen ad codices Juvenalis tum manu scriptos tum editos attinet, plane indignus forem benevolentia celeberrimorum humanissimorumque, quos ætas nostra tulit, virorum, nisi gratissimo profiterer animo, me tantam illorum copiam ei acceptam referre, ut decimam vix partem cuiquam contigisse crediderim, qui accesserit ad poëtam nostrum edendum. Misit ad me HEYNE codicem Kulenkamp., Schurzfleischii spicileg. animadverss. in Juvenal. et editt. Aldinas tres, Rom. pr., Venet. 1475. 1478. 1482. 1486. 1487. 1492. 1494. 1501. 1515. Vicent. 1480. Brix. 1486. Norimberg. 1497. Lugd. 1507. 1560. 1564. Paris. 1528. 1535. 1544. 1545. 1616. Cracov. 1529. Antverp. 1565. HARLES variet. cod. et Fragm. Erlang. DE HALEM (ex Biblioth. Sereniss. Ducis Oldenburg.) edit. Lugd. 1501. et Brix. 1501. NOTHNAGEL auctore KŒNIG varr. lect. cod. Schwarz. et editt. Ven. 1491. 1512. Brix. 1501. Lips. 1504. Argen. 1527. LANGER codd. Guelferbyt. quatuor, DEGEN varr. lectt. duorum codd. Schönborn. VEESENMEYER varietat. cod. Ulmensis, GEISLER et DŒRING codd. duos Gothanos et Plathneri Lectt. Juvenal. BECK et KUINŒL cod. Lips. et editt. Lips. 1497. 1507. Ven. 1498. Argent. 1518. Heidelberg. 1590. LICHTENSTEIN et FREUDENTHEIL lectt. cod. Hamburg. et editt.

Aug. Vindel. 1599. Basil. 1546. Lugd. 1556. Paris. 1561. 1613. Hanov. 1603. al. WOLTERSTORF (V. D. M. apud Seedorsenses prope Lenzen. in Prignitzia) edit. Lugd. 1511. HENSLER, Archiater Reg. edit. Lond. 1716. MANNERT et SEYBOLD varr. lectt. trium codd. Norimberg. et ed. Lips. 1502. LULLMANN (V. D. M. apud Hollerenses prope Stadam) ed. Lugd. 1505. HERBL observatt. quasdam criticas, HERBELL conjecturas Mss. Schraderi et Withofii, BORHECK, LENZ, et alii, nuntios literarios. *Si spiro et placeo, Vestrum est*, Fautores generosi! Insignis benignitas Vestra rarique exempli humanitas sæpe animum mihi jam labantem confirmavit, eique præcipuum editionis meæ ornamentum debeo. Dum itaque vivam, gratissima ejus memoria nunquam ex meo effluet animo.

Remota sic magna saltem parte externorum, quibuscum mihi conflictandum erat, impedimentorum, restabant alia longe majora, quæ ipsa operis suscepti difficultas afferebat. Nam, quod ex Ind. Editt. apparebit, nullum fere antiquorum poëtarum viri docti magis neglexerunt, quam Juvenalem, qui hac tamen contemtione et incuria minime pæne omnium dignus erat, nullum interpretes argutiis vanaque doctrina ita obscurarunt et veluti obruerunt. Desideratur adhuc editio, in qua tum contextus, quam et accuratissimo et modestissimo potissimum judicio fieri possit, ad fidem veterum exemplarium constituatur, tum Satiræ ipsæ cum sensu poëtico et plena Latinarum literarum scriptorumque satiricorum cognitione illustrentur commentario perpetuo satisque idoneo, qui doceat adolescentes cum fructu, voluptate, et sensu pulchri eas legere, et non modo in singulis, quæ tam argumentis quam eorum tractatione ita differunt, ut alii subinde sensus concipiendi sint interpreti, qui in ea se insinuare velit, quævis intelligere, sed etiam cujuslibet summam universamque præstantiam ac virtutes cognoscere, quæ non tam singulis rebus, earumque enuntiatione atque inventione, quam illarum tractatione, vel partium inter se convenientia, et ad totum consiliumque primarium conspiratione conti-

nentur. Ad ejusmodi editionem curandam me aspirasse haud dissimilo: sed quam parum ad talem conatum rite perficiendum vires meæ sufficiant, me magis in dies sensisse, non ficta quadam modestia, sed ex animo profiteor.

Omnium vero, quos unquam exhausi, laborum longe molestissimi fuere partim lectio commentariorum, qui temporis jacturam fructu inde percepto neutiquam compensabant, et in Henniniana editione ad quemvis versum singulatim erant evolvendi, partim collatio tot codicum et scriptorum et editorum, quorum multo maximam partem ipse a principio ad finem comparavi, cum nondum a quoquam id factum vidissem, partim denique confectio Indicis rerum verborumque uberrimi.

Tot tantasque difficultates si quis reputaverit, non mirabitur profecto, nondum fuisse quenquam, qui tantum sibi oneris, quantum ego receperim, imponi pateretur, et in eodem constanter perseveraret; multosque, quos infra in Ind. Editt. extr. laudabo, a consilio edendi Juvenalis, jam diu mente agitato, destitisse. Neque ego telam, centies impatientia abruptam, qualicumque ratione detexuissem, nisi tum verecundia obstitisset, quo minus fidem tot tantisque viris datam fallerem, opesque ab illis frustra mihi suppeditatas, nullique plane usui poëtæ fuisse sinerem; tum ipsa gravitas ac multitudo eorum, quæ conatibus mei impedimento fuissent, certam mihi jucundamque fecissent spem veniæ alicujus ac indulgentiæ virorum doctorum; quibus meliora et nunc forte dedissem, et olim darem, si contingeret mihi esse tam felici, ut non usum modo bibliothecarum, ad quas iis, qui scholasticis funguntur muneribus, aditus plerumque non patet, sed plus quoque otii haberem: quarum rerum jucundissima spes præsentis fortunæ solatium est.

Hæc pauca non unam ob causam præmonenda censui, priusquam hujus editionis indolem et consilium declararem, quod nunc breviter expediam. Cum vero eadem pæne usus sim ratione, quam in Silio edendo sequendam duxerim; easdem quoque res iisdem plerumque verbis expo-

nere mihi liceat, ita tamen, ut resecentur nonnulla, quæ huc non spectent, et adjiciantur alia.

Prima utique et perpetua cura fuit hæc, ut, quicumque mea editione uteretur, aliam non magnopere desideraret, sed in ea reperiret, quicquid boni et præclari ad poëtam emendandum illustrandumque interpretes contulissent. Semper enim mihi displicuit mos et consuetudo eorum, qui ubivis lectores, etiam obscuris in locis ac rebus, ad alias remittunt editiones, adeoque hanc iis necessitatem imponunt, ut, quot sint unius scriptoris editiones a viris doctis curatæ, tot habeant et coëmant, si, quæcumque ad ejus sive lectionem sive interpretationem adjuvandam ab editoribus collata sint, cognoscere cupiant. Quod profecto non minus habet incommodi, quam si, superiorum temporum vitio, Variorum notas, vel excerptas vel integras, tuis adjungas, quo fit, ut præter recta, bona et utilia, etiam permulta, sive falsa et a posterioribus interpp. jam confutata, sive vulgaria et aliena, nec semel tantum, sed sæpius legenda sint, et ipse auctor in notarum mole, tanquam cymba in Oceano, natare videatur. Ego mediam ingressus viam, quæ bona alii habent, cum delectu excerpenda,[1] et, ut

NOTÆ

1 Heyne in Præf. ad Virgil. T. III. 'Utilissima,' inquit, 'haud dubie opera a viris doctis ponetur in hoc, ut plurium editionum bona, cum dilectu tamen prudenti et diligenti, in unam conferant, eaque bona novis opibus, quas nostri in his literis profectus, nostræ ætatis rationes postulare forte videntur, locupletent, quibus iterum alii singulas, quas conferre se posse putent, accessiones adjiciant: ut, in molesta hac diversarum editionum, quæ singulæ aliquantum bonæ frugis habent, copia perveniatur aliquando eo, ut iis, quæ ante hos ducentos vel centenos annos usum forte habere poterant aliquem, nunc autem aut omnino habent nullum, aut saltem exiguum, spretis ac rejectis, utilissima et optima quæque in uno libro comprehensa habeamus. Nisi enim literarum antiquarum studio hac aut simili alia ratione succurratur, qua resecentur inutilia et a nostri sæculi cultu ac genio aliena, adjiciantur autem ea, quæ huic literarum luci, huic poëtices et artium expolitioni, acumini philosophiæ melioris et historiæ subtilius tractatæ, varietati et copiæ doctrinæ, consentanea sint; nisi minuantur porro sumtus in tot editiones, quas nisi omnes ad manum habueris, sapere non licet, inque tantum librorum auxiliarium apparatum faciendi; revocentur vero virorum doctorum studia ad certum ac definitum finem

eo lucidior esset series annotationum, nostraque facilius ab alienis discerni possent, illa Commentario subjicienda censui, hunc vero, cum prolixior esset, quam ut, ad exemplum Virgilii Heyniani nostrique Silii, criticis subnecteretur notis, ab iis sejungendum curavi et separatim typis exprimendum. In easdem notas, commentario aspersas, conjeci tum exempla dictionis alicujus aut elegantiæ, tum loca veterum scriptorum, in rebus historicis, geographicis, ac mythicis a me laudata. Horum forte non deerunt qui nimiam reprehendant copiam: eam tamen ex vano eruditionis ostentandæ studio profectam existimari nolim; et res justam excusationem habere videtur. Primum enim haud dissimilo, me omnem dedisse operam, ut quam plurimis satisfacerem; neque vero ignorabam, permultos etiam hodie esse viros doctissimos, quibus hæc rerum verborumque illustrandorum ratio arrideat, quæ olim Nicol. Heinsio, Burmannis, Brœckhusio, Schradero, Drakenborchio, aliisque magni nominis hominibus probabatur: quorum tamen vestigia non ita secutus sum, ut exempla tantum exquisitioris loquendi formæ cumularem, nulla habita ratione originis ejus vel causæ, indolis ac significatus, nec admonito de iis lectore, nisi forte illa vel ex locis ascriptis satis intelligi et legentibus jam hac compendiaria via, qua chartæ parcitur, in memoriam revocari possent, vel ibi ab aliis, quorum editiones ac libri omnium fere manibus teruntur, jam explicata essent. Deinde in doctissimo poëta interpretando versabar, in quo adhibendæ talis eruditionis facultas et major erat, et aptior atque utilior. Præterea id egi, ut non tirones modo, sed eruditos quoque homines et juventutis potissimum magistros meam Juvenalis editionem consuluisse haud omnino

NOTÆ

'et usum, constituanturque omnia 'sic, ut et iis capiendis par sit animus et vero etiam ceteris disciplinis 'percipiendis satis recte vacare possit: hæc, inquam, nisi mature provideantur, vereor, ne studium hoc 'Græcarum et Latinarum literarum in 'dies in majorem contemtum adducatur a viris prudentibus, seu qui 'sibi prudentes videntur, qui omnia 'ad vitæ usum referre volunt, nec 'literis, nisi ex utilitatis messe, quæ 'cum ipsa satione statim conjuncta 'sit, pretium statuunt.'

pœniteret, atque iis, qui longiores disputationes de tot exquisitis dicendi formulis, rebusque historicis, mythicis, ac geographicis, ubivis in doctissimo poëta obviis, requirerent, (quales passim inveniuntur,) non laterent uberiores, unde eas peterent, fontes, et quidem plerique vel adeo omnes, ut, si hunc vel illum adire non possent, (quæ tristis multorum sors est,) ad alios confugerent. Denique iis etiam, qui talia non desiderant, eo prospexi, quod illa redegi in formam notarum, quas præterire possunt.

Præcipua quoque cura mihi fuit hæc, ut non modo editio mea juvenibus, bonarum literarum studiosis, quibus eam potissimum destinavi, plus, quam ulla alia, ad poëtam legendum intelligendumque proficeret, nec quicquam in ea omitteretur, quod crucem iis figere posset; sed doctiores etiam, in locis certe obscurioribus, illam inspexisse non prorsus pigeret, iisque si non ingenium rectumque judicium, saltem studium probarem, varietate lectionis e tot codicibus excerpta. Duobus itaque animadversionum generibus hanc editionem instruendam putavi; quorum alterum spectaret ad veram Juvenalis lectionem investigandam, (quo etiam *Excursus* pertinent, in quos prolixiores critici argumenti observationes rejeci,) alterum vero ad rerum verborumque difficultates removendas. Etenim neque eorum ratio institutumque probandum videtur, qui non nisi in textu auctoris alicujus corrigendo laborant, satisque habent variarum lectionum farraginem undique in unum congessisse locum; neque eorum, qui res tantum et verba scriptoris illustrare instituunt. Illud per se quidem bonum et utile est, nec tamen sufficit ad librum cum fructu legendum; hoc autem, nisi legitimam crisin adhibeas, qua de vera lectione constet, sæpissime parum procedit: nam frustra interpretari conaberis ante, quam corrupta emendaveris. Neque vero criticæ notæ ab hac editione alienæ propterea censendæ sunt, quod juventuti ea in primis consultum volui. Nam ad Juvenalem cum fructu legendum ii demum admittuntur, qui mentem jam aliquantum literarum antiquarum studiis excoluere, adeoque

criticam rationem et subtilitatem animis assequi possunt. Adolescentes quoque, generosioris saltem indolis, criticæ alicujus facultatis copiam, qua nemo quidem, qui ad ingenuæ doctrinæ gloriam solidamque eruditionem aspirat, sine insigni et suo et cujuscumque disciplinæ, cui operam dat, damno carebit, sibi comparare, et ad hanc judicandi rationem sensim institui, formari, et acui necesse est. Tum etiam id egi, ut non solis juvenum, sed doctorum quoque virorum usibus qualicumque opera mea inservirem. Neque Juvenalis satiræ ita jam subsidiis librorum doctorumque ingeniorum studiis expolitæ sunt, ut critica in iis opera plane supervacua sit. Si vero quis scriptoris alicujus edendi consilium animo agitat, id primum contendat necesse est, ut contextum ejus quam emendatissime exhibeat, et labes maculasque, librariorum vel stupore vel socordia ei aspersas, una cum laciniis deleat et pannis, quos inepti interpolatores illi assuisse videri possunt.

Fortasse tamen viri docti jure meritoque nimiam meam in ea re vituperandam judicabunt industriam: amplius enim octoginta codices, vel manu scripti vel editi, et plerique quidem tum a principio ad finem, tum a me ipso, tum accuratissimo studio, comparati sunt. Quantum molestiæ exhauserim in conquirenda excutiendaque tanta lectionum farragine, facile intelligent, qui vel unum codicem diligenter contulerint. Cum vero longe maxima varietatis hujus pars ad inanes quisquilias, et librariorum vel stuporem vel negligentiam redeat; exiguum profecto fructum inde et Juvenalis et lector percipere potest, isque maximo mihi redimendus fuit tædio, sumtu, opera, et dispendio temporis. Quo labore Herculeo expertus sum, quam vera sint, quæ monuit Heyne in Præfat. ad Virgil. T. III. ‘Virorum doctorum judicia super varietate lectionis et codicum comparatione plerumque ea sunt, ut nihil omittendum esse putent, quod in aliquo libro scripto, vel ex scriptis edito, aliter, quam vulgo legitur, exaratum sit. Si tamen in Virgilio hoc forte concedi potest, tanquam in poëta principe, in quo nihil nimis leve esse possit, et in quo critices rudi-

'menta facienda sint adolescenti: nolim tamen cuiquam 'eandem rationem probari in aliis minoris dignitatis scrip'toribus. Si enim in Virgilio, ut diximus, esse potest utili'tas aliqua variæ lectionis diligentius etiam in obscuris, 'levibus, aut solennibus erroribus ascriptæ; ut specimina 'habeant adolescentes festinationis et stuporis librariorum: 'quæ tandem in aliis, et ubique, esse potest utilitas enotatæ 'varietatis, quæ, si vere dicas, varietas nulla est, sed mera 'librariorum aberratio, millenis exemplis dudum nota, modo 'ab incuria, modo ab ignorantia, modo a sæculi inscitia 'profecta? in qua nihil novi occurrat; nihil quod non sex'centies observatum sit; nihil quod aliquem fructum habeat 'aut habere possit. In primis autem in iis auctoribus, qui 'jam critica arte et ad meliorum librorum exemplaria emen'dati sunt, quam utilitatem studii expectare potest is, qui 'iterum vulgarem aliquem et diobolarem codicem aut editio'nem a somnolentis operis depravatam sedulo excutiat, 'sphalmata et errores annotet, et sic novam se editionem 'adornasse putet? Nonne turpe est, brevem hujus vitæ 'fructum in hæc impendere? in tam late subcrescente 'rerum discendarum segete operam in nugis his consumere? 'Verum est ea multorum opinio, nullo animi judicio explo'rata, ut putent satis esse, si modo codicem vel editionem 'veterem conferendam habeant; id autem, quod primo loco 'considerare debebant, sitne is liber novæ aut emendatioris 'lectionis, fons vel adjumentum, vix in animum admittant. 'Atqui, ut hoc exemplo utar, Virgilii trecentos codices et 'editiones veteres hoc respectu vix dignas habebit, quas 'inspiciat, is, qui non ad vulgarem opinionem judicium sibi 'mentis constituendum putet.' Alia, non minus digna quæ legantur, in eam rem disputavit Heyne in Præfat. novæ edit. Virgil. T. I. pag. XXVIII sq. ubi etiam pag. LXVI. hæc laudavit verba Plantini in Præfat. ad Jul. Cæsarem: 'Quæ 'enim finis—quousque paginas omnes obsidebunt variæ et 'vanæ sæpe lectiones? Excutiuntur profecto scriptores ipsi 'e manibus, dum avida juventus ad hæc deverticula abit et 'πάρεργα ista curat velut ἔργα. Quam multi jam qui libros

'tantum legunt, ut emendent? ut illos meliores faciant, non 'ut sese? Itaque toti in voculis aut syllabis aliquot exami- 'nandis sunt; et segetem illam uberem rerum sententiarum- 'que subter habent, paleis modo lectis.'

Quæ cum ita sint, nonne consideratius egisse viderer, si variarum lectionum aliquem delectum fecissem, et ita summum levassem tædium, quod in iis excerpendis mihi devorandum fuit? Id quoque mihi ab initio propositum fuisse et constitutum haud diffiteor. Sed multas consilii mutandi rationes habui, quæ, si non sufficiunt ad causam meam defendendam, veniæ tamen spem, aliquam certe, mihi ostendunt. Nam primum, ejusmodi delectum cum judicio subtili adhibere omnino difficillimum; et multo facilius est, ut in plerisque rebus, ita et in hac, utiles egregiasque leges ferre, quam servare et ad usum transferre. Deinde, quod jam supra professus sum, id curare et volui et debui, ut, qui hanc sibi pararet editionem, reliquis omnibus carere posset. Tum noveram, non deesse, qui omnem lectionis varietatem desiderarent: quam plurimis autem sive prodesse cupiebam, sive gratum facere, et non adolescentibus tantum, sed eorum etiam magistris, aut omnino eruditioribus longiusque in his literis provectis, operam meam diligentiamque probare; qua effeci saltem hoc, ut quales sint libri, quorum mihi facultas fuerit, plane perspici, et, si quis post me Juvenalem denuo recensere velit, labore eorum conferendorum supersedere possit. Quin juvenum quoque, qui jam aliquantum profecissent in literis, et ad animum potius poliendum, quam ad victum quærendum, studia referrent, magni interesse arbitrabar, aliquam de cujuslibet variæ lectionis ratione, origine, usu, et dignitate, judicandi facultatem consequi, et medicinæ corruptis locis adhibendæ sagacitatem, criseosque faciendæ gustum sibi parare. Præterea nondum quisquam editorum hunc sibi laborem sumsit, ut multos codices vel scriptos vel editos Juvenalis, eosque accurate inter se conferret, et de indole ac pretio eorum dispiceret. Ego primus tantum mihi oneris imponi passus, et in ea quoque re adjutus sum ope virorum doctorum, qui haud

vulgari humanitatis exemplo tot poëtæ exemplarium vel varietatis eorum, ab ipsis excerptæ, copiam mihi fecere; qui opiparus apparatus ne frustra mihi contigisse videretur cavendum erat.[1] Novam quoque *recensionem* adornare conabar, eamque promisi in titulo libri. Hæc vero sine accurata omnium, certe plurimorum, codicum collatione neutiquam perfici potest.[2] Huc accedit, quod plurimum interest,

NOTÆ

1 Ernesti in Præfat. ad Tacitum p. v. vi. 'Superioribus,' inquit, 'sæculis, 'qui ad recensendos scriptores veteres accedebant, satis habebant, Codices scriptos et editos consulere in 'locis iis, ubi hærerent ipsi, et difficultatis aliquid objectum esset. Itaque tantum lectiones librorum, ad 'ea loca fortasse profuturas, petebant, non universam lectionis varietatem. Ea re commiserunt, non modo 'ut iidem libri consulendi essent his, 'qui post eos ad recensendos eosdem 'scriptores accederent, si quid alicubi vitii subodorarentur, sed multa 'etiam intacta ipsi relinquerent, quæ 'ex iisdem libris poterant emendari. 'Etenim nemo est ita lynceus, ut 'omnia lectionis vulgatæ vitia sua 'sponte videat, nec interdum pro 'rectis probet, quæ vitiosa sint, aut 'velut plana ac perspicua transeat, in 'quibus alii aut parum aut nihil intelligant. Casaubonus quidem (ad Suetonium) fatebatur, sibi sæpe accidisse, ut, quæ clarissima putasset, in iis 'hæreret, cum plana et perspicua eorum interpretatio peteretur. Inde 'etiam fit, ut subinde viri docti, aut, 'vitio lectionis animadverso, conjecturis se exerceant, aut explicare laborent, quod vitiosum est; nihil 'laboraturi, si librorum veterum 'lectiones omnes notatas haberent 'ab iis, quibus eorum facultas fuisset. 'Itaque utiliter hoc institutum est a 'recentioribus Criticis, ut e codicibus scriptis editisque omnis lectionum varietas, etiam manifesta scripturæ vitia notarentur: unde quantum utilitatis redundaverit ad scriptores veteres, non ignorant, qui in 'his literis diligenter sunt versati.— 'Historia autem editionum ea demum utilis est, quæ docet, unde 'cujusque textus ductus sit; utrum 'ex alia superiori repetitus, an e 'scriptis editisque libris ab idoneo 'auctore emendatus: quibus ignoratis, nihil editionum notitia, neque 'ad delectum in emendo, neque ad 'usum in emendando interpretandoque, prodesse potest.'

2 Digna sunt, quæ huc transcribantur verba Ill. Wolfii ex Prolegom. ad Homer. § 1. 'Pauci novarum recensionum auctores ita agunt, aut 'eam laboris patientiam afferunt, ut 'ex locis satis sæpe reconditis et disparatis, in primisque ex veteribus 'exemplaribus, omnem varietatem 'lectionis contrahant, qua deinde 'cum vulgatis comparata, constantem emendationem aggrediantur. 'Immo consistunt fere tum demum, 'ubi impeditior sensus vel ipsa specie 'manifestum vitium objicitur; jam ad 'varias lectiones aut ad vetus exemplar confugiunt, surda plerumque 'oracula, nisi constanter consulentibus. Neque multum diversa ratio 'est eorum, qui, quantumvis interdum docti ac solertes, omnem emendationem ex aliquot librorum Mss,

quibus locis manifesta operarum vitia enotentur. Ubi certissima est lectio, recte omitti possunt, et a nobis fere omissa sunt; non vero, ubi illa est dubia: tum enim multum valent

NOTÆ

'fide suspensam esse volunt, aut qui 'texta, quæ vocantur, plane edunt 'ad unius exemplum; velut isti tandem libri ad scriptoris salutem fatis 'destinati essent. Ab hoc leviore et 'quasi desultorio genere plurimum 'discrepat justa, perpetua, et certis 'artis legibus nixa recensio. In illo 'nihil prope aliud, quam passim ex'tantia aliquove libro prodita vul'nera sanare volumus; transmitti'mus plura, ad sensum quidem bona 'et tolerabilia, sed ad auctoritatem 'nihilo meliora pessimis. Justa au'tem recensio, bonorum instrumen'torum omnium stipata præsidio, ubi'que veram manum scriptoris rima'tur; scripturæ cujusque, non mo'do suspectæ, testes ordine inter'rogat, et quam omnes annuunt, non 'nisi gravissimis de causis loco mo'vet; alia, per se scriptore dignis'sima, et ad veritatem seu elegan'tiam sententiæ optima, non nisi 'suffragatione testium recipit; haud 'raro adeo, cogentibus illis, pro 'venustis infert minus venusta; em'plastris solutis ulcera nudat; deni'que non monstrata solum, ut mali 'medici, sed et latentia vitia curat. 'Hac in ratione tametsi ingenio et 'arti conjectandi minime locus deest, 'tamen quoniam omnis veteris scrip'turæ fides ab incorruptis monimen'tis pendet, ante omnia est elaboran'dum, id quod fieri certe nequit sine 'ingenio, ut fontium, unde cujusque 'scriptoris textus hauriatur, propri'etates et singularem naturam scrute'mur; varios testes, per classes et 'familias dispositos, ex sua quemque 'indole metiamur, atque calliditate 'quadam, nec illa tamen cupida, 'eorum tanquam voces et nutus ex'cipere discamus. Etenim in pluri'mis rebus et Critico, et quicumque 'sibi rem historicam exquirendam 'sumsit, imitanda est boni judicis 'consuetudo et prudentia; qui prius, 'quid testes afferant, lente explorat, 'et omnia veritatis argumenta colli'git, quam rei gestæ conjecturam 'suam interponere audeat. Ac ne 'potest quidem fieri, ut qui paucis 'codicibus, quales vulgo occurrunt, 'fretus conjecturam quamvis saga'cissime exerceat, in multis veterem 'ac germanam scripturam assequa'tur. Nam ut in rebus judicandis 'tabularum et literarum penuriam 'ingenium compensare nullum po'test; ita acerrima ejus vis, non tem'perata et subacta assiduo usu libro'rum, in historicis et criticis rebus 'frustra laborat. Quippe hæ utræ'que res magis nomine quam genere 'inter se differunt, nec diversis te'nentur judicandi regulis. Itaque 'ut ingenium, sicut par est, mem'branaceis thesauris longe præferas, 'plurimum tamen interest ipsius in'genii, quam plurimos codices com'parari, quorum testimoniis judicium 'de vera lectione nitatur, et multis 'modis adjuvetur divinatio. Quare 'quo frequentius scriptor aliquis ad 'codicum collationem vocatus est, 'eo magis justa illa et constans re'censio locum habet: in ceteris, qui 'adhuc paucitate subsidiorum labo'rant, haud scio, an multiplicandis 'textorum formis hæc studia, nimis 'per se operosa, impediantur potius 'quam ornentur. In tales nempe '*recognitio* quædam, non veri nominis '*recensio* cadere videri potest.'

ad veram lectionem, cujus vestigia in iis latent, vel eruendam vel confirmandam. Denique ea, quam secutus sum, ratione, brevissima scilicet notatione codicum, quos non modo designavi numeris, sed etiam, quoties plures, ordine se excipientes, v. c. viginti priores, inter se congruebant, hac nota 1-20. laudavi, efficere poteram, ut rerum forte inutilium mole paucæ tantum complerentur plagulæ. Ita sperabam fore, ut non modo multis, qui omnem lectionum varietatem cuperent enotatam, satis facerem, sed ab iis quoque, quibus magna criticæ sylvæ, a me congestæ, pars nulli plane usui esse videretur, veniam impetrarem, quod huic perituræ non pepercissem chartæ; utque adeo aliorum gratiam diligentia et studio, aliorum vero summa brevitate mihi conciliarem.

In codicum Mss. et editionum indice me viris eruditis minime satis fecisse, facile prævideo. Accuratum plenumque ejusmodi recensum conficere utilissimum quidem est in re critica, sed difficillimum quoque ac tædii plenissimum, in primis in Juvenale. Nam non ipse modo poëta innumeris in membranis, quæ passim in bibliothecis, tam publicis quam privatis, servantur, descriptus, et a typographicæ inde artis primordiis quovis fere anno, et nonnunquam bis terve, typis expressus est: sed nondum etiam editorum quisquam hoc in se laboris suscepit, ut sive de codicum Mss., a se ipso vel ab aliis collatorum, quamvis paucorum, pretio atque ætate judicium subtile ferret, et vel ex uno omnem lectionum varietatem notaret; sive editiones ad usus criticos apte describeret, accurata omnium, certe antiquarum optimarumque, comparatione instituta, in eorum ordines et classes, stemmata et cognationes, stirpes et familias vel propagines solerter inquireret, quantique adeo quævis æstimanda, quidve ex ea vel ad crisin, vel ad interpretationem præsidii expectandum sit et petendum, diligenter examinaret: utque ita textus et lectionis vulgatæ justam prope historiam, atque, ut ita dicam, genealogiam necteret, aut ex quo fonte ea ducta, quousque progressa esset, quandoque cursum mutasset, perscrutaretur. Opera editorum,

etiam eorum, qui optime de recensendo Juvenale meriti sunt, Stephani, Pulmanni, Pithœi, Rigaltii, Henninii et Maittarii, in eo substitit, ut paucas easque memorabiles lectiones aliquot librorum, quibus usi essent, excerperent, hosque nominarent tantum, nec ulterius describerent; aliorum vero, qui pleniores editionum annales condere aggressi sunt, Maittarii, Fabricii, Ernesti, et sodalium Bipontinorum, in eo, ut solos earum titulos, et ne quidem omnium, nec satis accurate, recenserent: unde vere dixit Ernesti in Præfat. ad Tacit. p. XLII., homines plerumque nescire, quid sibi velint, cum de *vulgata* sive *recepta lectione* loquantur. Ego novam eamque lubricam ingressus viam, quamvis eo, quo tenderem, me perventurum spes nulla esset, procedere tamen conatus sum, quo usque licuit per itineris difficultatem, per præsidiorum copiam, per otium, et per ingenium meum, quod talis rei literariæ subtilitas nunquam valde vel exercuit vel juvit. Fortasse hæc opera admodum imperfecta et manca, junctis præcipue ac præcedentibus multorum studiis, aliquando vel ab aliis, vel a me ipso, si plus et otii et subsidiorum nactus fuero, perfici poterit, aut saltem continuari et corrigi.

Quod ad contextum poëtæ attinet, editionem quidem Bipontinam, quæ tota fere ex Henniniana, ut hæc e Schreveliana, expressa est, operis librariis excudendam tradidi, verum sexcenties, ubi criticæ rationes id omnino suadere, vel potius jubere videbantur, non modo interpunctionem, quæ ad sententiam tum expediendam tum turbandam plurimum valet, sed ipsas quoque lectiones mutare ausus sum; ut itaque hæc recensio plane nova videri possit. In qua quidem ita versatus sum, ut omnes lectiones, in quibus varietas esset, ad bonorum librorum fidem et ad vera ac recta linguæ artisque præcepta solerter exigerem, easque ita vel servarem ac defenderem, vel ejicerem, vel revocarem. Illam enim multorum morositatem et quasi superstitionem, quæ religioni sibi ducit, verba vel manifesto corrupta et idoneo sensu carentia cum sanis, aptis, et poëta dignis permutare, non minus probandam puto, quam aliorum in hoc conatu

temeritatem. Qui vero in Juvenale recensendo et castigando elaboraverunt viri docti, permulta nondum recte constituisse ac sanasse videntur, quin sæpe ne satis quidem perspicui librariorum erroris suspicionem habuere. Quotusquisque enim est tam lynceus, ut omnia vitia ipse sua sponte deprehendat, omnibusque horis satis acute videat, neque pro veris ac sanis nonnunquam probet, quæ falsa sint et corrupta, aut tanquam plana et facilia prætermittat, quæ vel alii non satis intelligant, vel ipse difficilia explicatu esse tum demum sentiat, cum aliis ea accurate et perspicue interpretari conetur?

Præter loca, quæ ex fide codicum correxi, permulta reperientur, quæ vel spuria et adulterina esse suspicatus sum, vel, quoniam librorum ope sanari non poterant, qualicumque ingenio meo emendandi periculum feci. Illa potissimum sunt Sat. I. 157. V. 91. VI. 188. 274. 558. 559. 640. VIII. 7. 194. IX. 123. X. 37. XII. 50. XIV. 229. XV. 34. hæc vero Sat. I. 40. 67. 133. 134. 145. 157. II. 17. 159. III. 12. 90. 91. 186. 196. 231. VI. 91. 117. 150. V. 9-11. 117. VI. 18. 56. 65. 66. 116. sq. 188. 194. 197. 316. 423. 464. 501. 584. 604. 606. 656. VII. 37. 120. 124. 194. IX. 53. 68. 106. 121. X. 5. 55. 150. 177. 183. 291. 323. 326. XI. 28. 97. 106. 114. 148. 193. XII. 31. 44. 53. 55. 102. 117. XIII. 44. 141. XIV. 102. XV. 20. 43. 44. 45. 104. 114. 134. seq. XVI. 56. Eam tamen, uti fas erat, moderationem adhibui, ut neque versus suspectos e contextu ejicerem, neque in eum reciperem conjecturas meas, nisi vel lectio, quæ in vulgatis libris circumferretur, plane inepta esset, et editores poëtæ jam aliam in ejus locum substituissent, certe substituendam docuissent, vel etiam evidentia esset tanta, ut cuivis hanc illamve correctionem probatum iri confiderem, qui usum rei criticæ haberet, et non linguam modo latinam probe calleret, sed poëticum quoque, et præcipue satiricum sermonem sibi familiarem reddidisset. Commemoravi etiam emendationes et conjecturas tam editorum Juvenalis, quam antiquiorum recentiorumque criticorum, ex variis eorum scriptis excerptas; ineditas quoque

Herelli, Schraderi, et Withofii. Nullus autem dubito, quin non modo harum numerus et copia admodum augeri queat ab iis, quibus major, quam mihi, supellex sit libraria, sed etiam, si quis criticæ artis peritus, et tam subsidiis large instructus, quam ingenio poëtico judicioque, assidua Juvenalis poëtarumque satiricorum lectione formato atque subacto, ornatus, Satiras has novis curis castigandas suscipiat, neque, ut ego, operas tantum subsecivas et tumultuarias huic negotio impendere cogatur, sed quantum satis est otii habeat, larga adhuc laudis comparandæ messis ei proposita sit.

Cum in eo fere acquieverint interpretes Juvenalis, ut notas passim aspergerent, quæ sæpissime in iis ipsis locis, qui desiderium nobis alieni faciunt auxilii, nos eo destituunt et spem penitus fallunt, in aliis vero, in quibus nemo earum opem desideret, ad fastidium copiosæ sunt et doctæ: his finibus qualemcumque operam meam circumscribi haud passus, sed perpetuis poëtam commentariis illustrare conatus sum. Unicuique Satiræ satis amplum præmisi Argumentum, ut, quæ summa ejus est, qui sententiarum ordo et nexus, confestim in oculos incurreret, neque opus haberem, quoties Juvenalis ad alia progrederetur, in notis id indicare. In Commentario hoc potissimum egi, ut, quæcumque nondum ab aliis aut recte, aut satis perspicue exposita essent, pro facultate mea accuratius enuclearem, nec quicquam inexplicatum relinquerem, in quo hærere possent ii, qui ad Juvenalem legendum admitterentur, hoc est, jam aliquantum in hoc literarum genere versati et provecti, neque tamen eruditi. Atque in obscurioribus locis eam fere rationem secutus sum, ut et ipse, quomodo nodus expediri possit, ostenderem, et aliorum simul explicationes pæne omnes submitterem lectorum judicio, quibus suas ubivis sententias, tanquam unice veras, obtrudere velle, magnæ profecto arrogantiæ est. In universum vero, et in Argumentis Satirarum, et in Commentario, id operam dedi, ut non modo poëtam grammatice interpretarer et ex historia illorum tempo-

rum, mythologia, scientia antiquitatis et geographia illustrarem, sed etiam ad ea, quæ sive pulchra et apta, sive prava et aliena essent, ad inventorum fontem, ad rerum verborumque ornamenta, ad poëtæ doctrinam et artem in inveniendis tractandisque rebus, ad partium inter se convenientiam et ad commune consilium conspirationem, mentem lectorum intenderem. Omnia quoque ad sensum meum explicare conatus sum ante, quam interpretes consulerem. Quoties autem, quæ alii jam occupaverant, notavi, semper monui, quibus ea deberem: nam aliorum scrinia compilare, et instar graculi superbi, pennis pavonis exornati, alienis bonis gloriari, longe a moribus sensibusque meis abhorret. Sed furti invidia mihi deprecanda est, si quis forte offenderit nonnulla, vel vulgaria et eruditis certe hominibus notissima, quæ igitur facile pluribus sponte in mentem incidere possunt et hinc a pluribus quoque notata sunt, vel minus obvia, quæ ab aliis jam alicubi observata meminerit: omnes enim virorum doctorum libros et commentarios, in quibus unus et alter poëtæ nostri locus illustratur, neque mihi comparare rei familiaris angustia patitur, neque excutere vel vacat vel lubet. Hinc quoque veniam mihi dent oro, qui non memorata viderint quædam a se vel aliis animadversa in singularibus libellis, vel versionibus Juvenalis, vel commentariis in alios poëtas, quibus copiis haud dubie mea penus admodum locupletari poterit.

Non dubito tamen, fore permultos, qui in opera mea brevitatem, insignem interpretis virtutem, valde desiderent: neque diffiteor ipse, me passim monuisse, quæ tenuia et vulgaria videri possint viris doctis, harum rerum intelligentibus. Sed primum mihi ita constitutum erat, ut quam plurimis prodessem, ut omnibus satisfacerem, et ut quædam non adeo necessaria irrepere mallem, quam omitti ac negligi necessaria, et huic vel illi sive obscura sive ignota, quæ moneri et illustrari non omnium quidem, sed quorumdam tamen lectorum interesset. Deinde hac ætate nostra, qua in tanta, quæ jactatur, literarum luce summa rerum utilium ignorantia in dies longius serpit et diffunditur, infinitarum

autem rerum notitiæ vel crudæ vel inutiles vel noxiæ latius sparguntur, qua, qui disciplinas tradunt, ab omni subtilitate desciscunt, et, qui iis addiscendis operam dare videri volunt, angustioribus quotannis terminis studia circumscribunt, et utilitatem præstantiamque omnis doctrinæ liberalis unice quæstu et lucro, quod ex ea quam primum facere possint, metiuntur, quaque in locum accuratæ et solidæ eruditionis, ad quam majores nostri aspirabant, popularis, quæ dicitur, scientia vel jejuna et insipiens sapientia succedere cœpit, et ingenia luxu enervata sive otio, nugis, rebus ludicris deliciisque pascuntur, sive ab iis, quæ cognosci possunt ac debent, ad rerum portenta ac monstra vel puerilia oblectamenta, quæ intelligi nec licet nec prodest, deflectunt; hac, inquam, ætate sexcenties mihi usu venit, ut non juvenes tantum, sed ipsos etiam eorum magistros, quique docti et sibi viderentur homines et ab aliis haberentur, in iis hærere, eaque vel ignorare, vel non satis perspicue et accurate explicare viderem, quæ tamen facilia iisque notissima putaram. Itaque quid illi scirent et intelligerent, non quid scire et intelligere deberent, respiciendum duxi, memor verborum Christi: οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. Præterea permultis, etiam satis doctis, accidere solet, id quod sibi accidisse sæpenumero Casaubonus et Ernesti fatebantur, ut, dum ipsi legunt sibi verba auctoris, facillima sibi videantur, quæ difficilia explicatu et obscura esse intelligant tum demum, cum aliis eorum vim ac sensum distincte planisque verbis interpretandi periculum faciant. Huc accedit, (ut verba Ill. Heynii in Præfat. ad Virgil. T. I. II. et III. mea faciam) quod multa mihi monenda fuere, cum interpretum aliquem et virum doctum, quamvis a me non nominatum, in hoc vel illo loco et verbo hæsisse aut lapsum esse viderem; quæ tamen monui fere verbo tantum, plerumque nulla alia re, quam vera interpretatione subjecta, ut adolescens, qui in similem errorem aut difficultatem aut in eundem interpretem incideret, statim haberet, quo eum redargueret: tum formula loquendi per se forte erat satis nota, cum cumulassent alii exempla, sed

causa et ratio talis elegantiæ, ut in plerisque fieri solet, minus erat seu observata seu perspecta; hanc digito monstrare volui: tandem et multa in hoc genere esse solent satis obvia, si semel ab aliquo observata et explicata fuerint, non raro tamen evenit, ut illa ipsa facillima ratio, antequam monstrata esset, plerorumque oculos fugeret.

Vita Juvenalis chronologica, a me ipso concinnata, brevissima quidem est, et rerum magis temporumque, ad quæ ille respexit, quam vitæ ejus historiam complectitur. Hujus vero rei culpa non in me residet, sed in eo, quod tam pauca, quæ ad vitam, conditionem, fortunam moresque poëtæ spectant, vel ab ipso memorata sunt, vel ab aliis certa atque explorata fide tradita. Neque vel sic hæc opera, etsi satis manca et exilis, juventuti saltem, videbatur nulli plane usui esse: nam lectio cujuslibet scriptoris, et poëtarum præcipue satiricorum, magnopere adjuvatur accurata cognitione ævi, quo vivebant, conditionis rei publicæ et morum, quæ ipsis ante oculos obversabatur, et hominum eventorumque, quorum mentionem faciunt. Harum rerum, ab ipso poëta cognoscendarum, si vel primæ, ut a nobis factum est, lineæ ducuntur, et summa satirarum et singulæ earum partes aliquantum lucebunt. Ad quas cum non attenderent viri docti, perversas de vita Juvenalis animo imbiberunt opiniones, quas post Lipsium jam refutarunt Salmasius et Dodwellus, quorum commentationes præmittendas censui, ut eo brevior esse possem, nec alienis rivulis prata mea irrigasse viderer.

Index rerum et verborum, quem summo eoque molestissimo studio, cum nemo mihi otium fecisset, ipse confeci, longe copiosior est iis, quos alii concinnarunt; de quibus vid. quæ dixi ad edit. Friburg. 1608. Lugd. 1664. Lond. 1716. 1723. et Bipont. 1785. Memorabiles res, voces ac dictiones continet omnes, et præterea locutiones tam proverbiales quam morales cursivis, quas vocant, literis indicat. Malui quoque nimiam mihi copiam, quam brevitatem exprobrari posse, et quædam tenuia neque adeo necessaria

irrepere, quam quicquam prætermitti, quod, si non omnibus, certe nonnullis notatu dignum videri possit.

Enimvero satis diu lectores tenui, quorum judicio universam nunc operam meam, quamvis timide, submitto. Quod si æquum fuerit et benevolum, gaudio mihi erit et incitamento ad majora olim audenda et maturiora glorioraque forte danda; sin iniquum et nimis severum, neque hujus me pœnitebit, dum modo in veritatem ipsumque poëtam meum aliqua inde utilitas redundaverit. Scrib. Stadæ, Cal. April. A. R. S. MDCCC.

GE. ALEX. RUPERTI,

Gymn. Stadensis Rector.

D. JUNII JUVENALIS

VITA

QUÆ VULGO TRIBUITUR SUETONIO.

Suetonium scripsisse libellum de poëtis, et in hoc vitas eorum exposuisse, vix est quod dubitemus: v. Isidor. Origg. VIII. 7. Rol. Maresii Epistol. pag. 473. edit. Lips. et Voss. de imitat. c. VII. § 9. Utrum vero hæc Juvenalis vita sit Suetonii, quod plerique existimant, an Probi, cui una cum antiquis scholiis in Juvenalem a Valla et aliis tribuitur, (de quo Probo v. inf. in Ind. Editt. ad a. 1585.) an denique Grammatici alicujus serioris, non satis constat. Salmasius in commentatione, quæ hanc vitam excipit, (ad Solin. pag. 320.) confidenter affirmat, eam Suetonio assignandam esse, et stylum id plane evincere, nec repugnare ætatem. Sed quam infirmum sit ejusmodi argumentum, e dictionis convenientia ductum, præsertim in comparatione tam brevis scripti, facile intelligitur. Vix quoque crediderim, Suetonium, qui Juvenali æqualis fuit, (v. Plin. Ep. I. 24. X. 95. 96. Spartiani vit. Hadriani c. 11.) tam pauca, et tam incerta, (nam ne compertum quidem habuit, num poëta libertini locupletis filius fuerit, an alumnus) traditurum fuisse. Quisquis vero auctor fuit hujus vitæ, ea saltem ceteris omnibus et antiquior esse videtur et fide dignior. Etenim non in plerisque tantum iisque optimis legitur membranis, sed in multis etiam vel plenius vel contractius confecta invenitur. Ex quo probabile fit, illam, si non a Suetonio, certe ab antiquo aliquo Grammatico profectam esse, et seriores deinde Grammaticos seu monachos, eam transcribentes, alia omisisse, alia vero de suis attexuisse: cujus generis plurimas interpolationes exhibet codex Vossianus; quas ab Henninio, et, qui eum secuti sunt, sodalibus Bipontinis, receptas esse mireris, cum vel jejunæ sint vel ineptæ. Præterea multæ quidem aliæ Juvenalis vitæ reperiuntur in codicibus ejus tam scriptis quam editis; sed omnes, mutatis tantum verbis, ex hac expressæ sunt et tanquam ex fonte ductæ, ut et reliquæ, quas Gyraldus, Crinitus, et alii concinnarunt: quare in iis colligendis exscribendisque bonam horam perdere nolui. Sufficiat duas apposuisse, a quibus reliquæ non multum abhorrent. Altera extat in cod. Ms. Vossii, et *Æl. Donati* nomen præ se fert, sed, recto Henninii judicio, Cornuti potius, aut Probi, aut Asperi, aut Euanthii, aut similis compilatoris Grammatici fœtus est. *Juvenalis iste Aquinatis* (immo Aquinas) *fuit, id est ex Aquinio* (Aquino) *oppido, temporibus Neronis Claudii Imperatoris. Prima ætate siluit, ad mediam ferme ætatem declamavit, unde et quasi diu tacuit.*

JUNIUS JUVENALIS, libertini[1] locupletis, incertum filius, an alumnus,[2] ad mediam fere ætatem declamavit, animi magis causa, quam quod scholæ se[3] aut foro præpararet. Deinde[4] paucorum versuum Satira non absurde composita in Paridem pantomimum,[5] poëtamque[6] ejus semestribus militiolis tumentem,[7] hoc[8] genus scripturæ industriose[9] excoluit. Et tamen diu[10] ne modico quidem auditorio quicquam commit-

NOTÆ

Fecit quosdam versus in Paridem pantomimum, qui tunc temporis apud Imperatorem plurimum poterat. Hac de causa venit in suspicionem, quasi istius Imperatoris tempora notasset. Sic obtentu militiæ pulsus urbe. Tandem Romam cum veniret, et Martialem suum non videret, ita tristitia et angore periit anno ætatis suæ altero et octuagesimo: Altera deprehenditur in fronte cod. Kulenkamp. *M. Junius Juvenalis ex municipio Aquinati ordinis, ut fertur, libertinorum: Romæ literis operam dedit; declamavit non mediocri fama, ut ipse scribit:* 'Et nos consilium dedimus Syllæ.' *Extremis Domitiani temporibus missus in exilium expertus est, quantum unius histrionis ira valeret. Exulavit in Ægypto sub specie honoris, nec inde a novis Principibus revocatus est. In exilio ampliavit satiras et pleraque mutavit: invehiturque in cineres Domitiani. Decessit longo senio confectus exul Antonino Pio imperante.*

1 Ita recte in 31. 44. 47. 48. 49. 55. 59. al. vulgo autem perperam *liberti* legitur. *Liberti* quidem iidem sunt qui *libertini*; sed illi tantum ex relatione ad patronum, hi ad ordinem suum, ita dicuntur: quod vel tironibus notum est.

2 In 44. (cod. Voss.) post voc. *alumnus* hæc addita: *ex Aquinio*, (immo Aquino) *Volscorum oppido, oriundus, temporibus Claudii Neronis.* Mox *ferme* pro *fere* legit auctor vitæ modo ascriptæ, quæ sub Donati nomine circumfertur.

3 Τὸ *se* adjeci e cod. Vallæ. Vulgo simpl. legitur *præpararet*, unde *se pararet* emend. Ernesti in edit. Sueton. et *se præpararet* Nic. Heins.

4 Post voc. *Deinde* in cod. Voss. inserta sunt hæc verba: *ad Poëtices* (forte poëticen) *se applicavit, et postquam diu tacuit, uberiori vitiorum jam gliscente contagione ab indignatione incepit:* 'Semper ego auditor tantum?' *Dehinc paucorum*, cet. Quæ videntur esse laciniæ, ab interpolatore aliquo assutæ.

5 *In Paridem Domitiani pantomimum* c. Voss. quod vulgatæ lectioni præferendum putabat Hennin. coll. Suet. Domit. c. 10. qui locus vel nihil probat, vel ipsi saltem non favet.

6 *Poëtamque* simpl. exhibent 31. 47. 48. 49. 55. 59 et al. In quibusdam libris rectius forsan legitur *poëtamque P. Statium*; in aliis *poëtamque Claudii Neronis*; (forte *Calvi Neronis*, h. e. Domitiani, qui ita vocatur Juven. Sat. IV. 38.) in Ms. Voss. *Paridem Domitiani pantomimum et aulæ histrionem semestribus tumentem vibrata, poëtamque P. Statium composita hoc genus scripturæ industriose excoluit*; in cod. Vallæ, *in Paridon pantomimum poëtamque semestribus militiolis emitante* (forte *emicantem* vel *innitentem*) *hoc genus scripturæ industrie excoluit.*

7 Conf. Sat. VII. 89. et ibi Comment.

8 *Hoc* revocavi ex 31. 44. et al.

9 *Industrie* 31. 48. 49. prob. Hennin. quia frequens hæc vox isto sensu Suetonio in Vitis.

10 *Bene diu* 31. in quo mox omitti-

tere est ausus. Mox magna frequentia magnoque successu bis ac ter auditus est, ut ea quoque,[11] quæ prima[12] fecerat, inferciret[13] novis scriptis:[14]

> Quod non dant proceres, dabit histrio: tu Camerinos,
> Et Bareas, tu nobilium magna atria curas.
> Præfectos Pelopea facit, Philomela tribunos.[15]

Erat tum[16] in deliciis aulæ histrio:[17] multique fautorum ejus[18] quotidie provehebantur.[19] Venit ergo Juvenalis in suspicionem, quasi tempora præsentia[20] figurate[21] notasset, ac statim per honorem militiæ,[22] quanquam octogenarius, Urbe summotus, missusque ad præfecturam cohortis, in extrema Ægypti parte tendentis.[23] Id supplicii genus placuit, ut levi atque joculari delicto par esset. Verum intra brevissimum tempus angore et tædio periit.[24]

NOTÆ

tur *est*. Illud arrisit Henninio, qui etiam monet, sapienter Juvenalem *ne modico quidem auditorio se committere primo esse ausum*, utpote qui scripserit in eos, qui vel potuerint proscribere, vel aure tyranni in suam perniciem abuti.

11 *Quoque* abest 47. 48. 55. 59. al.

12 *Primo* legendum putabat Hennin. cui cur vulgata displicuerit scriptura non assequor.

13 *Infert* 31.

14 *Scripturis* 47. 48. 55. 59.

15 Hi sunt versus 90. 91. 92. Sat. VII. In cod. Voss. extat tantum versus 88. et hemistichium 90.

16 *Tunc* 49. *tamen* 47. 48. 55. 59. al.

17 *Historio* 31.

18 Suspicari possis: *favore ejus*. Sed vulgata quoque lectio bene se habet.

19 *Promovebantur* 31. quod ab ingenio indocti monachi profectum videtur.

20 Vocem *præsentia* e cod. Vallæ restituit Hennin. quem secutus sum.

21 *Figura* 31.

22 *Militiola* 31 forsan rectius, et aptius. Eadem vox etiam supra adhibetur, et recepta est ab Henninio.

23 In libris non tantum omnibus verba ista hoc ordine junguntur: *in extrema parte tendentis Ægypti*, quem ingratum ordinem mutavi. Huic emendationi favent 31. et 43. (codices Vallæ et Divæi) in quibus tamen alio sensu legitur: *in extremam Ægypti partem tendentis*, quod probavit Hennin.

24 Extrema hæc verba in cod. Voss. sic interpolata sunt: *Verum intra brevissimum tempus* Θεὸς αὐτὸς, *ascribitur Divorum choro, revertiturque Juvenalis Romam, qui tandem ad Nervæ et Trajani principatum supervivens senio et tædio vitæ confectus properantem spiritum cum tussi expuit*. Mireris etiam ista inepti interpolatoris commenta ab Henninio recepta esse, qui tamen hæc recte annotavit: 'Verba Θεὸς αὐτὸς, *ascribitur Divorum choro* videntur de Domitiano dici, qui *Dominus Deusque* appellari voluit. Sed vero videtur repugnare Juvenalis ætas, jam octogenarii, cum Urbe summoveretur; cumque paulo post reditum

CL. SALMASII

In Juvenalis Vitam, a Suetonio, ut vulgo putant, scriptam Commentarius, qui legitur in ejus Exercit. Plinianis in Solini c. 32. p. 319. sqq. (al. 449. sqq.)

SATIRAS Juvenalem in loco exilii scripsisse, hoc est in Ægypto, atque ibi decessisse placet plerisque veterum: missum autem per speciem honoris in Ægyptum ad præfecturam cohortis sub Domitiano, quod Paridem Pantomimum in aula tunc gratiosum scripto satirico læsisset, tradunt Dio, Suidas, et vetus Schol. ad Sat. IV. 38. Hoc ultimum si veritati consentaneum est, oportet eum rediisse post Domitiani excessum: nam et Romæ vixisse post Domitianum, et scripsisse multa sunt, quæ faciant fidem. Martialis l. XII. Epigrammatum, quæ sub Trajano composita et collecta sunt, Romæ eum tunc fuisse aperte ostendit Epigramm. 18. *Dum tu forsitan inquietus erras Clamosa Juvenalis in Subura, Et collem dominæ teris Dianæ*, cet. Ergo Romæ erat, non in Ægypto, cum Satiram XV. de superstitionibus Ægypti ludebat, et falsum dicit vetus interpres, qui scriptam in Ægypto asserit. Hadriani temporibus elaboratam arguunt ista ex eadem Sat. vs. 27.

Nos miranda quidem, sed nuper Consule Junio
Gesta.

Ita libri omnes, non *Vinco* vel *Junco*. Dissyllabum est *Junio*, ut *Vindemiator* tetrasyllabum Horatio, et *Nasidienus*; ut

NOTÆ

perierit, quomodo a Domitiano extendere ætatem potuit ad Nervæ et Trajani principatum? sane ita decem et plures supra centum annos explesse oportet: ait et Crinitus, se necdum reperisse apud auctores fide dignos, Juvenalem sub Domitiano pulsum. Quod si forte Θεὸν αὐτὸν intelligas *Antinoum*, aut pro αὐτὸς legas Ἀντίνοος, repugnabunt sequentia, quibus dicitur *Romam reversus ad Nervæ et Trajani principatum supervixisse*, quos demum excepit Hadrianus. Videntur autem verba *ad Nervæ et Trajani principatum supervivens* ex margine in τὸ κείμενον librariorum incuria intrusa, adeoque delenda. Neque sane ad Trajani ætatem, sed et Hadriani pervenit; sub quibus, rara illa temporum felicitate, videtur pleraque scripsisse.'

tenuia trisyllabum Lucretio, Virgilio, Martiali. Q. *Junium Rusticum* intelligit, qui Consul fuit cum Hadriano tertio ejus imperii anno, urbis autem conditæ DCCCLXXII. itaque paulo post consulatum Junii scripta illa Satira. Vir doctus errat, qui ad consulatum Appii Junii Sabini hæc referre malebat, anno U. C. DCCCXXXVII. quo is collega fuit Domitiani. Etenim extincto jam Domitiano omnes has Satiras scriptas fuisse, ipsæ de se clare clamant, et alii jam probarunt. Tredecimam quoque sub idem ferme tempus compositam ipsa dicet. Ad Calvinum directa est, quem *Fonteio* consule natum sexaginta jam annos post se reliquisse disertim scribit. Duo tantum sunt *Fonteii* consules, qui hic locum habere possint. Prior *C. Fonteius Capito*, qui collega Vipsanii fuit ad a. U. C. DCCCXII. a cujus consulatu si sexaginta annos numeres, in annum incides, qui præcessit Junii consulatum. Sed dicit jam eum *reliquisse post terga* sexaginta annos: ergo uno plus anno habuerit: quod tempus incidit in ipsum Junii consulatum, quo et scriptam fuisse constat Sat. XIII. et illa in Ægypto accidisse inter Tentyritas et Ombitas, quæ Sat. XV. narrantur tanquam *nuper gesta, consule* scil. *Junio;* ut hinc liqueat, XIII. compositam sub consulatum Junii, XV. autem paulo post ejusdem consulatum. De priore igitur hoc Fonteio Juvenalem interpretamur. Alter fuit *L. Fonteius Capito,* qui collegam habuit in consulatu C. Julium Rufum octavo anno post C. Fonteii consulatum. Ex his nos certum et compertum habemus, quatuor postremas Juvenalis Satiras initio imperii Hadriani contextas fuisse, reliquas fortean sub Trajano, certe post mortem Domitiani. Nec dubium habeo quin Trajanum designet Sat. VII. pr.

Et spes et ratio studiorum in Cæsare tantum,

Neronem hoc versu palpari notat vetus interpres. Inepte: nec aptius est, quod in eadem Satira versum hunc,

Præfectos Pelopea facit, Philomela Tribunos,

de Nerone accipit, et propter hunc versum in exilium a Nerone missum poëtam scribit. Atqui tradunt eædem

glossæ ad Sat. IV. 38. a Domitiano relegatum eum fuisse sub specie honoris in Ægyptum ad cohortis curam, ut hinc clarescat, non ejusdem auctoris esse glossularum illarum compilationem. Male etiam, quantum equidem judico, scriptum in vita Juvenalis, auctore veteri scriptore, quem Suetonium videri suadet stilus, illum *Paridem*, propter quem pulsus est Juvenalis, *Claudii Neronis Pantomimum* fuisse. Sic enim ibi scribitur: *deinde paucorum versuum Satira non absurde composita in Paridem Pantomimum poëtamque Claudii Neronis, ejus semestribus militiolis tumentem, genus scripturæ industriose excoluit.* Hæc verba innuunt, Paridem pantomimum et poëtam fuisse Claudii Neronis, quod falsum et absurdum. Nec tempora congruunt, sed recte in veteribus quibusdam desunt illa *Claudii Neronis*, quæ attexta sunt ab aliquo sciolo, qui Paridem pantomimum temporibus Neronis legerat. Scribe igitur: *paucorum versuum Satira non absurde composita in Paridem pantomimum, poëtamque ejus semestribus militiolis tumentem.* Confirmatur hæc lectio a Juvenale ipso Sat. VII. 88. 89. his versibus, quos alludit auctor ille:

Ille et militiæ multis largitur honorem,
Semestri vatum digitos circumligat auro.

De Paride loquitur, nec de pantomimo Neronis, sed Domitiani, cui et hoc nomen fuit, accipiendum esse arguunt præcedentia de Statio: vs. 86. 87.

sed cum fregit subsellia versu,
Esurit, intactam Paridi nisi vendat Agaven.

De Thebaide Statii sermo est, quam elaboravit ille sub Domitiano, ut et reliqua poëmata. Carmine etiam certavit in Agone Capitolino, quem Domitianus instituit, nec vicit, quod eum tunc totum sibi vindicaret sua Thebais. *Poëtam Paridis* eum vocat Suetonius, quod Agaven Paridi vendidisset. De eodem Juvenalis ibidem v. 93.

Haud tamen invideas vati, quem pulpita pascunt:

vates enim pantomimi, qui carmina scriberet histrionibus

desaltanda, et scenicis ea venderet. *Semestribus militiolis tumentem* dicit, qui favore et suffragio Paridis semestrem tribunatum emeruerat. Legisse ergo videtur apud Juvenalem :

Ille et militiæ multis largitur honorem
Semestris, vatum digitos circumligat auro.

Per *militiam semestrem* intelligit tribunatum semestrem, cujus mentio apud Plinium Ep. IV. 4. qua rogat Sossium, ut Calvisium Nepotem *tribunatu semestri* splendidiorem faciat: per *digitorum aurum* annulos aureos et dignitatem equestrem. Sed quod Juvenalis separavit, in unum jungit auctor ille, ut fortasse legerit:

Ille et militiæ multis largitus honorem
Semestri vatum digitos circumligat auro.

Nam vatem *semestri militia tumidum* dicit, non equestri dignitate. Fuere *Tribuni Laticlavii*, qui in spem senatorii ordinis Tribunatum gerebant. Horum mentio frequens apud veteres: nam senatorii ordinis insigne latus clavus. Fuere ergo et *Angusticlavii*, quasi secundi ordinis Tribuni. Angustus clavus Equitum nota, ut et annuli aurei. Ex eo genere et nota fuisse constat Tribunatus semestres, qui Equitibus tantum aut equestri dignitate donatis conferebantur. Ita poëtis suis Paris Pantomimus semestres tribunatus et jus annulorum simul donabat. Ideo hujus generis Tribunorum *semestre aurum* vocat, quia ut dignitas eorum semestris, ita et insigne. Ridiculus porro vir magnus est, qui *semestre aurum* idem esse docet, quod ab eodem poëta *æstivum aurum* dicitur Sat. I. 28. Multum sane inter utrumque est. Delicatus et mollis, quia vix *ferre* poterat paulo *majoris ponderis gemmam*, annulos faciendos curabat ex auro leviore, per æstatem præsertim gestandos, ne digitos in sudorem darent graviores. Hoc in Crispino Satiricus notat, et carpit, quasi inauditæ et inusitatæ mollitiei argumentum, non quod moris esset, alios per æstatem annulos, per hiemem alios gestari. *Æstivum aurum* de levibus annulis, ut vestes sericæ *levitate*

æstiva Plinio, et *æstive viaticatus* Plauto, qui levi viatico instructus est. Præterea non *semestre* æstivum illud aurum diceretur, sed *trimestre:* nec enim sex totos menses durat æstas, ut nec semestris est hiems. At *semestre aurum* annuli sunt, quos gerebant Tribuni semestres, pro insigni suæ dignitatis. Diximus Suetonium videri auctorem vitæ Juvenalis, quam alii Probo ascribunt. Stilus id plane evincit, nec repugnat ætas. Adolescentulum se fuisse testatur Suetonius sub Domitiani imperii finem, cum exhaustus operum ac munerum impensis ille princeps omnium bona confiscaret, et præter ceteros Judaicum fiscum acerbissime exigeret, quo tempore Juvenalis mediam ætatem jam excesserat. Vitam illam hic paucis examinabimus, ut quantum discrepent, quæ ibi de Juvenale traduntur ab his, quæ alii tradunt, constare possit. Dicit Juvenalem *ad mediam fere ætatem declamasse, animi tantum causa.* Cum *octogenario* major obierit, media ætas ejus quadraginta circiter annis definienda est. Tantundem erit, etiamsi triginta vel minus etiam ponas. *Deinde,* inquit, *paucorum versuum Satira non absurde composita in Paridem pantomimum poëtamque ejus semestribus militiolis tumentem, hoc genus scripturæ industriose excoluit.* Post mediam itaque ætatem ad scribendam satiram animum appulit. Paris ille sub Domitiano floruit. Poëta ejus Statius est, quem Paridi Agaven tragœdiam a se compositam, ne esuriret, vendidisse ea Satira VII. 86. sq. dicebat Juvenalis. Tota ergo illa Satira Juvenalis, quam primam omnium scripsit, in Paridem pantomimum vibrata est, quam et paucis versibus constitisse dicit auctor. Hic notandum est, non dicere illum, propter eam Satiram Juvenalem in exilium actum fuisse, quod tamen alii omnes scriptum reliquerunt, Dio, Suidas, Sidonius Apollinaris (Carm. IX. 270.) hoc versu, qui Juvenalem designat:

Irati fuit histrionis exul:

atqui id erat hoc loco non omittendum, cum altum de ea re silentium sit, eo maxime loco, quo taceri non debuit, inde colligere licet, non tunc temporis, nec propter id Urbe sum-

motum fuisse. Sequentibus hoc magis probabitur. Cum Satiræ faciendæ auspicium duxisset a Paride Pantomimo, *genus hoc scripti* postea *studiose excoluisse* memorat. Quod facturus non fuit, si pœnam potius quam gloriam in auspicio scriptionis nactus esset. Nemo sanus quod semel nocuit, tanta industria excolit. Sequitur: *et tamen diu ne modico quidem auditorio quicquam committere est ausus.* Ergo Romæ diu vixit post illam primam satiram, multumque temporis dedit procudendo ingenio in illo scripti genere, priusquam quicquam auditorio committeret, hoc est, priusquam publice recitaret. *Mox*, inquit, *magna frequentia, magnoque successu bis ac ter auditus est, ut ea quoque, quæ prima fecerat, inferciret novis scriptis.* Scripta sua tum recitavit publice, hoc est, satiras illas, quæ hodie extant, quibus etiam ea inseruisse dicit, quæ prima fecerat: et subjicit auctor hos versus:

Quod non dant proceres, dabit histrio: tu Camerinos,
Et Bareas, tu nobilium magna atria curas:
Præfectos Pelopea facit, Philomela Tribunos.

Hæc igitur de illis sunt, quæ in prima Satira posuerat, adversus Paridem composita, cum aliis, quæ de poëtis et Statio Agaven suam Paridi vendente leguntur, nunc Satira VII. cui infulta sunt ab auctore, quo tempore scripta sua recitavit et edidit. Positis his versibus annectit Suetonius hæc verba: *Erat tum in deliciis aulæ histrio, multique fautorum ejus quotidie provehebantur: venit ergo Juvenalis in suspicionem, quasi tempora figurate notasset: ac statim per honorem militiæ, quanquam octogenarius, Urbe summotus, missusque ad præfecturam cohortis in extrema parte tendentis Ægypti.* In his cardo rei vertitur, quia ex his verbis hallucinandi ansam arripuerunt omnes, qui scripserunt, Juvenalem sub Domitiano in exilium pulsum, quod offendisset Paridem, et in Paride Domitianum. Nam et hos versus de Paride primum factos esse constat, et propter hos versus hoc loco diserte scribit auctor, Urbe summotum fuisse Juvenalem, qui in suspicionem venerat, quasi figurate tempora taxasset. Sed nec or-

dinem vitæ et scriptorum Juvenalis, nec mentem Suetonii attendisse videntur, qui in hunc lapidem impegerunt. Hic disertim tradit, octogenarium tum fuisse poëtam, cum Urbe summotus est. Quadragenarius erat, aut etiam natu minor, certe mediæ ætatis, cum primam illam Satiram composuit, qua Paridem læsit. Demus circa initia imperii Domitiani scriptam esse, et quadraginta annorum tum fuisse Juvenalem, si id quod illi superfuit ævi usque ad octogenarium computes, in sextum Hadriani annum devenies: non igitur sub Domitiano, sed sub Hadriano in exilium actus est. Hoc enim necessario concluditur, quandoquidem octogenarius et mediæ ætatis Domitiano imperante simul esse non potuit. Certe octogesimum ætatis annum Domitiani ævo attigisse non est verisimile, cum verum sit penultimam Satiram ab eo scriptam fuisse post Junii Rustici consulatum, id est, post tertium Hadriani annum. Quare si octogenarius Urbe pulsus est, nec a Domitiano pulsum, nec in gratiam Paridis, constanter asseverare possumus. Præterea clarissime testatur Suetonius, Urbe exactum eum propter illos quidem versus, quos superius attulimus, sed cum jam eos infulsisset novis scriptis, ex prima nempe Satira, qua Paridem tetigerat, translatos. At Satira illa septima, cui inferti sunt et inserti, quæque hodie legitur, sicut ab eo recitata postremum est atque vulgata, Domitiano jam pridem extincto prodiit. Nempe et quarta similiter eo mortuo emanavit, ut ex his constat: (Sat. IV. 37. 38.)

Cum jam semianimum laceraret Flavius orbem
Ultimus, et calvo serviret Roma Neroni.

Rem ibi narrat, quæ longe ante, ut apparet, acciderat, Domitiano nimirum imperante. Eandem Satiram ita clausit:

Sed periit, postquam cerdonibus esse timendus
Cœperat:

quod de Domitiano dictum est. Ex his omnibus colligi non absurde, immo verissime potest, corpus Satirarum, quale hodie extat, sub Hadriano frequenti auditorio recitatum a

poëta publicatumque fuisse, cum satis utique constet, tredecimam et decimam quintam, quæ penultima est, initio Hadriani scriptas esse, ad tertium regni ejus annum. Tum *in suspicionem venit, quasi tempora figurate notasset*, propter illa verba, quæ leguntur Satira septima (vs. 90.)

Quod non dant proceres, dabit histrio.

Singulæ hæ voces Suetonii ponderandæ sunt, *in suspicionem venit*, et *quasi figurate tempora notasset*. Cum enim tota illa Satira res et homines anterioris temporis carpere videatur, et nominatim Paridem arripiat, qui sub Domitiano floruit, et potuit multum in provehendis suis fautoribus, *figurate* tamen etiam præsens tempus notare tum visus est, quo similiter et histrio quidam potens, et scenicæ gratiosæ militias, tribunatus, et præfecturas, fautoribus suis conciliabat. Hoc nec abludit a moribus Hadriani, qui varius in omnibus fuit: nam et psallendi canendique studio tenebatur, et comœdias tragœdiasque semper in convivio exhibebat. Licet autem nihil tale scripserint auctores vitæ Hadriani, qui hodie extant, non dubitanter tamen id possumus affirmare, tot certis argumentis et testimonio Suetonii, quod omnia superat, inducti. Finge, vero, verba illa, *quod non dant proceres, dabit histrio*, de temporibus Domitiani dici, et in Paridem pantomimum illius ævi, nulla tunc erit figura, nullum *σχῆμα*, nullum oblique dictum: nam districte ac directe tempora Domitiani taxant, et Paridem aperte nominant, et nimiam ejus potentiam notant. Nihil ergo istic *figuratum*, si temporibus Domitiani, quod dictum est, sicut recte convenit, et expressum est, accommodemus. Sed si in personam Paridis dicta, et in Domitiani imperium directa, tacite in historiam Hadriani, et ad tempora ejus culpanda torqueantur, tum figuratæ orationis et notationis instar id obtinebit. Etenim figura est, cum sub alterius persona, quem nominamus, alterum æque vitiosum, qui ita designatur, ut auditori relinquatur inveniendus, fatigamus. Sic Juvenalis sub nomine Paridis Domitiani Pantomimi carpere ac notare figurate voluit Hadriani imperium; sub quo et potens æque histrio

extitit. Si non hoc voluit, certe in suspicionem hanc venit. Quintilianus: *Schema vocatur, in quo per quandum suspicionem quod non dicimus accipi volumus:* inde *figurate dicere*, et *figuratæ controversiæ.* Atque ideo *per speciem honoris ad præfecturam cohortis in Ægyptum missus*, atque Urbe summotus: non relegatus in *Oasa*, ut quidam volunt, nec *Pentapolim*, ut alii, sed *Syenen*, quæ urbs Ægypti ultima, in qua tres cohortes prætendebant. *Id supplicii genus*, inquit Suetonius, *placuit ut levi atque joculari delicto par esset.* Sed inquiet aliquis, si Urbe relegatus est sub moderato Principe, qualis erat Hadrianus, eo tantum nomine, quod figurate tempora ejus taxare visus esset, cur Domitianus adeo inhumanus et immanis Princeps sine noxa pœnaque dimisit eum, a quo adeo aperto rectoque telo per latus Paridis petitus fuisset? Præter alia multa unum hoc præcipue respondere est, Satiram illam, quam primam omnium in Paridem Domitiani fecit Juvenalis, *paucorum versuum* fuisse, nec auditam publice, nec editam, sed paucis si forte scholasticis hominibus et doctis visam. Ita hoc verisimile est, ut nihil sit verius. Nam post hoc experimentum cum diu multumque se in eo scribendi genere exercuisset, senex admodum sub Hadriano scripta sua auditorio frequenti bis terque commisit, atque in vulgus emisit, satiras, nempe has omnes, quæ hodie extant, in corpus unum digestas, quibus etiam *inseruit ea quæ prima fecerat*, ut illa in Paridem. Sic pars earum sub Domitiano composita, pars sub Trajano, quædam sub Hadriano factæ, omnes autem Hadriani ævo recitatæ et publicatæ, quo tempore *in suspicionem venit, quasi sub specie taxandorum Domitiani temporum præsentia denotare voluerit.* Atque ob id *Urbe remotus jam octogenarius.* Hæc scire Suetonius potuit, qui eadem fere ætate vixit, nec quisquam alius præter eum singularia ista de vita et scriptis Juvenalis nosse quiverit et in literas referre; a quo hauserunt omnes, qui posteà vitam hujus poëtæ exposuerunt, Dio, Sidonius, Suidas, et veteres scholiastæ. Sed ex male intellectis Suetonii verbis errarunt, cum a Domitiano pulsum in gratiam Paridis, quem satirico morsu perstrinxerat, dixerunt. Sic

et *ultimam Ægypti partem* alii de Pentapoli acceperunt, alii de Oasis. Præter hæc omnia Juvenalem non ivisse in exilium temporibus Domitiani, quemlibet idoneo teste potentius evincit Martialis, qui libellis illis Epigrammatum, quos sub Domitiano scripsit, frequenter Juvenalem compellat, quasi in Urbe tunc cum maxime agentem, cui et nuces mittit saturnalicias lib. VII. ep. 91. Pertendere aliquis etiam posset, sub Trajano potius, quam sub Hadriano relegatum fuisse. Sed illud impedimento est, quod postremas satiras scriptitasse eum sub Hadriano constat. Suetonius autem scribit, *intra brevissimum tempus periisse*, postquam in Ægyptum missus est, ibique statim *languore ac tædio vitam finisse*, quod non mirum est de octogenario. Falsum est igitur, quod tradit vetus interpres, poëtam in exilio satiras suas composuisse; atque ibi etiam tum fuisse, cum propter superstitionum diversitatem Ombitæ et Tentyritæ internecivis cædibus sese invicem contuderunt: quasi a temporibus Domitiani usque ad initia Hadriani imperii in exilio suo permanserit atque etiam obierit. Quod enim dicit in ea Satira, (XV. 45.) *notatum sibi*, barbaras nationes superioris Ægypti luxurie non cedere Canopitis et Alexandrinis, hoc non referri debet ad illud tempus, quo Satiram eam scribebat, quasi in re præsenti tunc fuerit, cum ea gesta sunt, quæ ibi describit. Quippe Romæ scriptam esse multa arguunt. Nec rursus ad id tempus referenda videntur, quo in Ægypti partem ultimam a Domitiano missum volunt, quod prorsus falsum esse ostendimus. An non alio tempore atque alia de causa Ægyptum lustrare juvenis potuit Juvenalis? animi nempe gratia *καὶ τῆς ἱστορίας χάριν*, ut urbes regionis illius populorumque mores cognosceret? Tunc de luxurie Ombitarum et Tentyritarum ea notaverit, quæ ibidem refert. Certe scriptis omnibus satiris et publicatis octogenarium ejectum Urbe in Ægyptum fuisse per speciem honoris, ibique intra brevissimum tempus tædio periisse Suetonio credendum.

VITA JUVENALIS

quam persequitur Dodwell. in Annal. Quintilian.

§ XXXVII—XLI.

JUVENALEM scripsisse ante Plinium sub Domitiano et a Paride actum esse in exilium, recepta est, etiam apud Eruditos, opinio. Inde nimirum oriunda, quod *irati histrionis exulem* illum appellet Sidonius Apollinaris. (Carm. IX. 270.) *Iratum* illum *histrionem Paridem* intelligunt, et quidem *posteriorem* illum *Paridem*, propter adulterium cum Domitia occisum a Domitiano. Ab illo credunt Paride, propter *paucos* quosdam Satiræ, quibus illum perstrinxerit, *versus* pulsum fuisse in exilium Juvenalem, *missum* nimirum *per speciem honoris ad præfecturam cohortis in extrema parte tendentis Ægypti*: inde nunquam *rediisse*, verum *intra brevissimum tempus angore et tædio periisse*. Hæc si vera essent, sic *ante repudium Domitiæ*, quo tempore Paris occisus est, oportuit scripsisse Juvenalem. Aliquot certe annis ante *consecrationem Juliæ*, quæ anno periit, ut vidimus, Æræ nostræ XCI. multis certe ante finem Domitiani annis, cui adeo ipse *superstes* esse non potuit. Ita *periisse* necesse erat, antea quam scriberet Plinius, tantas illas *Quintiliani divitias*. (v. Juven. Sat. VII. 188 sqq. coll. cum Plin. Ep. VI. 32.) Quo tandem, quæso, illius *merito*? Quo etiam *infesto Principe*, cum Domitiani gratia esset florentissimus? Ubinam ergo *beatitudo* ejus illa, quam adeo in illo celebravit discipulus *Plinius*? Mirum est profecto, nondum vidisse Eruditos, quam hæc omnia inepte invicem cohæreant. Atqui illud ipsum suspectam hanc sententiam facere potuit, quod longe verisimilius est *a modicis* illis *facultatibus*, quas memorat Plinius, ad *divitias* nostrum (quarum meminit Juvenalis) ascendisse, quam vice versa illum a divitiis ad modicas facultates recidisse. Ita certe cum nullo prorsus insigni infortunio notatum observarunt veteres.

Sed miri sunt in hac universa causa tam recentiorum

quam etiam veterum errores. *Paridem* illum *seniorem* intelligunt vitæ Juvenalis auctor Anonymus, et vetus ille, quem habemus, Juvenalis interpres, Claudii nimirum Neronis libertum, a Patrono ipso, ut Dio lib. L. et Suetonius Ner. c. 54. testantur, interfectum. Proinde ad Neroniana tempora illa refert Scholiastes (ad Sat. VII. 92.) in quibus Paridis mentionem fecit Juvenalis. Ita *Domitiani* tempora pertingere Juvenalis non potuerit, qui paulo *post exilium* obierit, quod tamen, vel ex ipso Satirarum opere, constat esse falsissimum. Atqui *juniorem* illum fuisse *Paridem* a Domitiano cæsum, quem perstrinxit Juvenalis, vel inde constat, quod *Statium* poëtam dicat, post recitatam cum laude Thebaidem, Agaven suam tragœdiam Paridi illi vendidisse. Hic sane Statius ab eo, quem habemus, alius esse non potuit. Ediderat ille Thebaidem suam paulo antea quam primum ederet Sylvarum librum: probatam nimirum antea recitationibus. Ita post initium Domitiani, et tamen ante Paridis cædem et repudium Domitiæ, Agaven vendiderit oportet Statius. Adeo præterea certum est, *post cædem Domitiani* Satiras scripsisse Juvenalem, ut mirum sit profecto, monitos a Lipsio, (lib. IV. Epist. Quæst. ep. 20.) et Salmasio de eo amplius dubitare posse viros eruditos. Non repeto hic argumenta, jam ab illis olim observata. Novum addo, quod illos fugerat, sed vero longe certissimum. *Marium* ille *Priscum* dicit (Sat. I. 47. sqq. et VIII. 120.) *nuper Afros discinxisse*, proinde *exulem* factum damnatum repetundarum ; sic tamen ut *Diis* ipse *iratis frueretur*, *provincia* autem *victrix ploraret.* Hanc ipsam Afrorum causam coram Trajano tertium Consule Plinius egit mense Januario anni C. et quidem eo eventu, ut rapta *fisco* addicerentur, quæ causa erat *provinciæ plorandi*, reliquis ipse *in exilio frueretur*. (v. Plin. Ep. II. 11. 12. et Paneg. c. 76.) Sunt et illa Juvenalis de Domitiano verba: (Sat. IV. 37. 38)

> Cum jam semianimem laceraret Flavius urbem
> Ultimus, et calvo serviret Roma Neroni.

Hæc verba ad *exilium* poëtæ retulit vetus Scholiastes.

'Propter quod,' inquit, 'sub specie honoris relegatus est ad cohortis curam in Ægypto, Hoasa, ubi mortuus est.' Sed mitius fingitur *Domitiani*, quam fuit, ingenium, cum verba illa *exilio* expiata credunt, et quidem *tali exilio*, quod *speciem* haberet *honoris*, quod *præfectura* potius quam *exilium* appellaretur. Fuit quidem Juvenalis in *exilio*, etiam in *Ægypto*, ut e Satira ejus colligitur XV. 45. non tamen certe sub *Domitiano*. Imo Juvenalem in ipsa *Subura* memorat Martialis, (Ep. XII. 18.) anno postquam in patriam rediisset, (quod Trajani tertio Consulatu factum) ad minimum Æræ nostræ Christianæ CIII. post cædem *Domitiani* VIII. cum tamen *tædio et angore* (exilii scilicet) *mortuum* testetur vitæ Auctor Anonymus. Nunquam redierit oportet, qui *tædio exilii et angore sit mortuus*. Fieri tamen vix potuit quin *redierit*, *Nerva* exules *revocante*, qui a *Domitiano* fuisset relegatus, si quidem *Domitiano* fuisset *superstes*. Præsertim ille, qui *per speciem honoris* exulaverat. Ita pugnant omnia, quo minus vera esse possit recepta illa sententia.

Sed vero a *Sidonii* illo testimonio pendent recepti illi errores, *irati histrionis exulem Juvenalem* appellantis. Addit præterea manifestum, ut putat, Suidæ Auctorisque veteris, qui *vitam Juvenalis* conscripsit, Ryckius. Atqui non idem dicunt illi, ut mox videbimus, quod putat ille dicere Sidonium. Ego potius vicissim ex *illis* explicandum existimo *Sidonium*. Sic autem se rem illam totam habuisse censeo. *Exul* erat, uti jam dixi, *Juvenalis*, cum Satiram scriberet XV. Hoc confirmat etiam in vs. 27. Scholiastes: 'De se,' inquit, 'Juvenalis dicit, quia in Ægypto militem tenuit, et ea promittit se relaturum quæ ipse vidit.' Proinde rixæ illi ipse affuit, quam describit inter Ombitas et Tentyritas. Tempus autem ipse designavit rixæ illius, cum et *nuper* illam contigisse dicit, et quidem *Consule Junio* Sat. XV. 27. Scio quidem, *Vincum* nonnullos, *Juncum* alios in loco illo legere. Id quoque scio, in Inscriptionibus, non tamen horum temporum, occurrere *Æmilium Juncum*. Sed, quicumque demum is fuerit Consul, *Ordinarium* certe fuisse verisimillimum est. *Designatis* enim *Consulibus* res extra Ita-

liam gestas signare non solebant, teste Dione l. L. *Juncum* autem aut *Vincum* nullum prorsus agnoscunt horum temporum Fasti inter Consules Ordinarios. Rectius ergo *Junium* reponunt *Codices* et *fide* pariter et *numero* potiores, ne quidem *metri* ratione refragante, ut jam olim observavit Salmasius. Et quidem *Junium* duplicem habent Fasti coævi Juvenali, alium Domitiani in X. Consulatu Collegam, *Appium Junium Sabinum*, anno Domini LXXXIV., alium Hadriani in suo itidem Consulatu III. collegam *Q. Junium Rusticum*. Quo minus prior intelligi possit, obstant illa omnia, quæ in his ipsis Satiris occurrunt, *Domitiani* temporibus recentiora. Posteriorem ergo intellexerit oportet anno Æræ receptæ CXIX. Hoc ergo anno erat in *exilio Juvenalis* testis earum, quas deridet, rixarum. Sed vero *Roma* illum ejicere non potuit *Trajanus*, qui ab anno usque CXII. Romæ ipse non affuit, nec etiam ante annum CXVIII. quo Romam venit Imperator, *Hadrianus*. Romæ enim nata est *exilii occasio*, quod *Romæ Satiras* recitaverit, quod *Romæ* secundis omnium suffragiis exceptus fuerit, quod *Romæ* Princeps ille, quicumque fuerit, *ingeniis faverit, præfecturisque* poëtas remunerari solitus fuerit, et quidem interpellantibus (qui Paridis in loco videri possent) seu *amicis*, seu *libertis*. Inde enim factum, ut quæ in *Paridis* olim *defuncti* opprobrium scripsisset Juvenalis, ea Princeps in suam amicorumve aut etiam temporum suorum contumeliam acceperit. Inde nimirum, ut *levi* atque *joculari* delicto, ut observavit vitæ Auctor, par etiam pœna decerneretur. *Semestres Paridis militias, Tribunatus* scilicet, *Poëtis* venditas exprobrat Juvenalis Sat. VII. 88. 89. 92. Ita nimirum, ut *Præfectos Pelopea, Tribunos Philomela* fecerit. Proinde ipse *cohortis præfectura* donatus est, quasi Satirarum præmio. Plane hoc pro indole *Hadriani* satis *joculari*, et *pœnæ* loco, et in *speciem honoris*. Objectat ille *venalia* illa poëmata emtorum nomine edita, captatosque adeo ab illis alienorum operum honores. Nescio an proinde *ingenii sui* fœtus sub *libertorum* nomine ediderit Hadrianus, (hoc enim de eo testatur Spartianus,) quo se adeo alienum ostenderet a convitio illo captandi debitos alienis operibus honores, ut

contra sua alienis nominibus supposuerit, et quidem, qualis *Paris* fuerat, *libertorum*. Itaque et *Romæ* fuerit oportet, et suæ indolis experimenta dederit in literatos munificentissimæ, cum Juvenalis illa in se dicta suspicari posset Hadrianus. Sic ante anni CXVIII. finem, aut CXIX. initium, mitti vix potuit in exilium Juvenalis. Erat autem, cum relegaretur, *octogenarius*. Proinde *natus* fuerit vel anni XXXVIII. fine, vel XXXIX. initio. Inde reliqua Juvenalis tempora erunt arcessenda.

Ait vitæ Auctor 'ad mediam *fere* ætatem declamasse, animi magis causa, quam quod scholæ aut foro præpararet.' Suffragatur et ipse, cum ait *se consilium dedisse Sullæ, privatus ut altum dormiret*. (Sat. I. 16.) Plane *declamatorium* illud erat argumentum. Inde *facundiæ* nomine illum celebrat Martialis. (Epig. VII. 91. 1.) Recte nimirum ille, satisque, pro temporum ratione, congrue. *Media* enim *ætas Juvenalis* incurret in annum, pro nostris hisce calculis, LXXVIII. vel LXXIX. multis antea annis, quam scriberet illa Martialis. Sed nulla adhuc memoratur ejus celebritas a re poëtica, ne quidem a *Quintiliano*, ubi agit de scriptoribus Satirarum. Non equidem, ut suspicatur Rigaltius, quasi illum læsisset hoc ipso Satirarum opere Juvenalis. Tantum abest, ut id moleste ferre posset noster, ut sane contra nuspiam illius, nisi cum honore, meminerit. Sed monet noster lectorem aliquoties, (v. Quintil. III. 1. et X. 1.) se dedita opera a *nominibus viventium* abstinere. Et multis postea annis scripsit Juvenalis illas, quas habemus, Satiras. Addit enim vitæ Auctor, posteaquam *declamationibus* inclaruisset: 'Deinde paucorum versuum Satira non absurde composita in Paridem pantomimum poëtamque Claudii Neronis, ejus semestribus militiolis tumentem, genus scripturæ industriose excoluit.' Proinde *unicam* illam fuisse *paucorumque versuum Satiram* innuit, quam *primam* scripsit Juvenalis: eam cum *non absurde compositam* ipse judicasset, inde animos sumsisse *ad genus scripturæ industriose excolendum*. Mansit tamen intra privata Auctoris scrinia prima ejus illa in hoc genere scribendi exercitatio. Adeo nimirum

ab eo nondum edita, ut ne quidem Amicorum auditoriis recitanda crederetur. Sic enim subjungit Auctor: *Et tamen diu ne modico quidem Auditorio quicquam committere est ausus.* Id quod etiam primis *primæ Satiræ* verbis satis aperte significat ipse Juvenalis. Nec enim alio spectare videntur illa, in quibus queritur, tamdiu se fuisse Poëtarum recitantium *auditorem*, semper *clamasse Frontonis platanos*, et *convulsa marmora, ruptasque assiduo lectore columnas*: cum ipse scilicet nondum in eo scripti genere aliorum patientiam exercuisset. Tam longe aberant illa a *Paridis* ira concitanda, si vel superstite Paride fuissent scripta, eum irritare non possent, cum nondum emanassent *in publicum*. Nec tamen verisimile est *ante cædem Paridis* vel illam *paucorum versuum Satiram* scripsisse Juvenalem. Nihil, fateor, de scriptionis *tempore* accuratum tradidit, quem unicum habemus de his rebus testem, vitæ Auctor Anonymus. Id unum indicat, *post mediam ætatem* ad illa Juvenalem studia deflexisse. Sed nihil plane de studiis ejus poëticis Poëta Martialis. (Ep. VII. 24.) Is tamen se ita Juvenali familiarem fuisse gloriatur, ut non magis Pyladi amicus fuerit Orestes, aut Theseus Pirithoo, ne vel arcana Juvenalis studia Martialem latuisse suspicemur. Imo a mortuis ille (Sat. I. extr.) prudenter abstinendum esse censet. Tantum abest ut *vivum Paridem* vel in *prima* illa *Satira* laceraret. Juniorum ergo Auctorum ista sunt tantummodo *ratiocinia*, non autem e veterum monimentorum coæva fide depromta testimonia. Cum vero *genus scripturæ industriose excoleret*, tum et *reliquum Satirarum corpus* scripsit, inque illam, quam retinent hodieque, formam redegit, et *ea quoque, quæ prima fecerat, novis scriptis infercivit*. Sunt enim illa Auctoris Anonymi verba: *Mox magna frequentia magnoque successu bis ac ter auditus est, ut ea quoque, quæ prima fecerat, inferciret novis scriptis.* Recitavit, ni fallor, omnia, emisitque in publicum, anno CXVIII. postquam Romam venisset Hadrianus, quem ille Principem a benevolo ejus in hæc studia animo in hac ipsa Satira (VII. 1.) in qua occurrunt verba illa de Paride, commendat. Inde, ni fallor, animos sumsit scripta sua in

publicum emittendi. Inde tantus ille recitantium numerus, de quo in prima Satira, cum spes illa lucri appareret, ditante professores, uti vidimus, Hadriano. Omnes ergo Satiras sub Hadriano editas existimamus, non postremas tantummodo, ut voluit Salmasius. Paratas enim ad editionem uno eodemque tempore fuisse vel illud arguit, quod *bis* illas *terque recitaret*. Non scilicet seorsim, sed unis continuisque recitationibus, quas quidem ante exilium scripserat, universas. Cumque diu se a recitatione continuerit, proinde anni CXVIII. fine, feriis fortasse, quas recitationibus plerumque dabant, vindemialibus, non autem æstivis, recitavit. Ultimas Satiras a XIII. tum certe scriptas nota illa sexagesimi a Fonteii consulatu anni docet, etiam observante Salmasio. Ad Trajani etiam tempora exeuntia spectabant *terræ motus* illi, quorum mentio occurrit in Sat. VI. 409. 410. observante Lipsio. Erat enim terræ motus ille anno pro nostris calculis CXIV. exeunte, pro receptis autem CXV. itidem exeunte. Et *Frontonem* illum, cujus platani et marmora perpetuis poëtarum recitationibus sonabant, ut nos docet Juvenalis ipso Sat. I. initio, non alium existimo a celeberrimo Oratore *M. Cornelio Frontone*, Marci Luciique Antoninorum Magistro, qui sub Hadriano præcipue et Pio et Marco floruit, ne ad tempora Hadriano antiquiora possit commode referri. Vidit illum certe audivitque sub Pio Gellius. (Noct. Att. XIII. 28. XIX. 8. 10. 13.) Consulatum autem sub discipulo gessit, ut videtur, Marco. Erant, fateor, alii quoque illis temporibus *Frontones*, ut observavit olim ad locum junioris Plinii Catanæus. In illis etiam Fronto Catius sub Trajano Orator et ipse et Senator Plinio ipsi coævus et ab eo non uno in loco memoratus. (Ep. II. 11. IV. 9. VI. 13.) Illum grandævum admodum fuisse oportet, si Marci tempora attigerit, si Plinii tempore ætate fuerit senatoria. Eundemque sane credidit Catanæus. Nescio an recte. Sed temporum ratio, et favor in illum Hadriani, et par adeo illius in literatos studium id efficiunt, ut non alium illum fuisse verisimillimum sit a Marci præceptore, de quo loquitur Juvenalis. Id tamen præcipue suadet, uti

dixi, tantus *ille recitantium numerus*, temporibus Hadriani convenientior quam Trajani. Trajano certe imperante Romam ita reliquit Martialis, ut in patriam discesserit, nec inde unquam postea redierit. Non alia, ut videtur, causa, quam quod lucri e studio Poëtices quærendi spes omnis deinceps penitus decollaverit. Proinde verisimilius existimo, qui anno CXVIII. Hadrianum offenderit, missum proinde in exilium initio anni CXIX. *Erat tum*, inquit vitæ auctor, *in deliciis aulæ histrio, multique fautores ejus quotidie provehebantur. Venit ergo Juvenalis in suspicionem, quasi tempora figurate notasset.* Nempe illa in *Paridem* dicteria *histrionem*, in *suum* (cujus nomen non prodidit Auctor) histrionem dicta interpretabatur Hadrianus, et *se* magis in illo quam *histrionem* ipsum, in histrionis *sui* persona notatum, quod honores suos viris literatis concessisset interpellante histrione. Ad Principes enim ipsos pertinebant laudes illæ temporum, aut convitia. Idque frequentissime illis objectum si quid personis vilioribus in reipublicæ administratione tribuissent. Servorum libertorumque gratia nihil fere contumeliosius. Sexto Pompeio hoc objectum legimus, et Imperatori Claudio. Et multa istiusmodi exempla, si opus esset, adduci possent. Nec tamen *libertorum* dignitas minori erat in pretio quam *histrionum*. Inde Juvenali exilii causa. Scripsit ergo in exilio Satiram XV. et XVI. si tamen vere et illa Juvenalis fuerit, quod negatum a plerisque testatur vetus Scholiastes. Sed cum *nuper Consulem Junium* fuisse dicat, jam sane cum Satiram illam scriberet XV. *elapsum* illum *Consulatum* innuit. Is ergo cum Consul fuerit anno CXIX. proinde ante annum ad minimum CXX. scribere illa non potuit Juvenalis. Nec vero postea scripsisse, exinde colligimus, quod *intra brevissimum* exilii *tempus angore ille et tædio perierit.*

D. JUNII JUVENALIS VITA

PER ANNOS PROBABILIBUS CONJECTURIS DIGESTA.

A. U. C. Varr. 795. Christi 42. Juvenalis 1.

PROBABILIUS est, Juvenalem non ante, quam eum post hunc annum in lucem editum esse. Satiram enim decimam tertiam annis LXI. post consulatum *Fonteii*, adeoque, si ille C. Fonteius Capito est, qui a. U. c. 812. consul fuit, (non L. Fonteius Capito cos. a. U. c. 820.) a. U. c. 873., eodemque anno, vel potius sequente, satiram XV. scripsit; (v. ad Sat. XIII. 16. 17. XV. 27. et inf. ad a. U. c. 874.) in Ægyptum autem, cum octogenarius esset, missus est, ibique intra brevissimum tempus angore et tædio periit, si fides habenda Suetonio: nam ita brevitatis causa incertum Vitæ supra ascriptæ auctorem appellare liceat. At vix crediderem, poëtam, octoginta jam annos natum, satiris adhuc conficiendis operam dedisse, nedum in Ægypto, ubi ægritudine et mœrore ita afflictus est, ut paulo post adventum e vita discederet. Quæ in contrariam partem laudantur verba poëtæ Sat. XV. 45. ad priora quoque vitæ ejus tempora referre licet. Quoquo autem modo se res habeat, quæ profecto ad liquidum perduci neutiquam potest, non multum certe a vero aberrabimus, si natalem Juvenalis in annum U. c. 795. conferimus. (v. inf. ad a. U. c. 874.)

Eodem anno *Quintilianum*, clarissimum rhetorem, (v. ad Sat. VI. 75. et 280.) Juvenalem vero a. U. c. 791. Christi 38. natum esse, suspicabatur Dodwellus in Annal. Quintil. Regnabat tunc temporis (ab a. U. c. 794-807. Christi 41-54.) Tib. *Claudius* Drusus; ante quem (ab a. U. c. 790-794. Chr. 37-41.) imperium tenuerat C. Cæsar *Caligula*, qui a. U. c. 791. Chr. 38. accepto a Cæsonia uxore philtro in furorem conjectus erat, (cf. Sat. VI. 615 sq.) et a. U. c. 793. Lugduni instituerat certamen Græcæ Latinæque facundiæ, (v.

ad Sat. I. 44. et VII. 147 sqq.) quo etiam tempore ab eo forsan in exilium missus *Secundus Carrinas* rhetor, de quo v. ad Sat. VII. 204. Hic vero Caligula successerat *Tiberio*, de cujus secessu Capreensi, (a. U. c. 780-790.) tyrannide et amicorum principe Sejano, hujusque potestate ac morte, v. Sat. X. 56-113.

De parentibus poëtæ nostri nihil memoriæ proditum reperitur, præter id, quod tradit Suetonius: 'Juvenalis libertini locupletis, incertum filius, an alumnus.'

Prænomen Juvenalis *Decimum* esse, non *Decium*, præter alios docuit Lud. Carrio Emendatt. cap. 1. Ab antiquis eum librariis communiter *Ethicum* cognominari, (haud dubie propter plurima morum præcepta, quæ satiris suis intexuit,) ut Martialem *coquum*, Propertium *nautam*, Ovidium *Getam*, Statium *Aquilinum*, Prudentium *amœnum*, monet Barth. Advers. VI. 1. Eodem nomine passim laudatur a Petro Blæsensi in Epistolis, Jo. Sarisberiensi, Vincentio Bellov. aliisque hujus ævi scriptoribus, qui et reliquos poëtas satiricos vocare solent *ethicos*, quoniam ἠθικὰ potissimum ab iis tractantur. Cf. Dan. Heins. de Sat. Horat. lib. I. p. 48. et Nicol. Antonii Bibl. Vet. Hisp. lib. I. pag. 62.

Patriam poëtæ fuisse *Aquinum*, (Volscorum oppidum, quod πόλις μεγάλη Strab. l. v. p. 164. nunc autem *Aquino* dicitur, et patria quoque fuit Thomæ de Aquino, celebris Scholasticorum parentis,) probabili judicio colligitur e Sat. III. 319. Hinc in omnibus fere Juvenalis codicibus, et scriptis et editis, recte cognominatur ille *Aquinas*, in nonnullis vero vitiose *Arpinas*. In vetustiss. cod. Pithœi ad initium Sat. I. hæc verba leguntur: 'Juvenalem aliqui Gallum propter corporis magnitudinem, aliqui Aquinatem dicunt.'

A. U. C. 801. Christi 48. Juvenalis 7.

Messalina, impudicissima Claudii Imp. uxor, palam nuptias facit cum C. Silio, formosissimo juvene, et cum eo interficitur consilio ac jussu *Narcissi*, ditissimi potentissimique libertorum Claudii: v. ad Sat. VI. 115-132. X. 329-345. et XIV. 329. sq. Præter Narcissum *Pallas* et *Posides* liberti

plurimum gratia valebant apud eumdem Claudium Imp. Cf. ad Sat. I. 109. et XIV. 91.

A. U. C. 802. Christi 49. Juvenalis 8.

De præceptoribus Juvenalis nihil potest certa et explorata fide tradi. Henninius quidem, Criniti aliorumque auctoritatem secutus, ad vitam Juvenalis, quæ Suetonio tribuitur, notat, eum Frontone Grammatico (quem etiam Sat. I. 12. innui quidam putant) magistro usum esse, et ab eo summa diligentia institutum: hunc enim docuisse illis temporibus Romæ magna cum nominis celebritate, teste Gellio. Eamdem ob causam fuere etiam, qui Juvenalem in disciplinam traditum esse Quintiliano suspicarentur. Sed quam infirma sit hæc ratio, facile intelligitur. Nam non modo Romæ alii quoque tunc temporis iique celebres fuere Grammatici et Rhetores, quorum scholas frequentare potuit Juvenalis, cum puer esset, sed multo quoque probabilius est, eum quorumvis potius aliorum institutione formatum fuisse, quam Frontonis illius et Quintiliani. Hic enim, quod supra diximus, vel eodem, quo poëta noster, anno, vel aliquot, ille autem multis annis post eum natus videtur. Marcus certe Cornelius Fronto, clarissimus Rhetor, cujus passim mentionem facit Gellius, (Noct. Att. II. 26. XIII. 28. XIX. 8. 10. 13.) præceptor fuit duorum Imperatorum, M. Antonini Philosophi, (qui ei statuam in senatu, consulatum in duos menses aliosque honores contulit,) et Veri. (v. Capitolin. in vita Anton. Philos. c. 2. et Veri c. 2. Auson. in grat. act., Macrob. Sat. v. 1. et ipsius Frontonis Epist. ad Marcum ap. Charis.) Antoninus vero ille regnavit a. U. c. 914-933. a. Chr. 161-180. et natus est a. U. c. 874. Chr. 121. aliquot forte mensibus vel adeo annis post mortem Juvenalis, qui ad summam vixit senectutem. Quis itaque sibi persuadeat, utriusque præceptorem fuisse Frontonem illum?

Ceterum si pater poëtæ nostri *locuples libertinus* fuit, filium artibus liberalibus honestisque, quibus nobilium, saltem ingenuorum, liberi instituebantur, imbuendum curare poterat; idque omnino curasse videtur.

A. U. C. 804. Christi 51. Juvenalis 10.

Ostorius in Britannia bellum gerit adversus Brigantas. Cf. ad Sat. XIV. 196.

A. U. C. 807-821. Christi 54-68. Juvenalis 13-27.

Claudio Imp., qui Agrippinæ uxoris fraude necatur boleto venenato, (v. ad Sat. V. 147. et VI. 620 sq.) in imperio succedit *Nero*, cujus et Domitiani temporibus maxima morum corruptela immaniaque vitia vigent et flagitia, quæ in primis Sat. I. II. III. VI. et VIII. adumbrantur. Ex iisdem intelligitur, Neronem fuisse tyrannum, aurigam, cantorem, citharœdum, histrionem, popinarum frequentatorem, pædicatorem, incendiarium, Troicorum scriptorem: v. Index et Sat. VIII. 193-230. Famosi delatores hujus ævi Matho, Heliodorus, Demetrius, Egnatius Celer, Regulus, Massa, Carus, Latinus. Cf. ad Sat. I. 32-36. Nero dicitur *Domitius* Sat. VIII. 228.

A. U. C. 810. Christi 57. Juvenalis 16.

Si recte Juvenalis natalem definivimus, hoc anno togam ille virilem sumsit, quippe quæ anno ætatis XVI. ineunte sumi solebat illo ævo: v. Massoni vita Ovidii et Horatii, nec non Noris. Cenotaph. Pisan. p. 115 sq. Eodem anno Cossutianus *Capito*, Tigellini gener et Ciliciæ præfectus, de pecuniis repetundis postulatus a Cilicibus et damnatus est. Cf. ad Sat. VIII. 93.

A. U. C. 812. Christi 59. Juvenalis 18.

C. Fonteio Capitone et Vipsanio Coss. nascitur Calvinus, amicus Juvenalis. Cf. ad Sat. XIII. 17.

A. U. C. 815. Christi 62. Juvenalis 21.

Hoc forte anno primam poëta posuit barbam. Cf. ad Sat. I. 25 sq. XIII. 56 sq. et Dodwelli Annal. Quintil. p. 180.

A. U. C. 816. Christi 63. Juvenalis 22.

C. Sofonius *Tigellinus*, Burro mortuo, prætorianis cohortibus præponitur a Nerone, apud quem plurimum gratia valet propter similitudinem morum: v. ad Sat. I. 155 sqq. Eodem anno, et ætatis tricesimo, P. Mario Celso, L. Asinio Gallo consulibus, moritur A. *Persius* Flaccus poëta; (v. Sueton. in ejus vita;) et Nero uxorem ducit *Poppæam* Sabinam, quæ ita diffluebat luxuria, ut, quocumque iret, sexcentas secum asellas duceret, (nam lacte asinio utebantur molles homines, ut teneresceret cutis et candesceret,) et unguenta suavissimi odoris ab ea dicerentur *Poppæana*. Cf. ad Sat. II. 107. VI. 462. 468 sqq.

A. U. C. 817-834. Christi 64-81. Juvenalis 23-40.

Juvenalem ad mediam fere ætatem declamasse, animi magis causa, quam quod scholæ se aut foro præpararet, tradit Suetonius. Cf. ad Sat. I. 15 sq. Hinc etiam Martiali Epigr. VII. 91. *facundus* dicitur; nec ulla est satira, quæ non redoleat ingenium, declamandi exercitio, pro more illius ævi, plane formatum, et diutius, quam par erat, occupatum.

A. U. C. 818. Christi 65. Juvenalis 24.

Occiditur C. Calpurnius *Piso*, auctor conjurationis in Neronem, vir bonus, ditissimus, liberalis, doctorumque hominum patronus, qui a. U. c. 801. cum Lucio Vitellio Consul fuerat suffectus. De hoc et aliis Pisonibus, qui illis temporibus vixere, v. ad Sat. V. 109. Cum eo pereunt etiam alii, qui et prædivites erant, et impliciti Pisonianæ conjurationi, Plautius *Lateranus*, (Consul designatus et Messalinæ adulter,) L. Annæus *Seneca*, et M. Annæus *Lucanus* poëta. Vid. ad Sat. V. 109. VII. 79 sq. (ubi Lucanus *Serrano* et *Saleio* Basso, pauperibus horum temporum poëtis, opponitur) VIII. 147. et X. 15 sq. Eodem anno prima fuit eaque sævissima persecutio Christianorum, qui jussu Neronis tunica molesta aliorumque tormentorum inusitato genere

conficiebantur; quo respexit poëta Sat. I. 155 sq. et VIII. 235.

A. U. C. 819. Christi 66. Juvenalis 25.

Hoc anno a Nerone damnatur *Thrasea Pætus*, socer *Helvidii Prisci*, quæ insignia erant virtutum liberiorisque animi exempla. Cf. inf. ad a. U. c. 823. et ad Sat. V. 36. 37.

A. U. C. 820. Christi 67. Juvenalis 26.

L. *Fonteio* Capitone et C. Julio Rufo consulibus (v. ad Sat. XIII. 16. 17.) P. Egnatius Celer Stoicus falso testimonio adjuvat damnationem *Bareæ* Sorani, discipuli amicique sui, qui exemplar erat virtutum, et Proconsul Asiæ fuerat: v. ad Sat. I. 33. III. 116 sq. et VII. 91.

A. U. C. 821. Christi 68. Juvenalis 27.

Neronis scelera et ineptias, quæ Sat. VIII. 193-230 notantur, vindicant *Virginius*, *Vindex*, et *Galba:* v. Sat. VIII. 221. 222. Eo cæso summa imperii defertur ad Servium Sulpicium *Galbam*, qui post octennium ex Hispania Romam redierat. Ab hoc *Quintilianum* ex Hispania Tarraconensi, cujus opp. Calagurris ejus patria fuit, admodum adolescentem hoc anno Romam perductum esse, tradit Hieronymus in Chron. Quæ si vera sunt, et Quintilianus, de quo vix dubitare possis, Hispanus fuit, nec Romanus, quod Nic. Gedoyn, Gallicus ejus interpres, contendebat; probabile est, illum jam Romæ fuisse ante imperium Galbæ, quippe qui ipse nos docet Inst. Orat. X. 1. et XII. 11. a se juvene auditum esse Domitium Afrum, summum oratorem, quem jam a. U. c. 813. Christi 60 mortuum esse, ex Tac. Ann. XIV. 19 cognoscimus. Quoquo modo se res habeat, constat certe, Quintilianum exinde viginti annos Rhetoricam in schola publica Romæ professum esse: v. Dodwelli Annal. Quintil. § 12. 13. 15. et conf. ad Sat. VII. 188-198. Ejus præceptor *Palæmon*, (v. ad Sat. VI. 452.) et discipuli clarissimi fuere Plinius junior et C. Cælius orator.

A. U. C. 822. Christi 69. Juvenalis 28.

Galba occiditur a M. Salvio *Othone*, homine mollissimo, qui ita diffluebat luxuria, ut in ipsis castris uteretur speculis et faciem madido pane lineret. Idem paulo post, copiis suis a *Vitellio* victis in pugna Bebriacensi, gladio pectus sibi transfigit: vid. Sat. II. 99-109. et VI. 559. Amicus ejus erat *Seleucus* astrologus: v. ad Sat. VI. 559.

A. U. C. 822-832. Christi 69-79. Juvenalis 28-38.

Vitellio interfecto regnat *Flavius Vespasianus*, Imperator bonus, sed tam avarus, ut urinæ etiam vectigal comminis ceretur. Cf. ad Sat. XIV. 204.

A. U. C. 823. Christi 70. Juvenalis 29.

Helvidius Priscus, gener Thraseæ Pæti, damnatur a Vespasiano. Cf. sup. ad a. U. c. 819.

A. U. C. 828. Christi 75. Juvenalis 34.

Ex Italia abire jubetur *Berenice*, pulcherrima Agrippæ majoris, regis Judæorum, filia, (ut quidam putant, Herodis filia et uxor Ptolemæi, regis Ægypti,) quæ amorem Titi Cæsaris jam inde ab a. U. c. 823. in se accenderat, et cum fratre, *Agrippa* minore, ultimo Judææ rege, incestum fecit. Cf. ad Sat. VI. 156 sq. Pro Berenice regina et apud eam se causam dixisse tradit Quintilian. Inst. Or. IV. 1.

A. U. C. 830-838. Christi 77-85. Juvenalis 36-44.

Britannia et *Orcades* insulæ expugnantur ab Agricola, qui tamen *Hiberniæ* occupandæ consilium exequi non potest; sed revocatus a Domitiano in otio vivit, ut tyranni insidias effugiat, et moritur a. U. c. 846. veneno necatus, quod vulgo saltem credebatur. Cf. ad Sat. II. 159 sq. IV. 127. XIV. 196. XV. 124. *Gallia causidicos docuit facunda Britannos* Sat. XV. 111.

A. U. C. 833. Christi 80. Juvenalis 39.

Juvenalis, qui ad mediam fere ætatem declamaverat, ab hoc tempore, paucorum versuum Satira non absurde composita in Paridem et Statium, hoc genus scripturæ industriose excolit; sed diu ne modico quidem auditorio quicquam committere audet, propter tyrannidem Domitiani. Ita Suetonius in Vita.

A. U. C. 834-849. Christi 81-96. Juvenalis 40-55.

Imperium obtinet T. Flavius Sabinus *Domitianus*, qui *ultimus Flavius*, *Nero calvus*, et *Pontifex summus* dicitur Sat. IV. 37. 38. 46. 137. Ævum ejus simile Neroniano, (v. ad a. U. c. 807.) et insigne copia delatorum in dies crescente, e quibus famosissimi erant *Regulus*, (v. ad Sat. I. 33 sq.) *Bebius Massa*, (Sat. I. 35.) *Metius Carus*, (Sat. I. 36.) *Palfurius Sura*, (Sat. IV. 53.) *Armillatus*, (ibid.) *Pompeius*, (Sat. IV. 110.) *Catullus Messalinus*, (Sat. IV. 113 sq.) et *Fabricius Veiento*. (Sat. III. 185. IV. 113. 124. VI. 113.) Hujus Fabricii, senatoris hominisque adulandi peritissimi, uxorem *Hippiam* cum Sergio gladiatore in Ægyptum migrasse, narratur Sat. VI. 82-113. Præfecti Urbi sub Domitiano erant *Pegasus* et *Rutilius Gallicus*: v. ad Sat. IV. 75 sq. et XIII. 157.

A. U. C. 836. Christi 83. Juvenalis 42.

Domitianus ridicula expeditione in Cattos facta a Senatu triumphum et cognomen *Germanici* accipit. Cf. ad Sat. VI. 205.

A. U. C. 837. Christi 84. Juvenalis 43.

Domitianus X. et App. Junius Sabinus consules. Hunc Junium nonnulli perperam innui putant Sat. XV. 27.

A. U. C. 838. Christi 85. Juvenalis 44.

Domitianus, repudiata Domitia occisoque propter adulterium ejus *Paride* histrione, (Sat. VII. 87.) palam tanquam cum uxore consuescit cum *Julia*, Titi fratris sui filia, Sabino

nupta, quæ coacta a se conceptum abigere moritur, et a. U. c. 844. Chr. 91. consecratur. Eodem tempore Domitianus severas de adulteriis et pudicitia leges, *Juliam* et *Scatiniam*, revocat. Cf. ad Sat. II. 29-44. et Dodwell. Annal. Quintil. § 24.

A. U. C. 838-845. Christi 85-92. Juvenalis 44-51.

Bellum geritur adversus *Dacos*, in quo App. Junius Sabinus et Corn. *Fuscus* pereunt. Domitianus tandem annuo tributo promisso pacem ab hosto emit, et tamen de victoribus falsum agit triumphum, cognomenque *Dacici* sumit. Cf. ad Sat. IV. 111. VI. 205. et Dodwelli Annal. Quintil. § 22. et p. 190. ubi suspicabatur etiam, eodem tempore ridiculum Patrum consilium de inusitatæ magnitudinis rhombo a Domitiano habitum esse, (si verum fuit, non fictum,) ante quam in *Dacos* mitteretur *Fuscus*, et cum tristes tam e *Britannia*, (cujus rex præter alios fuit *Arviragus* Sat. IV. 127.) quam de *Cattis* et *Sygambris* nuntii venissent. Cf. ad Sat. IV. 37 sqq. 111. 126. 147. Ei consilio affuisse dicuntur *Pegasus* JCtus celeberrimus, qui sub Vespasiano Consul fuit suffectus cum Pusione, et postea Præfectus Urbi, (v. ad Sat. IV. 75 sq.) *Vibius Crispus*, senex jucundi et mitis ingenii, (Sat. IV. 81 sq.) *Acilius Glabrio* cum filio, (Sat. IV. 93-103.) *Rubrius*, (ibid. v. 104 sq.) *Montanus* abdomine tardus, (v. 107.) *Crispinus*, matutino sudans amomo, (qui servus olim fuerat Ægyptius, sed a Domitiano ad dignitatem provectus equestrem luxuria diffluebat, de quo v. ad Sat. I. 26 sq. IV. 1 sq. 108. 109.) *Pompeius* delator, (Sat. IV. 110.) Corn. *Fuscus*, (ibid. v. 111. 112.) *Catullus Messalinus* et *Fabricius Veiento*. (v. ad Sat. IV. 113 sq. et sup. ad a. U. c. 834.)

A. U. C. 839. Christi 86. Juvenalis 45.

Agones Capitolini a Domitiano instituuntur in honorem Jovis Capitolini, et *Britannia* insula circumvehitur ab Agricola, octavo præfecturæ ejus in Britannia anno. Cf. ad Sat. VI. 387. VII. 86. et Dodwell. Ann. Quintil. § 22.

A. U. C. 845. Christi 92. Juvenalis 51.

Quintilianus, Rhetor celeberrimus, idemque ditissimus, institutioni filiorum sororis a Domitiano præficitur, et forte per patrem eorum, Flavium Clementem, ornamenta impetrat consularia: v. ad Sat. VII. 188-198.

A. U. C. 846. Christi 93. Juvenalis 52.

Bæbius *Massa* accusatur a Plinio juniore et Senecione, ac damnatur: v. ad Sat. I. 35.

A. U. C. 847. Christi 94. Juvenalis 53.

Domitianus philosophos Urbe Italiaque summovet. Cf. not. ad Argùm. Sat. II. et Dodwell. Ann. Quint. § 14. et 26.

A. U. C. 848. Christi 95. Juvenalis 54.

Acilius Glabrio, qui cum Trajano consul fuerat, jussu Domitiani occiditur cum Herennio Senecione, L. Junio Rustico, (v. ad Sat. XV. 27.) Sallustio Lucullo, Ælio Lamia, Metio Pompesiano, et aliis: v. ad Sat. IV. 94 sq. 154. Eodem forte tempore Judæis, a Domitiano, ut quondam a Claudio, Roma pulsis, locatur lucus Camœnarum, a Numa his sacratus, unde in Urbem mendicatum vaticinatumque veniunt. Cf. ad Sat. III. 13 sq. et VI. 542 sq.

A. U. C. 849. Christi 96. Juvenalis 55.

Domitianus, qui omni nobilitate extincta jam in plebem quoque sævire cœperat, trucidatur: v. ad Sat. IV. 153. 154. Eodem anno moritur P. Papinius *Statius* poëta, qui a Domitiano et Paride divitiis honoribusque auctus erat. Cf. ad Sat. VIII. 82-93.

A. U. C. 849-851. Christi 96-98. Juvenalis 55-57.

M. Cocceius Nerva Imperator est, ad quem forte spectat initium Sat. VII.

A. U. C. 851-870. Christi 98-117. Juvenalis 57-76.

Regnat M. Ulpius Nerva *Trajanus*, ad quem nonnulli referunt principium Sat. VII.

A. U. C. 853. Christi 100. Juvenalis 59.

Marius Priscus, direptis Afris, quorum causam agit Plinius junior, repetundarum damnatur (v. ad Sat. I. 47 sq. et VIII. 120.) hoc anno, quo tertium cum Trajano consul erat M. Cornelius *Fronto*, orator insignis et patronus virorum doctorum, qui, ut *Maculonus*, alius dives homo hujus ævi, poëtis recitaturis ædes suas commodabat: v. ad Sat. I. 12. 13. et VII. 40. Eodem anno Trajanus consulem sibi suffecit Plinium juniorem.

A. U. C. 854. Christi 101. Juvenalis 60.

Hoc forte anno *Martialis*, quem poëtæ nostro familiarissimum fuisse, ex ejus epigr. 24. libri VII. intelligitur, obiit in patria, (Bilbili, Celtiberiæ opp.) quam senex, relicta Roma a. Chr. 100., (v. Massoni vit. Plin. jun. p. 112 sq.) vel, si Dodwello (Ann. Quint. § 38.) fides habenda, a. Chr. 103. repetiit, et ubi paulo post mortuus est. Ibidem scripsit epigr. 18. libri XII. unde Salmasius et Dodwellus recte collegerunt, Juvenalem tunc temporis Romæ fuisse, non in Ægypto.—Eodem anno, Trajano VI. Sex. Articuleio Pæto Coss., Prætor fuit P. Juventius *Celsus*, JCtus celeberrimus, qui a. U. c. 882. secundum gessit consulatum regnante Hadriano: v. ad Sat. VI. 245. et VIII. 194.

A. U. C. 867. Christi 114. Juvenalis 73.

Terræ motus Antiochiam et vicina loca concutit, quo tempore Trajanus expeditionem susceperat in Armenios et Parthos. Cf. ad Sat. VI. 407-411. et Dodwell. Ann. Quint. § 40.

A. U. C. 870. Christi 117. Juvenalis 76.

P. Ælius *Hadrianus*, ab exercitu Antiochiæ Imperator salutatus et Augustus, Romam venit; quo tempore Quinti-

liano data esse ornamenta consularia, multosque poëtas recitasse, in his quoque Juvenalem, suspicabatur Dodwell. Ann. Quint. § 36-41. Cf. ad Sat. I. 1 sq. et VII. 188-198. Hadrianus imperavit pæne annos XXI. et Princeps fuit omnibus literis perpolitus doctorumque hominum amantissimus; unde ad eum videntur pertinere, quæ Sat. VII pr. leguntur, et ad hæc tempora, quæ refert Suetonius: *mox magna frequentia magnoque successu bis ac ter auditus est* Juvenalis, *ut ea quoque, quæ prima fecerat, infarciret novis scriptis:* v. c. Sat. VII. 90-92.

A. U. C. 872. Christi 119. Juvenalis 78.

Junio Rustico consule gesta sunt, quæ Sat. XV. 27-92. memorantur de Ombitis et Tentyritis.

A. U. C. 873. Christi 120. Juvenalis 79.

Hoc anno Juvenalis scripsit Satiram XIII. quod ex ejus vs. 16. et 17. intelligitur.

A. U. C. 874. Christi 121. Juvenalis 80.

Satira XV. hoc forte anno scripta, non superiore; nam si tam recens factum esset, quod in ea narratur, poëta, opinor, vs. 27. simpliciter dixisset *nuper,* neque adjecisset *consule Junio.*

Si recte annum U. c. 795. natalem Juvenalis statuimus, ille hoc anno, quo tum octogenarius fuit, in suspicionem venit, quasi Sat. VII. 90 sq. tempora præsentia figurate notasset, ac statim per honorem militiæ Urbe summotus est, et, ad præfecturam cohortis, in Ægyptum missus, ubi intra brevissimum tempus angore et tædio periit. Sed poëta forte extremis demum Hadriani temporibus, non primis, in exilium actus est, et initio imperii ejus sexagenarius fuit, satirasque tantum non omnes et fecit et recitavit; quod minus convenit octogenario. Cf. sup. ad a. U. c. 795. Ceterum de loco exilii ambigitur. Salmasius putabat, eum fuisse *Sienen;* Jo. Malalas vero in Chronogr. T. I. p. 341. cujus verba repetiit Suidas, *Pentapolin* Libyæ, h. e. Cyre-

naicam, de quo v. Plin. v. 5 pr. vetus Schol. ad Sat. IV. 38. *Oasa* s. *Oases*, de quibus docte et copiose egit Michaëlis nota 54 ad Abulfedæ descript. Ægypti p. 21-33. ubi docet, tres Oases, et prope majorem fuisse præsidium Rom., hunc autem esse exilii locum, e jure Romano et historia ecclesiastica (v. c. de Nestorio) notissimum, in quem, ut in insulas, deportati olim sint rei et relegati.

DE
SATIRA ROMANORUM.

ACCURATA hujus argumenti et copiosa pertractatio aliena est a consilio nostro, neque paucis absolvi potest verbis ac paginis. Qui eam desiderant, iis consulendi sunt virorum doctorum libri, in quibus omnia, quæ huc spectant, quoad per magnam rerum obscuritatem veterumque testimoniorum paucitatem fieri potuit, tam diligenter excussa sunt et subtiliter, ut novis vix curis conjecturisque locus sit relictus.[1]

NOTÆ

[1] Conferendi in primis sunt: CASAUBONI *de Satyrica Græcorum Poësi et Romanorum Satira Libri duo*, Hal. 1774. ed. RAMBACH. qui præter suas et CRENII notas adjecit etiam pag. 331-400. SPANHEMII Diss. *sur les Césars de Julien et en géneral sur les ouvrages satyriques des Anciens*, quam is præfixerat versioni Gall. Cæsarum Juliani Amst. 1728. 4. DACIER in *Préface de l'origine et du progrès de la Satyre des Romains et de tous les changemens qui lui sont arrivés*, in Edit. Horat. T. VI. Paris. 1709. et in Mémoires de l'Acad. des Inscr. et belles lettres T. II. p. 199 sq. JOS. SCALIGERI *Castigatt. ad Manilium* vs. 408. p. 283. JUL. SCALIGER *de arte poëtica* l. I. c. 12. DAN. HEINSIUS *de Satyra Horatiana*, in ed. Horat. L. B. 1612. VULPIUS *de Satyræ Latinæ natura et ratione, ejusque scriptoribus qui supersunt, Horatio, Persio, Juvenale*. Patavii 1744. 8. DRYDEN in *Essay concerning the origin and progress of Satyr*, cujus commentat. versio Germ. reperitur in *Sammlung vermischter Schriften zur Beförderung der schönen Wissenschaft. und freyen Künste V Bd*. 2 *Stück*. Berol. 1762. BRUMOY *Discours sur le Cyclope d'Euripide et sur le spectacle satyrique* in *Théatre des Grecs* T. VI. p. 357 sq. et T. X. p. 18 sq. MASCOVII *Exercitat*. I. *in Horatii Satiras*.

Equidem officio meo satis fecisse mihi videor, si, quæ alii tum recte tum copiose præceperunt, in epitomen redegero, et capita attigèro harum rerum, quarum veras notiones mentibus informatas habere multum interest juventutis, cui potissimum opera mea consulere volui.

Ridendi et cavillandi mos communis est hominibus, quippe qui ipsa natura et hilaritate ad eum invitantur. Hinc idem quoque obtinuit in primis eorum conventibus, in lætissimis iisdemque vetustissimis festis, quæ post messem et vindemiam, rusticis laboribus vertentis anni exactis, in honorem Deorum ruralium, Cereris potissimum et Bacchi, agebantur. In iis pubes rustica, curis vacua et genio indulgens, non modo Diis gratias agere et primitias offerre, sed rudem quoque et cum gesticulatione conjunctum edere solebat cantum. Is primum ad laudes Deorum heroumque spectabat, deinde, inter et post epulas, ad dicteria deflecte-

NOTÆ

Lips. 1714. RIGALTII Diss. *de Satira Juvenalis*, in edit. Juven. Hennin. Prolegom. Sect. III. DUSCH in *Briefen zur Bildung des Geschmacks*. P. VI. pag. 1-77. BRESCIANO *della Satira* in *Lettere scelte di varie Materie* T. III. Venet. 1753. ROBORTELLI *lib. de Satyra*, adjunctus Paraphrasi ejus in Horat. A. P. Patav. 1548. COOKE *Grunds. der dram. Kritik*. HEYDE *de satyrica poësi Græcorum et satira Romanorum*, in ejusd. vers. Persii Lips. 1738. CLODIUS in *Versuche aus der Literatur und Moral*. 1. *St*. p. 123 sq. Lips. 1767. FLÖGELS *Geschichte der komischen Literatur* Tom. I-III. inpr. Tom. III. Liegnitz 1784. SULZERS *Theorie der schönen Künste und Wissenschaften* T. I. v. *Comœdie* et *Aristophanes*, et T. IV. v. *Satire*. BLANKENBURGS *Anm. z. Sulzer l. l.* ESCHENBURGS *Theorie und Literatur der schönen Wissensch*. Berol. 1786. BUHLE *Progr. de fabula satyrica Græcorum* Gœtting. 1787. 4. MEINERS *Geschichte des Ursprungs, Fortg. und Verf. der Wissensch. in Griech. u. Rom.* T. II. lib. VI. c. 2. EICHSTAEDT *de dramate Græcorum comico-satyrico, inpr. de Sosithei Lytiersa*, Lips. 1793. 8. CONZ *über die Satyre der Römer und über Juvenal*, in s. Museum für die griech. und röm. Literatur III St. p. 31-49. Zürich u. Leipz. 1795. MANSO *über die römischen Satiriker*, in Nachträgen zu Sulzers allg. Theorie d. sch. Künste. IV B. 2. St. S. 409-496. KŒNIG *de Satira Romana ejusque auctoribus præcipuis*, Oldenb. 1796. 8. Multi quoque editores Horatii, Persii, et Juvenalis in Proleg. de Rom. Satira, sed parum subtiliter et brevissime, disputarunt. Mihi quidem non omnes, quorum titulos memoravi, ad manus fuere libelli, at præcipui tamen, quo refero eos, quos scripsere *Casaubonus*, *Eichstaedt*, *Manso*, et *Kœnig*, quorum diligentiæ et acumini me plurimum debere gratus profiteor, quorumque nomina tantum infra passim laudasse sufficiet.

bat salsa, versibusque plerumque alternis et incomtis s. extemporalibus (*αὐτοσχεδιάσμασι*) expressa, quibus agricolæ, vino pleni, et prætereuntes et se invicem lacessebant, animorum remissione et temulentia excusante jocandi et irridendi licentiam.[2] Sensim vero ars adhiberi cœpit, rusticique homines ad numerum (*ῥυθμὸν, μέτρα καὶ ἁρμονίαν*) et canere et gesticulari seu saltare discebant. Inde *chorus*, qui principio e Satyris ut plurimum componebatur, ipsaque poësis (*θεατρικὴ μουσικὴ*) originem duxit.[3] Duplex autem illud canticorum genus paulatim scenicam dramaticamque Græcorum artem, et alterum quidem *tragædias* (*τραγῳδίας* s. *τρυγῳδίας*) alterum *comædias* (*κωμῳδίας*) peperit.[4] Ex illis præterea choris Satyrorum, quos priscis temporibus ruricolæ, vino gaudioque exultantes, omnique dicacitatis et petulantiæ genere risum cientes, agebant, natæ sunt *Satyricæ* Græcorum *fabulæ*, quæ, cum argumento tragœdiis, compositione comœdiis proximæ essent, illarum severitatem harum hilaritate temperabant, et non ita multo post Thespidis inventoris tempora in scenicis tragicorum poëtarum certaminibus s. *τετραλογίαις*, quæ tribus festis Bacchicis vel Liberalibus (*Διονυσίοις τοῖς ἐν Λίμναις, τοῖς κατ' ἄστυ* et *τοῖς κατ' ἀγροὺς*) celebrabantur, trinis tragœdiis, ab eodem propositis poëta et argumento fere haud disparibus, eum in finem subjungi solebant, ut quicquid tristitiæ ex illis forte haustum esset, his relaxaretur.[5] Præter has vero *fabulas tragico-satyricas*, e quibus una tantum, Cyclops Euripidis, integra superest, fuere etiam *comico-satyricæ*,[6] non a tragicis,

NOTÆ

2 Cf. loca class. Virg. Ge. II. 385 sqq. Horat. Epist. II. 1. 139 sqq. et Tibull. I. 7. 35 sq. II. 1. 51 sq. Scurrilitatis illius exempla nota ex Horat. Sat. I. 5. 51 sq. 7. 1 sq. 28 sq. Virg. Ecl. III.

3 Conf. Aristot. Poët. c. 4. Tibull. l. l.

4 V. Aristot. l. l. et Athen. II. p. 40. ed. Casaub. Blankenburg. T. I. p. 504 sq.

5 Conf. Casaub. lib. I. c. 2-6. inpr. p. 117-125. Buhle l. l. Eichstaedt p. 25 sq. Flögel T. I. p. 337 sqq. Potteri Arch. Gr. T. I.

6 Id quidem non fugit Casaubonum et Spanhemium, sed leviter tantum (ille p. 154. hic p. 346) rem tetigerunt, quam prolixe primus et non minus ingeniose quam docte tractavit Eichstaedt l. l.

sed comicis scriptæ poëtis, (nam quæ his tribuuntur dramata satyrica non tragica fuisse sed comica, vel ex eo intelligitur, quod quilibet poëta Græcorum non nisi unum poëseos genus tractare et excolere solebat,) quæ, illis jam deflorescentibus, diu adhuc viguere, sed raro et inscriptionis tantum, non argumenti ratione habita memorantur, et vel simpl. nominibus Satyrorum insignitæ,[7] vel variis titulis designatæ,[8] vel communi comœdiarum genere comprehensæ videntur: unde difficillimum dictu, quæ vera comicæ Græcorum Satyrices fuerit indoles, et quibusnam in rebus a tragica discrepaverit.[9]

NOTÆ

7 Sic Athenæus laudat Anaxandridam ἐν Σατύρῳ, Cratinum, Ecphantidem, et Phrynichum ἐν Σατύροις, (quæ vox plur. num. sæpe unam tantum fabulam significat, quo res magis turbatur,) Timoclis Ἰκαρίους Σατύρους et Δημοσατύρους.

8 Cl. Eichstaedt eo refert Κωμῳδοτραγῳδίαν Alcæi, Ἱλαροτραγῳδίας Rhintonis, et *Tragico-comœdiam* in Plauti Prol. Amphitr. v. 59 sq. ubi poëtæ menti Amphitruonem Rhintonis obversatum esse suspicatur.

9 Eichstaedt l. l. p. 46-86. conjecturis, non certis quidem, at probabilibus, saltem ingeniosis, ductus, hæc inter utrumque satyricæ poëseos genus discrimina intercessisse arbitratur. 1. Tragici poëtæ, uti tragœdiarum, ita satyricorum quoque dramatum, materiem e cyclo mythico petiere, qui plurimum iis præstabat et commoditatis ad fingendi probabilitatem, et varietatis ad spectatorum delectationem. Quæ argumenta licet comici poëtæ non prorsus aspernarentur; multi tamen e vita communi maluerunt quotidianaque consuetudine ea repetere: in quo utique diversum sunt a Tragicis consilium secuti. Nimirum a Comœdiis scribendis quoniam ad fabulas accesserant satyricas, ad has ita quasi transfudisse videntur Comœdiæ indolem, ut cum alii maledicendi licentiam ex ea assumsissent, alii in tragœdiarum essent perversa et ad risum composita imitatione occupati, proseminarentur duæ velut familiæ, multis ornandæ fabulæ generibus sociæ, in hoc quidem certe aliquantum disjunctæ, quod delectationem spectatorum approbationemque *diversa argumenti tractatione* quærerent. Etenim qui in domesticis argumentis habitarunt, priscæ Comœdiæ os dicacitatemque æmulati, dicteriis in populares conjiciendis risum excitare voluerunt. Contra qui ad mythicum se orbem contulerant, non tam id unice et inprimis animo videntur intendisse, quod perficere Tragici studebant, ut actionis quadam et orationis ridicula commixtione spectatorum bilararent animos, et Satyrorum protervitate delectarent, quam hoc, ut tragœdias turpicula imitatione deformarent, earum et argumenta, juvante mythorum varietate, ad ludum et jocum converterent, et personas populo deridendas proponerent. Quamvis enim media, quam vocant, Comœdia hanc sibi provinciam tanquam propriam vindicavisset: comica tamen Satyrice eam et crebrius invasit, et obtinuit diutius.—Comica Satyrice, quod e

In his Græcorum fabulis satyricis, præcipue comicorum poëtarum, et comœdiis, antiqua in primis et media, harumque choris, (quorum cantus, cum musica et saltatione conjuncti, non sermones, cum actione potissimum co-

NOTÆ

Romanarum Atellanis, ejus imitatricibus, concluditur, æque ac tragica, priscam quidem retinuit adornationis simplicitatem, ita ut fabulæ nec implicatæ essent, nec valde productæ; sed in notandis civibus licentia ei dissimilis fuit. Hæc enim pristinam maledicendi libidinem etsi non exuit, tamen temperavit. Ista vero ratio omnis populares cavillandi in Attica scena transmissa est ad Comicos,—quibus proprium hoc puto fuisse, ut non solum æqualium mores et instituta carpendi malevolam libertatem assumerent, sed omnis generis scurrilitatem et licentiam amplexarentur. Equidem Tragicos dixerim severitati aptiores, virilem sapientiam ac sententiarum gravitatem Satyrorum juvenili hilaritate temperasse; Comicos, animo ad irridendum nato, ad solutissimas descendisse jocationes, ac subabsurda quævis et ridicula versibus effutiisse. Quippe illi delectationem spectatorum cum utilitate quadam copulabant; hi, plebis tantum modo favori velificati, adhibere animis voluptatem, eosque dare jucunditati volebant.—2. Tragici poëtæ, antiquæ retinentissimi simplicitatis, Satyrorum saltantes choros introduxere, comici aut excluserunt plane, aut, serioribus certe temporibus, vicem eorum et munus irrisionis causa ad alios detulerunt. Quos enim superstitio in Bacchi quoddam quasi satellitium asciverat, Sileni Satyrorumque chori, cum rudi agricolarum imitatione repræsentati primordia dedissent istis fabulis, inter cetera Dionysiorum solennia celebratis: Tragici pæne necessariam judicaverunt hanc Satyrorum inductionem, et antiquitatis satis longa consuetudine probatam, et ad relaxandos animos, tragicarum forte rerum atrocitate paulo affectos vehementius, mire quam accommodatam. Limata subinde hæc ratio arte poëtarum, accepit aliquam suavitatis velut accessionem, quæ perseverantiam ejus retinendæ afferret. Longe alia fuit in dispari consilio Comicorum ratio, qui jocularibus fundendis ita peragrabant per animos hominum, ita sensus mentesque permulcebant, ut opus non esset isto novæ et aliunde arcessitæ choragio delectationis. Multi quoque Comici res, e vita communi petitas, adeoque non eas consectati sunt, in quarum communionem quandam Satyri possent probabiliter adduci: ut taceam, neque de choris Satyrorum in fabulis comico-satyricis, neque de choris earum in universum quicquam relatum inveni.—Quemadmodum vero poëtæ comico-satyrici, qui contumeliæ et irrisionis causa fabulosa sumserant a Tragicis argumenta, heroibus prisci ævi mores tribuere inhonestos, et ridiculum habitum affingere solebant, qui Satyrorum pæne turpitudinem exæquaret: ita in fabulis, ad domesticæ vitæ imaginem adumbratis, si civi cuipiam illudere vellent atque incommodare, hæc videtur non raro fraus versata esse, ut eum Satyri personam et mores gestu juberent atque habitu referre. Quod quidem poëtarum institutum mediæ in primis ac novæ Comœdiæ temporibus mirifice juvabatur insigni illa personarum seu larvarum, quibus instructi histriones prodibant, et varietate et deformitate. Quo magis autem Satyri tum corporis vitiis, tum lascivie

pulati, mediæ comœdiæ temporibus conticuere, postquam publica lege non chorus, sed maledica ejus licentia sublata erat, et ingentes sumtus, in illius apparatum impendendos, ultra suppeditare recusaverant ii, quos ille sæpius acerbiusque perstrinxerat; de quo v. Eichstaedt de dram. Græc. comico-sat. p. 73.) maxime dominabatur intemperans illa cavillandi civiumque deridendorum libido. Eandem vero spirabant non modo *dramatica* Græcorum carmina, sed etiam *epica*, (v. c. illud, quod inscriptum est Μαργίτης, et perperam Homero tribuitur, de quo v. Fabric. Bibl. Græc. Vol. I. p. 383. ed. Harles.) *lyrica* vel *iambica*, (ut Archilochi, quem, ut verbis Horat. Ep. ad Pis. v. 79. utar, *proprio rabies armavit iambo*,[10] et Hipponactis, inventoris versus iambici scazontis, qui amaritudine carminum quosdam ad laqueum compulisse credebatur, teste Plin. 36. 5. quod etiam de Archilocho præter alios tradit Horat. Epod. 6. 13. et Epist. I. 19. 25.) et *didactica*, ut Simonidis poëma de mulierum moribus, et *Silli*, Σίλλοι s. Σιλλοὶ, carmina maledica, non a dicacibus Σιλήνοις, sed a σίλλειν vel

NOTÆ

omnique dedecore erant infames: eo amplior suppetebat poëtis ad jocandum maledicendumque materies; eoque ducendum erat ignominiosius, Satyrorum habitu indutum exagitari in theatro.—3. Aliud discrimen cernebatur in loco actionis deligendo, scenaque dramatis instruenda. Nam cum tragici poëtæ, priscum morem secuti, Silenis ac Satyris primarias quasdam partes detulissent: consentaneum, uti erat, ita putabant, scenam ruri aperire, eamque ornare arboribus, speluncis, montibus, reliquisque agrestibus rebus, in topiarii operis speciem deformatis, quoniam Bacchus ejusque socii sylvestres colere regiones ac frequentare credebantur. Major erat hac in re libertas Comicis permissa. Hi enim ut, Satyris expulsis, vetere et tradito quasi ornatu denudarant Satyricen, nihil obstabat, quo minus actionem fabulæ ex agris in urbem deducerent, scenamque ad comœdiæ similitudinem compararent. —4. Cum tragica Satyrice plausum esset consecuta celebritatemque, non sustinebat in scenam prodire, nisi ad publicam communitatem cum tragœdiis consociata. Comica solam sese et sine præeunte comite offerre populo nihil verecundabatur. Tametsi enim comicis poëtis æque ac tragicis artis quædam erant certamina; ea tamen, ob diversum poëtarum consilium, non eodem fuerunt instructu fabularum comitatuque ornata.

10 Ex his verbis male quidam colligunt, Archilochum fuisse inventorem Iambi s. iambici versus, qui jam multo ante ad dicteria adhibitus, iisque proprius fuit; unde ἰαμβίζειν *conviciari*, et ἴαμβος *carmen maledicum*.

σιλλαίνειν, per ludibrium oculos agitare et dicteriis aliquem proscindere, sic dicta, (unde etiam σιλλὸς scomma et dicacitas vocatur,) qualia Timon Phliasius Ptolemæi Philadelphi ætate et Xenophanes Lesbius heroicis, iambicis, et elegiacis versibus scripsere: nam plurium Sillographorum vix nomina innotuere, et horum quoque pauci tantum versus restant, a Diogene Laërtio Sextoque Empirico memorati, et ab Henr. Stephano, (in Poësi philos.) Langheinrich (in Diss. II. de Timone Lips. 1720. 1721.) Casaubono (de Sat. Rom. p. 222. 228.) et Brunckio (in Anal. V. P. T. II. p. 67 sq.) collecti, quibus philosophi cujuscumque generis dicaciter illuduntur, et a Timone graves sæpe et magnificæ Homeri locutiones, ut in παρῳδίαις fit, transferuntur ad res ludicras. Quæ Xenophanes præterea γέγραφε ἐν ἔπεσι καὶ ἐλεγείας καὶ ἰάμβους (forte ἐλεγείαις et ἰάμβοις) καθ' Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου, ἐπικόπτων (f. ἐπισκώπτων) αὐτῶν τὰ περὶ θεῶν εἰρημένα, si Laërtio IX. 18 extr. fides habenda, interciderunt.

A Græcorum carminibus maledicis jam progrediamur ad Romana, et simul a Græcæ poëseos primordiis et incrementis, quæ paucis delibavimus, ad similem, neque a Græcorum imitatione, (quæ tunc demum cœpit, cum ingenium arte formaretur,) sed a natura profectam originem lentumque progressum Romanæ poëtices. Ex locis classicis Virg. Ge. II. 385 seq. et Horat. Epist. II. 1. 139-167 intelligitur, priscis temporibus ab agrestibus Latii Liberalia et festos dies post messem conditam eodem fere modo, quo a Græcis, eademque ludicra per pagos acta esse; eos in Deorum ruralium honorem cecinisse hymnos, et non modo oscilla sive larvas e corticibus factas arboribus appendisse, ut his Bacchi imaginibus vento quaqua versus agitatis maxima agrorum ubertas diffunderetur, sed iis quoque ora obduxisse sua; eosdemque ita personatos et vino graves prætereuntibus sibique invicem ingessisse dicteria et probra, versibus ut plurimum inconditis, amœbæis et extemporalibus (αὐτοσχεδίοις ᾄσμασι s. ποιήμασι, *Impromptus*, *Improvisare*) temere ac sine arte adumbrata. Tales versus erant *Saturnii*, h. e. prisci ac rudes, et *Fescennini*, a Fescennia, Etruriæ oppido,

sic dicti; obscœnis illi procacibusque jocis pleni, nec ullis vel honesti et decori, vel metri legibus astricti, quamvis rhythmi non plane expertes, quos, ut verba Ennii mea faciam,

olim Fauni vatesque canebant,
Cum neque Musarum scopulos quisquam superarat,
Nec dicti studiosus erat.

Horum versuum usus frequens et diuturnus fuit Romæ, tum in festis, tum in aliis solennibus, præcipue nuptiarum et triumphorum,

Libertasque recurrentes accepta per annos
Lusit amabiliter, donec jam sævus apertam
In rabiem verti cœpit jocus, et per honestas
Ire domos impune minax. Doluere cruento
Dente lacessiti; fuit intactis quoque cura
Conditione super communi: quin etiam lex
Pœnaque lata, malo quæ nollet carmine quenquam
Describi: vertere modum, formidine fustis
Ad bene dicendum delectandumque redacti.

Hæc est lex illa XII Tabularum, et quidem Tab. VII. *Si qui pipulo* (publice, vel convicio) *occentasit* (al. actitavisset) *carmenve condisit, quod infamiam faxit flagitiumve alteri, fuste ferito.*[11]

Eorundem versuum usus *Saturam* s. *Satiram* Romanorum, et primum quidem *dramaticam*, deinde vero *didacticam* quoque procreavit. Illud docet insignis de origine rei scenicæ locus Livii VII. 2. quem apponere liceat et paucis annotationibus illustrare. 'Et hoc et insequenti anno, [a U. c. 390.] C. Sulpicio Petico et C. Licinio Stolone consulibus, pestilentia fuit. Eo nihil dignum memoria actum, nisi quod pacis Deum exposcendæ causa tertio tum post

NOTÆ

11 De versibus *Saturniis* et *Fescenninis* cf. Casaub. p. 177. et Wieland ad Horat. Epist. II. 1. not. 22. et 23.

conditam urbem lectisternium fuit. [Primum a. U. c. 356. et eandem ob causam factum esse, tradit idem Liv. v. 13.] Et cum vis morbi nec humanis consiliis nec ope divina levaretur, victis superstitione animis, ludi quoque scenici, nova res bellicoso populo, (nam Circi modo spectaculum fuerat,) inter alia cœlestis iræ placamina instituti dicuntur. Ceterum parva quoque (ut ferme principia omnia) et ea ipsa peregrina res fuit. Sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu, ludiones ex Etruria acciti, ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus more Tusco dabant.[12] Imitari deinde eos juventus, simul inconditis inter se jocularia fundentes versibus,' (simul ad tibiam alternis canentes versus Saturnios et Fescenninos, actionemque adjungentes saltationi vel gesticulationi) 'cœpere; nec absoni a voce motus erant.' (non a cantu abhorrebant gestus.) 'Accepta itaque res sæpiusque usurpando excitata. Vernaculis artificibus, quia hister Tusco verbo ludio vocabatur, nomen histrionibus inditum; qui non, sicut ante, Fescennino versu similem incompositum temere[13] ac rudem alternis jaciebant, sed impletas modis saturas,[14] de-

NOTÆ

12 Etrusci *ludiones* vel *histriones*, h. e. Mimi, (quæ propria illorum verborum vis est, et hinc translata ad omnes fabularum actores, qui simul erant Mimi,) ad tibicinis tantum *modos* (numeros, ῥυθμὸν καὶ ἁρμονίαν) *saltabant*, h. e. gesticulabantur vel mimum agebant, (nam saltatio veterum magis fere manuum, quam pedum motu artificioso continebatur,) *sine ullo carmine*, cantu et declamatione, *sine actu*, dramatica et mimica repræsentatione *carminum*, eorum, quæ canenda, declamanda, et *imitanda*, scita imitatione aptisque gestibus exprimenda erant: nam *carmen* h. l. est, quicquid canitur et declamatur, quo sensu etiam mox *suorum carminum*, dramatum, *actor* dicitur. Hoc est primum ac rude mimorum genus, sine verbis actum: postea enim iis propria fuit conjunctio sermonis cum gesticulatione, vel actio ad modos et tibiam facta; quam mox saltationi adjunxisse dicitur *juventus* Romana. Qua in re potissimum *Mimi* differebant a *Pantomimis*, qui non sermone, sed sola gesticulatione utebantur, ac præterea exquisitiori cum arte et psallebant et saltabant, nec nisi Augusti ævo celebritatem consecuti videntur. Conf. Ziegler de Mimis Romanorum, Gott. 1788.

13 Legendum crediderim: *Fescennino versui similem*, i. e. *compositum temere*, nisi malis, *vel compositum temere ac rudem*.

14 Hæc est prisca Romanorum *Satura* s. *Satira*, eaque dramatica, (*Farce*, *Mischspiel*) e Saturniis et Fescenninis versibus enata, vel ad eorum similitudinem efficta, (nam Livius

scripto jam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant. Livius post aliquot annos, qui ab saturis ausus est primus argumento fabulam serere,[15] (idem scilicet, id quod omnes[16] tum erant, suorum carminum actor,) dicitur, cum sæpius revocatus vocem obtudisset,[17] venia petita puerum ad canendum ante tibicinem cum statuisset, canticum egisse aliquanto magis vigente motu, quia nihil vocis usus impediebat.[18] Inde ad manum cantari histrionibus

NOTÆ

mox dicit, his *versibus ridicula fuisse intexta*, quæ *juventus* Romana *inter se more antiquo jactitaverit*,) illisque substituta in scenis, sed minus *rudis* vel *temere composita*, et *impleta modis*, ad modulos certos legesque rhythmi descripta, et quodam saltationis actionisque artificio constans, *cantu jam* ad tibiarum modos sonumque moderato. Erat quidem fabula, sed rudis adhuc et incondita, neque unius ac certi alicujus, sed mixti argumenti; a cujus etiam varietate, æque ac posterior et didactica Romanorum *Satira*, nomen traxit, quod infra monebimus. Eædem *Saturæ* postea vocabantur *Exodia*. Cur et quando hoc factum sit, mox docebit nos Livius.

15 L. aut M. *Livius* Andronicus, Græcus, M. Livii Salinatoris libertus, a. U. c. DXIV. C. Claudio Appii Claudii Cæci filio et M. Tuditano Coss. anno ante natum Ennium et post confectum bellum Punicum I. (v. Cic. Brut. 18. et Tusc. Qu. I. 1. Gell. XVII. 21. et ad hh. ll. Intpp.) *ab Saturis*, post Saturas, quæ diu in scenis viguerant, *ausus est primus fabulas* (ex Græco in Latinum sermonem versas) *serere*, construere, *argumento*, h. e. scribere, docere, et agere fabulas unius ejusdemque argumenti, quæ partibus inter se connexis et aptis constarent, non, ut Saturæ, confunderent et miscerent res plane diversas ac varias. Distinctius hæc expressit Valer. Max. II. 4. 4. ubi Livium exscripsit: 'A Saturis primus omnium poëta Livius ad fabularum argumenta spectantium animos transtulit.'

16 *Omnes* scil. fabularum auctores, vel poëtæ dramatici. Ellipsis dura est, et verba quoque, parenthesi inclusa, videntur loco suo mota esse, atque post voc. *revocatus* vel *obtudisset* ponenda.

17 *Vocem obtudisset*, sæpius cantando vocem fecisset infirmiorem et raucam.

18 Livius Andronicus, cum raucus esset factus, puerum accivit, qui ad modos tibiæ caneret s. declamaret, ipse vero *canticum egit motu* scil. manuum et totius corporis, h. e. soliloquium, quod a puero canebatur, histrionum more expressit gesticulatione, (quo sensu etiam *canticum agere* dixit Suet. Galb. 13. ubi v. Ernesti,) et quidem multo acriori ac vehementiori, cum non simul canere vocemque intendere opus esset. Ita quoque Valer. Max. II. 4. 4. hæc verba interpretatus est: 'Adhibito pueri et tibicinis concentu gesticulationem tacitus peregit.'—*Canticum* Romani vocabant μονολογίαν vel soliloquium, quod scil. ad modos tibiæ canitur aut recitatur; *diverbia* autem dialogum s. colloquia duorum pluriumve actorum. Diomedes III. p. 488. collect. Putsch. 'Membra,' inquit, 'comœ-

cœptum, diverbiaque tantum ipsorum voci relicta.[19] Postquam lege hac fabularum ab risu ac soluto joco res avocabatur, et ludus in artem paulatim verterat; juventus, histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactitare cœpit:[20] quæ inde *exodia* postea appellata,[21] consertaque fabellis potissimum Atel-

NOTÆ

diarum tria sunt, diverbium, canticum, chorus. Diverbia sunt eæ comœdiarum partes, in quibus diversorum personæ versantur. In canticis autem una tantum debet esse persona; aut si duæ fuerint, ita debent esse, ut ex occulto una audiat, nec colloquatur, sed secum, si opus fuerit, verba faciat. In choris vero numerus personarum definitus non est.'

19 Interpretes tantum non omnes junxisse verba *ad manum histrionibus*, eaque pro *ad manum histrionum* posita accepisse videntur. Gronovius et Rambach. ad Casaub. p. 183. exponunt: tacitæ histrionis gesticulationi, quæ saltando fiebat et loquaci manu, cantando respondere, et pronunciare modulate, quæ histrio agat. Turnebus in Animadv. III. 28. et Ferrarius: histriones cœperunt *ad manum*, in promtu, in præsentia, (*zur Seite*,) habere, qui cantaret, et quo pronunciante ipsi saltarent. Kœnig: Histriones dicebantur, qui saltabant et gesticulabantur, quorum voci etiam *diverbia* (dialogus, das, was gesprochen wurde) relicta erant, *cantica* autem (soliloquia) relata ad tragœdos, qui ad histrionum gestus accommodate canebant. Ernesti: *Cantare ad manum* dicitur de histrionibus cum recitantes s. cantantes illud ipsum exprimunt, quod ab saltatoribus gesticulando significatur. Salmasius ad Vopisc. Carin. 19. emendabat *ad manum saltari*, χειρονομεῖν. — Equidem verba *ad manum cantare* eodem sensu capio, quo Livius modo dixerat *canticum agere motu*, ut sententia h. l. sit: Inde ab histrionibus cantica gesticulatione, sola vero diverbia voce s. canendo exprimi cœpta.

20 Bene hæc παραφράζει Casaubonus p. 182. 'Fabularum compositione inventa, refrixit initio Satira; verum hoc tantisper, dum mos obtinuit, ut ipsi poëtæ suas in scena fabulas agerent: ubi vero agendi partes ad histriones sunt translatæ, retulit in scenam ipsa juventus Romana risus jocosque priorum Satirarum; non quidem, ut fabulas excluderent, sed ut fabulis ipsis, præsertim autem Atellanis, adjungerentur sive insererentur.'

21 Satiræ cum fabulis adjungerentur, *Exodia* (*Intermezzi*, *Nachspiele*) dici cœpere. Cf. Juven. III. 175. VI. 71. Suet. Tiber. 45. et Domit. 10. Casaub. p. 184. sq. 'Ut Satyricæ,' inquit, 'tragicis dramatis adjectæ sunt a Græcis ad temperandam tragœdiæ mœstitiam; sic Satiras, sive Exodia, simillimam ob causam post tragœdias produci solitas, memoriæ quidam prodiderunt. Scholiastes Juven. III. 175. 'Exodiarius apud veteres in fine ludorum intrabat, quod ridiculus foret: ut quicquid lacrymarum atque tristitiæ coëgissent ex tragicis affectibus, hujus spectaculi risus detergeret.'— *Exodium* ita dictum, vel quia singulorum diverbiorum fini subjiciebatur, vel quia extremæ fabulæ semel. Sic inter chorica mele Græcorum dramatum, quod ab introëuntibus in scenam cantabatur, *εἴσοδιον* dicebant;

lanis sunt. Quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit juventus, nec ab histrionibus pollui passa est. Eo institutum manet, ut actores Atellanarum nec tribu moveantur, et stipendia, tanquam expertes artis ludicræ, faciant.' In his fabulis, ab *Atella*, Oscorum in Campania oppido, sic dictis, (unde actores earum Osce etiam loquebantur,) sermo quidem rudis erat et impolitus, sed facetus potius et ridiculus, quam obscœnus et lascivus, argumentum quoque castum, et sententiæ puræ atque honestæ: unde Valer. Max. II. 4. 4. dicit, 'hoc genus delectationis Italica severitate[22] temperatum ideoque vacuum nota' fuisse. Videntur illæ prorsus fere congruisse fabulis Græcorum comico-satyricis, tum in argumenti delectu et tractatione, in petulantia, dicacitate, et audacia dictionis, in actorum et saltationis indole, et in ipsa actione, tum in eo, quod seorsum, nec adjunctæ tragœdiis, exhiberentur. (v. Eichstaedt de dram. Græc. com. sat. p. 53. 64. 65. 75 sq. et 84. ubi etiam de noto Diomedis loco lib. III. p. 487. ed. Putsch. ita disputat: 'Diomedes Atellanæ Romanæ a Græcorum Satyris distantiam sic aperuit, utriusque ut Satyrices, a Græcis tractatæ, speciem et formam quodam modo indicasse videatur. *Latina*, inquit, *Atellana a Græca Satyrica differt: quod in Satyrica* FERE *Satyrorum personæ inducuntur, aut si quæ sunt ridiculæ, similes Satyris, Autolycus, Busiris; in Atellana Oscæ personæ, ut Maccus.*[23] Quo in loco duo se nobis offerunt digna observatu; alterum, quod Satyrorum inductio ab Atellanis plane aliena judicatur, alterum, quod eadem Græcorum satyricis fabulis non sine exceptione quadam tribuitur. At vero si fabulas unice respiciamus, a tragicis poëtis profectas, ignoraverunt sane hanc exceptionem Græci. Diomedem itaque arbitror fabulas comico-satyricas simul mente descriptioneque comprehendisse, et sicuti tragicis Satyros,

NOTÆ

quod ab exeuntibus, ἐξόδιον.' Cf. Eichstaedt p. 84.

22 Hac *Italica severitate* designari Satiram, Atellanis conjunctam, non persuasit nobis Casaub. p. 184.

23 Ita hunc locum emendarunt Casaub. p. 95, 96. Voss. Inst. Poët. II. 35. § 6. Blankenburg ad Sulzer. T. I. p. 518.

ita his Autolycum et Busirin adscripsisse.') Conf. tamen extrema hujus Comment. verba.

Præter illa, quæ breviter memoravi, carmina Romanorum maledica, etiam *iambica*[24] ab iis Græcorum exemplo et imitatione scripta, sed sero demum, etsi jam a Catullo, Bibaculo, et aliis ante Horatium, qui tamen illorum nomina gloriamque obscuravit, et hinc gloriatur in Epist. I. 19. 23—34. 'Parios ego primus Iambos Ostendi Latio, [in Epodis et Odis quibusdam contumeliosis] numeros animosque secutus Archilochi, non res et agentia verba Lycamben,' cet. Conf. Horat. Od. III. 30. 13. 14. Propert. III. 1. 3. 4. et ad hh. ll. Intpp. Quintilianus (Inst. Or. X. 1. § 96.) 'Iambus,' inquit, 'non sane a Romanis celebratus est, ut proprium opus; a quibusdam interpositus: cujus acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio: quanquam illi [Catullo] epodos intervenire [h. e. ex interpretatione Gesneri, ἐπῳδοὺς, versiculos breviores longioribus, dimetros trimetris, accinentes quasi s. succinentes, i. e. subjunctos, ut in XI prioribus Horatii Epodis] non reperiatur.'

Ad *Satiram* Romanorum δραματικὴν et διαλογικὴν, quæ antiquissima fuit, et tum ante Livii Andronici tempora, tum *Exodiorum* nomine post illa diu viguit, (v. sup. not. 14.) accessit deinde *Satira* διδακτικὴ et διηγηματικὴ, et quidem duplicis generis, *Enniana* et *Luciliana*; nam *Varroniana* commode ad priorem referri potest. Q. ENNIUS, poëta celeberrimus, Græcis literis jam aliquantum imbutus et Scipioni Africano majori familiarissimus, qui natus est Rudiis, opp. Calabriæ prope Tarentum sinumque Tarentinum,[25] et vixit ab a. U. c. DXV. ad DLXXXV.[26] non modo carminis Romanorum heroici poëtarumque epicorum parens fuit, sed etiam Horat. Sat. I. 10. 66. *rudis*, (h. e. novi et adhuc impoliti) *et Græcis intacti carminis* (Satiræ didacticæ) *auctor* dicitur.[27] Quot Satiras scripserit, non constat: liber IV. a

NOTÆ

24 Cf. sup. not. 10.

25 Inde *Rudius homo* dicitur Cic. Arch. 10. *Rudinus* Cic. Or. III. 42. extr. et Auson. Idyll. XII. 17. *Tarentinus* Hieron. Chron. Euseb. Olymp. 135.

26 V. Cic. Brut. 18. et de Sen. 5.

27 Casaubonus p. 197. ingeniose

Porphyrione, et VI. a Donato ad Terent. Phorm. II. 2. 25. laudatur (nisi librariorum incuria numeri sunt confusi); et singuli libri singulas comprehendisse videntur Satiras, unde illi plerumque, non hæ memorantur. Earum non nisi perpaucæ inveniuntur reliquiæ, quas e Gell. II. 29. XVIII. 2. Servio ad Virg. Æn. XII. 121. Nonio (in vocc. *obstringillare, politiones*, et *criminat*), aliisque Grammaticis collegere Columna, Merula, Hesselius, et Casaub. de Sat. Rom. p. 193. 194. ubi nota exhibet duo majora fragmenta, sed fontem, unde hausta sint, non indicat. Alterum astrologos somniorumque interpretes notat, et Juvenalis forte menti in Sat. VI. 511—591 obversabatur: alterum venustam libidinosæ mulieris descriptionem continet. Illud legitur ap. Cic. Div. I. 58. et ibi Ennio certe tribuitur: utrumque vero e Satiris potius, quam fabulis hujus poëtæ depromtum esse crediderim. Ceterum de indole Satirarum Ennii ab antiquis scriptoribus haud scio an quicquam memoriæ proditum sit, nisi quod Quintilianus Inst. Or. IX. 2. 36. tradit, Mortem ac Vitam contendentes ab eo inductas esse, et aliis laudatur Asotus s. Sotadicus, titulus Satiræ Ennianæ, in qua luxuriosi vel dissoluti hominis imaginem adumbrasse videtur.[28] Ex his tamen indiciis et ex ipsis fragmentis hujus poëtæ probabili judicio colligitur, Satiras ejus fuisse *varios* carminum lusus, magna et metri et argumenti diversitate conspicuos, et non plane quidem respuentes dialogi formam, sed animandis tantum orationis coloribus adhibentes, neque comicum derisum, sed risum potius satiricum sectantes[29] in rebus e vita communi petitis, et ad utilitatem communem moresque hominum spectantibus.

Ab hac *Satira Enniana* differebat *Luciliana*, cujus auctor C. LUCILIUS, eques Romanus et magnus avunculus Pompeii Magni, quia a patria, Suessa Aurunca, opp. Campa-

NOTÆ

suspicatur legendum esse: *Quam Rudius, Græcis intacti carminis auctor*. Cf. not. 25.

28 V. Flögel. T. II. p. 7. et Blankenburg T. IV. p. 143.

29 Ita *risum* a *derisu* distinxit Eichstaedt p. 62. duce Quintil. I. O. VI. 3. et inpr. Platnero in Nova Anthropol. T. I. p. 389-406.

niæ, Juven. I. 20. *magnus Auruncæ alumnus* dicitur, vixit ab a. U. c. DCVI. ad DCLI. et Satirarum libros XXX. (vel totidem forsan Satiras) scripsit, quarum fragmenta tantum, sed non pauca, supersunt.[30] Is enim primum heroico plerumque metro usus est, et raro tantum iambico vel trochaico. Deinde tum facetior et urbanior, tum limatior fuit, quam Ennius et poëtarum seniorum turba.[31] Denique Satira ejus ab Enniana discrepat et in materia et in forma, sive in argumento et in ratione consilioque, quod in eo tractando secutus est: non enim sæpe, ut Ennius, sed unice ac semper id egit, ut mores hominum, et quidem acerbissime, notaret, nec vitia tantum, sed personas quoque, iis contaminatas, nominatim et summa libertate, nulla dignitatis ratione habita, perstringeret;[32] cumque veteris Græcorum comœdiæ studio ingenium ejus formatum hujusque veluti succo nutritum esset, illius non modo sermonem quotidianum ac

NOTÆ

30 Collecta sunt ea primum a Stephanis, deinde a Fr. Dousa Lugd. Bat. 1597. 4. quam editionem recudendam curarunt Vulpius Patavii 1739. Maittarius in Corp. Lat. Poët., Havercamp. ad calcem Censorini Lugd. Bat. 1743. 8. et editores Bipont. Juven. et Persii.

31 V. Horat. Sat. I. 4. 7. 8. et 10. 64. sq. Cic. Or. I. 16. II. 6. et ad Div. IX. 15. ubi *antiqua* ejus et *vernacula festivitas* laudatur, quæ videtur præcipua fuisse causa, quare Lucilius ejusque Satira Romanis tam diu in deliciis fuerit: v. Wieland ad Horat. Sat. I. 4. not. 1. et Manso p. 419-442. Nam idem Horatius ll. ll. Sat. I. 4. 8. sq. et 10. 1-30. 46-71. contendit, eum fuisse *durum componere versus —pigrum ferre recte scribendi laborem — cum fluere lutulentum, sæpe ferentem plura tollenda relinquendis* — qui *detereret sibi multa, si foret hoc nostrum fato delatus in ævum*, et qui *non magnum fecit, quod verbis Græca Latinis miscuit*. Hoc judicium improbat Quintilianus Inst. Or. X. 1. 93. 'Lucilius quosdam ita deditos sibi adhuc habet amatores, ut eum non ejusdem modo operis auctoribus, sed omnibus poëtis præferre non dubitent. Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio dissentio, qui (Sat. I. 4. 11.) *Lucilium fluere lutulentum*, et, *esse aliquid, quod tollere possis*, putat. Nam et eruditio in eo mira, et libertas, atque inde acerbitas, et abunde salis. Multo est tersior ac purus magis Horatius, et ad notandos hominum mores præcipuus.' Enimvero Horatius easdem ei laudes tribuit, et quæ vituperat, recte vituperasse videtur, immo excusare, partem vitiorum tempori imputans. Cf. Wieland et Manso ll. ll.

32 Dousa (in nota p. 185. ed. Havercamp.) monet, in pauculis fragmentis exagitari XVI. clarissimos Romanos, et mortuos quoque poëtas, Euripidem, Ennium, Cæcilium, Pacuvium, Accium.

pæne pedestrem, qui satiris inde proprius fuit, (v. Horat. Epist. I. 4. 1. et Sat. I. 4. 39—62. II. 6. 17.) sed venenatos etiam sales et dicacitatem æmulatus est. Atque hic est singularis *character Lucilianus* (Varr. R. R. III. 2. 7.) et Satiræ Lucilianæ, qui tum ex fragmentis ejus, tum ex veterum scriptorum testimoniis cognoscitur. Diomedes l. III. p. 482. ed. Putsch. 'Satira,' inquit, 'est carmen apud Romanos nunc quidem maledicum, et ad carpenda hominum vitia archææ comœdiæ charactere compositum: quale scripserunt Lucilius et Horatius et Persius. Sed olim carmen, quod ex variis poëmatibus constabat, Satira dicebatur, quale scripserunt Pacuvius et Ennius.' Quintilianus Inst. Or. X. 1. 93. 'Satira tota nostra est: in qua primus insignem laudem adeptus est Lucilius.' Plinius in Præf. Hist. Nat. 'Lucilius primus styli nasum [dicacitatem] condidit.' Horatius Sat. I. 10. 46. sq. 'Hoc [carminum genus, satiricum,] erat, experto frustra Varrone Atacino, Atque quibusdam aliis, melius quod scribere possem, Inventore minor: neque ego illi detrahere ausim Hærentem capiti cum multa laude coronam.' Idem Sat. II. 1, 62—70. 'Quid? cum est Lucilius ausus Primus in hunc operis componere carmina morem, Detrahere et pellem, nitidus qua quisque per ora Cederet, introrsum turpis; num Lælius, et qui Duxit ab oppressa meritum Carthagine nomen, Ingenio offensi? aut læso doluere Metello, Famosisque Lupo cooperto versibus? atqui Primores populi arripuit populumque tributim, Scilicet uni æquus virtuti atque ejus amicis.' Id. Sat. I. 4. 1—8. 'Eupolis, atque Cratinus, Aristophanesque poëtæ, Atque alii, quorum comœdia prisca virorum est, Si quis erat dignus describi, quod malus aut fur, Quod mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui Famosus, multa cum libertate notabant. Hinc omnis pendet Lucilius, hosce secutus, Mutatis tantum pedibus numerisque; facetus, Emunctæ naris,' cet. (Cons. Cic. ad Div. XII. 16. Juven. I. 65. sq. et Pers. I. 114. sq.) Evanthius, seu quisquis auctor fuit libelli de Trag. et Com. (in Thes. Gronov. T. VIII. et in editt. Terent. Westerhov. T. I. p. 55. Lindenbrog. p. 27. et Zeuniana) 'cum poëtæ abuti licentius stylo [in

versibus Fescenninis] et passim lædere ex libidine cœpissent plures bonos, ne quisquam in alterum carmen infame proponeret, lege [in XII. Tabulis] lata siluere. Et hinc deinde aliud genus fabulæ, id est *Satira*, sumsit exordium:' Fescenninis versibus in scena successit Satura prisca et dramatica[33] 'quæ a Satyris, quos illotos semper ac petulantes Deos scimus esse, vocitata est; etsi aliunde nomen traxisse prave putant alii. Hæc, quæ Satira dicitur [et Exodia] ejusmodi fuit, ut in ea quamvis duro et veluti agresti joco, de vitiis civium tamen sine ullo proprii nominis titulo carmen esset. Quod item genus comœdiæ [Satira dramatica] multis obfuit poëtis, cum in suspicionem potentibus civibus venissent, illorum facta descripsisse in pejus ac deformasse genus stylo carminis; quod *primo* Lucilius *novo* conscripsit *modo*, ut poësin inde faceret, [singulare carminum genus, quod non ageretur in scena, sed legeretur; non dramaticum esset, sed didacticum] id est, unius carminis plures libros.'

Satira itaque a Lucilio inventa, et præcipue ab Horatio, Persio, ac Juvenale, sed ab unoquoque diversa ratione exculta, est illud carminum genus, quod vivis coloribus imaginibusque mores hominum adumbrare, et tum virtutem præceptis, quorum gravitas comitate plerumque ac festivitate condita est, commendare, tum errores potissimum ac vitia, luculentis exemplis salibusque, modo urbanis modo nigris, vel risui vel invidiæ exponere, adeoque multiplici poëseos, dramaticæ potissimum, arte argumenta e vita quotidiana depromta tractare, et sic lectores tam delectare, quam docere et emendare conatur. Jam si quæritur, utrum et nomen et ipsum carminis genus, sive alterutrum, Romanis proprium fuerit, an a Græcis, ut quicquid ad artes scientiasque spectat, petitum, et satyricæ eorum poësi cognatum; Grammatici certant, et adhuc sub judice lis est. Illud propugna-

NOTÆ

33 Ita obscurum Grammatici locum intelligo, quem alio sensu cepit Casaub. p. 23. alio Blankenb. ad Sulzer. T. IV. p. 126. 138. alio Eichstaedt p. 56. 57. et alio denique Manso p. 410. 411.

runt in primis Jos. Scaliger, Casaubonus, Spanhemius, Rambachius, Rigaltius, Dacerius, Manso, et Kœnig; hoc Jul. Cæs. Scaliger,[34] Dan. Heinsius, Vulpius, Flögelius, Blankenburg, et Conz. Hinc etiam nomen varie scribitur; ab his *Satyra*, ab illis vero, quos secutus sum, *Satura* vel *Satira*, nam utraque scriptura in plerisque Satiricorum codicibus Mss. reperitur, et nihil differt inter eas, ut inter *optumus* et *optimus*, *maxumus* et *maximus*, al.) quam nonnulli dictam existimant a *saturitate* sive abundantia, (voce et significatione, a Græcis desumta, quod colligitur ex Hesychio, qui docet, *σατηρους* esse *σκαφας βοτρυων*, vasa racemorum plena, *παρα Λακωσιν*,) alii a nomine *satur*, (v. c. Isidorus, qui facete monet: 'aut a saturis nomen Saturæ dictum, qui multa habent; vel ob ea, quæ per vinolentiam dicunt, ut ebrii,' quam posteriorem rationem distinctius exponit Porphyrion,) plerique autem a *satura* sc. lance, (voce a rebus sacris ad alias diversi generis translata,[35]) adeoque a mixtura variarum rerum

NOTÆ

34 In Art. poët. I. 12. 'Idcirco falluntur,' inquit, 'qui putant, Satyram esse Latinam totam: a Græcis enim et inchoata et perfecta primum, a Latinis deinde accepta, atque extra scenam exculta. Quamobrem non a satura vel lege vel lance dicta est, ut frustra et temere satagunt grammatici: quin has a Satyris dictas puto. Cum lancibus enim prodibant et canistellis pomorum omni genere plenis, quibus Nymphas allicerent.' Fuere etiam Grammatici, qui *Satiram* vel potius *Satyram* a *Satyris* dictam putarent, v. c. Evanthius in loco supra ascripto, et Diomedes, qui mox a nobis laudabitur, sed dubitanter scripsit.

35 Casaub. p. 250-255. 'Erat mos antiquorum, quando Cereri, Baccho, aut aliis Diis agri annua vota solverent pro lato frugum fructuumque proventu, ut primitias rerum collectarum in lancem congestas cuique Deo pro ratione ejus cultus offerrent. In ritibus Græcorum hujusmodi sacra miscella vocantur *πάγκαρπος θυσία*, et *πανσπερμία*, aut *πυανία*, vel *πυανεψία*, cum leguminibus fiebat sacrum; item *εἰρεσιώνη*. Latini vero lances ita refertas variarum rerum copia *lances saturas*, vel simpl. *saturas* appellarunt. *Satur* enim pro pleno et cui nihil deesset, usurpabant: sic *color satur*, cui ad perfectionem nihil deest, quando lana colorem δευσοποιὸν imbibit. A similitudine hujus lancis etiam aliarum rerum mixturas appellarunt *saturas*. Verrius Flaccus: 'Satura cibi genus, ex variis rebus conditum.' Hoc quoque uberius Diomedes. 'Quoddam,' inquit, 'genus farciminis multis rebus refertum Saturam dicit Varro vocitatum. Est autem hoc positum in II. libro Plautinarum quæstionum. Satura est ubi uva passa et polenta, et nuclei pinei ex mulso conspersi: ad hæc alii addunt et de malo punico grana.' Sic et voces *πανσπερμία* et *πάγκαρπος*

(vel argumenti, vel metrorum, vel sermonis poëtici et pedestris). Quam etymologiam omnibus Satiræ Romanæ speciebus (antiquissimæ, Ennianæ, Lucilianæ, et Varronianæ[36]) congruere dicunt, eamque firmant tum verbis Juven. I. 85. 86.

> Quicquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,
> Gaudia, discursus, nostri est *farrago* libelli:

tum testimoniis veterum Grammaticorum; v. c. Diomedis l. III. p. 483. collect. Putsch. 'Satira dicta sive a *Satyris*, quod similiter in hoc carmine ridiculæ res pudendæque dicuntur, quæ velut a Satyris proferuntur et fiunt; sive a *Satura lance*, quæ referta variis multisque primitiis sacris Cereris inferebatur; vel a copia et saturitate rei Satura vocabatur: cujus generis lancium et Virgil. in Ge. II. 194.

NOTÆ

quamlibet mixtionem e multis diversisque rebus ac *κυκεῶνα* denotant:—et cum in foro leges unica rogatione ferebantur multorum capitum, aut veteres leges interpolabantur adjectione novorum capitum, *saturas* vocabant h. e. miscellas, quomodo a JCtis lex Julia Papia Poppæa nominatur *miscella*, quia et multa et diversa capita continebat. Hinc natum proverbium, *per saturam legem ferre*, cum raptim, neque viritim dictis sententiis aliquid senatores decernebant; et ut apud Festum loquitur Lælius, *quasi per saturam sententiis exquisitis*. (Cf. Cronii not. ad Casaub. p. 253. 254. VV. DD. ad Sallust. b. Jug. c. 29. et Ernesti clav. Cic. ad leg. Cæciliam Didiam) — Laudatur etiam Lactant. I. 21. Pescennius Festus in libris *Historiarum per saturam*; hoc est, ut Græci similes libros inscribere soliti, Ποικίλης ἱστορίας, vel Ἀμαλθείας κέρας, aut Τῶν σποράδην λεγομένων, aut denique, Sosipatro interprete, Πανδέκτης ἱστοριῶν. Propius ad vocem *Satura* accesserunt, qui libros suos inscripserunt Πίνακας h. e. Lances, (immo tabulas) vel Πινακίδια. Quarum ἐπιγραφῶν exempla in Præf. Plinii et ap. Sueton. in Aurelio Opilio Grammatico.' (Cf. Gell. I. 8.)

36 De Satira Varroniana sermo erit in commentatione seq. De reliquis jam supra egi. Qui vero *Satiram* hinc ita definierunt, ut sit carmen, cujus argumentum farragine vel mixtura diversorum vitiorum contineatur, nominis potius vim et etymologiam, quam carminis naturam respexerunt; quod recte jam explosit D. Heinsius. Omnino autem notandum, Græcis et Romanis non, ut nobis, distinctas fuisse et accuratas diversorum poëseos generum carminumque divisiones, neque ex natura semper cujusque petitas, sed sæpe a metro, (unde *Iambi* v. c. dicti,) vel aliunde desumtas. Veteres quoque scriptores libros suos plerumque sine titulo in vulgus videntur emisisse, vel de eo non admodum laborasse: et inscriptiones illorum Grammaticis fere debentur. Cf. not. 38.

et 394 meminit. Alii dictam putant a lege satura, quæ uno rogatu multa simul comprehendat, ut scilicet et Satira carmina multa simul et poëmata comprehenduntur: cujus legis Lucilius meminit in primo: *Per Saturam Ædilem factum, qui legibu' solvat.*' Isidor. Orig. v. 6. '*Satura* vero lex est, quæ de pluribus rebus simul loquitur, dicta a copia rerum et quasi a *satietate,* unde et Satiram scribere est poëmata varia condere, ut Horatii, Juvenalis, et Persii.' Conf. Festus in voc. *Satura,* et Acron vel Porphyr. ad Horat. Sat. I. 1. pr.

Meo qualicumque judicio omnis quidem res, toties et a tam multis in quæstionem vocata, non magni adeo momenti est, et quemadmodum Casaubonus, quique ejus sententiam amplexi sunt, etymologiæ vocis *Satura* vel *Satira,* ita Jul. Scaliger, Dan. Heinsius aliique similitudini vocabulorum *Satyrice* vel *Satyri* et *Satira* nimium tribuisse videri possunt: at multo probabilius est, hoc carminum genus, de quo quæritur, et hinc quoque nomen ejus, Romanis proprium fuisse, quam a Græcis profectum. Nam primum omnem fere dubitationem eximunt testimonia Horatii (Sat. I. 10. 66. ubi Ennius '*rudis et Græcis intacti carminis auctor*' dicitur) et Quintiliani, (Inst. Or. X. 1. 93. '*Satira tota nostra est,* in qua primus insignem laudem adeptus est Lucilius.') quæ profecto longe digniora sunt fide, quam incertæ recentiorum Criticorum conjecturæ.[37] Deinde illa, quam supra

NOTÆ

37 Wielandi nota 15 ad Horat. l. l. est hæc: 'Vermuthlich ist hier der alte Dichter Ennius gemeint. Wie übrigens, nachdem Horaz, der mit der griechischen Literatur sehr bekannt war, die Satyre so ausdrücklich zu einer römischen Erfindung macht, und hierin von einem beyder Sprachen so kundigen Kunstrichter, als Quintilian war, unterstützt wird, ein moderner Grammatiker sich einfallen lassen konnte, das Gegentheil zu behaupten, würde kaum begreislich seyn, wenn es nicht Jul. Cæs. Scaliger wäre. Jene konnten mit voller Kenntniss der Sache sprechen; denn sie hatten noch alle Producte der griechischen Literatur vor sich. Wir sprechen vom *Margites* des Homer, von den sogenannten *Sillen* des Xenophanes und Timon, *die wir nicht mehr haben*, und also mit den Satyren der Römer nicht vergleichen können, und wollen gleichwohl mehr von der Sache wissen als Horaz und Quintilian!—Hr. Flögel hat diese Materie in s. Gesch. d. kom. Lit. II B. S. 12. ff. mit so vieler Sachkenntniss, als davon

dedi, Ennianæ et potissimum Lucilianæ Satiræ descriptio ad nullum, a Græcis excultum, poëseos carminumque genus ita transferri potest, ut non magna deprehendatur dissimilitudo.[38]

NOTÆ

zu haben ist, aus einander gesetzt, und gegen die Behauptung des H. und Q. mit vieler Bescheidenheit Zweifel vorgetragen, die, wie mich däucht, blos deswegen nicht aufzulösen sind, weil keine griechische Gedichte mehr vorhanden sind, die mit den Lucilischen, Horaz. oder Juven. Satyren verglichen werden könnten.'

38 Kœnig p. 11. 'Omnino,' inquit, 'hæc vitia, stultitiam et pravos hominum mores ridendi et vituperandi ratio nunquam singulare aliquod carminum genus, proprio aliquo nomine insignitum, apud Græcos constituit, sed modo epica, modo lyrica, modo dramatica, modo didactica forma prodiit induta, ita tamen, ut dicacitas semper fere in certos quosdam homines, non in vitia ipsa, a personarum complexu disjuncta, exerceretur.' p. 23. 'Sed sit nomen vel maxime Græcæ originis, quod de multis verbis Latinis probabili ratione disputare possis, hoc tamen constat, Græcos eodem ad carminis aliquod genus, præsertim satiricum, nunquam fuisse usos, adeoque usus saltem, ad quem Romani illud adhibuerunt, novus est dicendus.' p. 24. 'Genus hoc carpendi alios et ridendi, verbisque mordacibus incessendi, nusquam Græci verbo aliquo, a Satyris petito, insigniverunt, sed aliis omnibus potius usi sunt, σκώπτειν, διασύρειν, κωμῳδεῖν, ἰαμβίζειν, ἐφυβρίζειν, ipsumque σατυρίζειν de lascivia petulanter se exerente, non de mordacitate et subsannatione acceperunt; atque τοῦ παίζειν vis et significatio, quod Satyrorum proprium esse dicitur, de petulanti eorum saltatione potius, quam de dicacitate in alios se exerente interpretandum est. Satyri quidem erant salaces, petulantes, saltatores; eos autem dicteriis alios incessisse, nusquam apud Græcos, eo saltem nondum tempore, quo drama satyricum vigeret, legere me memini, neque hoc in illo dramate, in scena agendo, obtinuisse existimo.' p. 25. 'Nomen *satiræ* ad Ennianas et 'Pacuvianas satiras, in quibus primum adhibitum est, proprie pertinuit, non ad singula carmina Horatii, 'Persii, et Juvenalis. Nam ab Ennio 'et Pacuvio libros integros *Satirarum* 'nomine insignitos fuisse, non singula 'librorum segmenta, quorum varietate erant compositi, satis constare 'videtur ex Varrone, illorum virorum 'imitatore, cujus satiram eandem 'Gellius I. 22 sub *satiræ*, et XIII. 11 'sub *libri* nomine excitat. (Cf. quæ 'supra de Ennio dixi.) Forsan etiam 'Lucilius libros, non eorum diversi 'argumenti sectiones, *Satiras* inscrip'sit. Verum progressu temporis tan'dem verbum hoc antiquam suam 'vim amisisse, et ad scribendi genus 'Lucilianum translatum esse, valde 'probabile est. Cf. Horat. Sat. II. '1.1. et Stat. Sylv. I. 3. 103. Sed 'Horatium singulis carminibus Sati'rarum nomen non imposuisse, Cru'quius in comm. suo ex vetustiss. 'codd. in quibus hæc carmina *Eclogæ* 'inscribuntur, extra omnem dubita'tionis aleam mihi videtur posuisse. 'Ex ipsis etiam carminibus constat, 'singula primum ad amicos esse missa 'et paucis admodum recitata, Sat. I. '4.73. sq. deinde vel ab ipso auctore, 'vel ab alio Venusinæ musæ amante, '(immo a Grammaticis; cf. Heyne de 'carm. bucol. T. I. edit. Virgil. sec. 'p. 18.) *eclogæ* nomine singulis fortasse

Aliquam quidem cum illa Satira cognationem habuere fabulæ Græcorum satyricæ, in primis comicorum poëtarum; et majorem forte Silli, de quibus supra disputavi. Sed illarum et materies et forma fuit diversa:[39] hi vero didactica quidem

NOTÆ

'indito, in libros collecta et digesta 'videntur. In ipsorum numero quæ-'dam quoque sunt, quibus *Satiræ* 'titulus, sive antiquam verbi vim re-'tinueris, sive novam illam subjeceris, 'parum convenire videatur, nisi con-'tenderis, Horatium vel ea carmina, 'quæ certo et finito alicui generi sub-'jungi non potuissent, eadem inscrip-'tione, cui minime responderent, 'gaudere voluisse. Pari modo *Ser-'monum* et *Epistolarum* inscriptionem 'ab Horatio esse profectam, probari 'nullo modo potest, quanquam ipse 'huic rei occasionem dederit Sat. I. '4. 39. sq. Epist. I. 4. 1. II. 1. 250. sq. '(*Libellos* vocat Satiras Epist. I. 13. 4.) 'Sed vetustam eam esse probat Sidon. 'Apollin. Epist. ad Tonant. Etiam 'grammatici *epistolas* Horatii et *ser-'mones* citant. De Persio quomodo 'librum suum inscripserit aut singula 'carmina, nihil certi liquet. Pithœus 'in vetusto aliquo cod. in singulis pa-'ginis hunc titulum invenisse testatur: '*Thebaidorum Persii Satyra:* et in 'extremo: *Explicuit Theb. P. satyra 'feliciter*. Ceterum a Sosippo Charis. 'p. 66. in collect. Putsch. *Satira* I 'Persii citatur. In Juvenale autem 'libri a grammaticis semper memo-'rantur.—Quia autem Horatius, Per-'sius, et Juvenalis, Lucilii scribendi 'genus, sua tamen quisque ratione, 'secuti sunt, inter eos auctores, qui 'saturam seu saturas scripserunt, 'jure sunt relati, eorumque libris seu 'carminibus singulis is titulus, cujus 'ipsi auctores forsan non fuerunt, a 'librariis est inscriptus.' Cf. not. 36.

39 Eichstaedt p. 59-64. 'In *tragicis*,' inquit, 'Græcorum Satyris, ad quos re-'vocata fere est omnis quæstio, quem-'admodum permulta sunt, quæ di-'versa reperiantur a Romanæ ingenio 'Satiræ: ita si hanc conferre cum ea 'Satyrica instituerimus, quam *comici* 'Græcorum poëtæ variis modis exco-'luerunt, (v. sup. not. 9.) facillime 'arctiorem quandam fuisse harum 'propinquitatem ac necessitudinem, 'intelligemus. Nam ut omittam nunc 'Satyrorum choros, quos comica Græ-'corum Satyrice, æque ac Romano-'rum Satira, aut parcius ascivit, aut 'penitus sustulit; (v. sup. not. 9.) 'utramque etiam hac in re deprehen-'dimus conspiravisse, quod argu-'menta peterent e vita quotidiana, 'quod notarent et designarent turpi-'tudinem domesticam, sæpe numero 'etiam turpiter, quod æquales vi 'ridiculi vulnerarent. Quorum nihil 'cadit in tragicam Satyricen. Verum 'enim vero propter hanc similitudi-'nem equidem non ausim partes illo-'rum sequi, qui Græcam Satyricam 'procreatricem quandam Latinarum 'Satirarum et quasi parentem judica-'verunt. Nam et gravissimi auctores, 'Horatius et Quintilianus, inventioni 'eas Romanorum vindicant, et a veri 'specie neutiquam abhorret, eas e 'compositis temere ac rudibus jocis 'et dicteriis fuisse enatas, quæ pris-'cis temporibus juventus Romana 'per otium et lasciviam alternis sole-'ret in scena effundere. Præterea 'non modo in argumento ejusque 'tractandi consilio, verum etiam in 'ipsa tractatione magna reperitur 'dissimilitudo. Primum enim si *ar-'gumentum* spectetur, quod situm est 'in variis ridiculi generibus, cum fa-

erant carmina, at differebant argumento ejusque tractandi consilio, quod ad solos vel philosophorum vel poëtarum errores, non ad vitæ quotidianæ mores eorumque emendationem spectabat; neque dubito, quin rerum quoque tractationem magnopere discrepasse intelligeretur, si integri superessent Silli, nec potius perpauca eorum fragmenta, quæ exactam

NOTÆ

'bulis comico-satyricis Græcorum 'componi nullo pacto potest Horatiana Satira, potest quodam modo 'Luciliana, quæ imaginem referebat 'antiquæ Comicorum dicacitatis. 'Quippe quam Horatii venusta urbanitas coluit, Persii gravitas acuit, 'et Juvenalis austeritas tanquam veneno armavit, Satira, quod a morum 'integritate severitateque profecta, 'judicio de rebus humanis liberali 'mentisque generosæ honesta indignatione niteretur, (v. Dusch. 'Briefe zur Bild. d. Geschmacks P. 'VI. p. 1—77.) materiem omnem ridiculi repetiit ab istis gravioribus vitiis, quæ essent in vita hominum et 'moribus, quæque satyricis salibus 'perfricata, coërceri possent et salutis publicæ causa emendari. Græcorum contra Satyrice, dicacitatis 'laude contenta, non tam risum sectata est satyricum, quam comicum 'derisum, (cf. sup. not. 29.) et cavillandi magis libidine excitata, quam 'corrigendi studio impulsa, modo 'fortunas civium, modo corporis deformitatem et alia leviora vitia, quæ 'Comicorum solent ludibriis agitari, 'contumeliarum aculeis lacessivit, 'ita, ut ne ingenuitatem quidem præstaret et ruborem suum verborum 'turpitudine et rerum obscœnitate 'vitanda. Quam quidem ridiculi 'speciem, in oratione Comicorum velut exuberantem, longe superavit 'Romanorum poëtarum, quos supra 'nominabam, liberalis festivitas, non 'illa quidem in celeritate atque dicto 'posita, sed in perpetuitate sermonis: quanquam propius ad illam 'accessisse superiorem Lucilianæ Satiræ videntur, quarum plerisque par 'fuit ridendi materies, simile consilium, eadem impudentia, gemina 'audacia.—Deinde ubi de *tractandi ratione* quæritur, deducenda sine 'dubio erit disputatio ad certas quasdam satyricæ poëseos formas, quibus externo etiam habitu, seu componendi lege et artificio, impressa 'similitudinis vestigia inveniantur. 'Jam vero illud perspicuum est, satyrica Græcorum *dramata* non comparari cum Lucilii aliorumque *didacticis* Satiris satis insigniteatque commode posse. At tametsi Romani 'in scribendis Satiris interdum proxime reperiuntur abfuisse a dramatico genere, quod spretis viæ angustiis, quibus docendi ratio includitur, liberiore cursu fertur, rerumque tractationi varietatem dialogi 'impertit ac subitaneam quandam 'vim: tamen omne hoc dramaticæ 'compositionis artificium frequentatum demum est ab iis poëtis, qui 'poliundis Satiris limam adhibuissent 'suam, et in medio est posita Comœdiæ Romanæ species, arctiore dramaticæ actionis vinculo istis Græcorum fabulis astricta. Atellanæ 'cui non succurrunt fabellæ, quas 'finitimas esse Græcorum Satyris 'veteres jam universe pronuntiarunt, 'quorum judiciis eam licebit moderationem adhibere, ut comicam maxime Satyricen ad comparationem 'vocemus?'

comparationem non admittunt. Non etiam repugnabimus, si quis contenderit, Ennium, et præcipue Lucilium ejusque imitatores, duxisse colores quosdam et sales hausisse ex Græcorum vetere comœdia, (v. Horat. Sat. I. 4. 1. seq. 10. 14. sqq. Pers. I. 123. sq.) Iambis, Sillis, et fabulis satyricis. Verum propterea nec Græci Satiras scripsisse, nec Romani has illis acceptas retulisse censendi sunt. Præterea Romanam, non Græcam, Satiræ originem fuisse, ex historia et ipsa quoque nominis forma probabile fit. Temporibus priscis, quibus nec Satyri et Satyrica dramata, nec ulla Græcæ poëseos genera, jam innotuerant Romanis, versibus Saturniis Fesceninisque in scena successit *Satura*, ut supra vidimus; et hæc deinde appellatio propter similitudinem aliquam, quæ argumenti potissimum varietate continebatur, tam ad illa carminum genera, quæ ab Ennio, quam ad ea, quæ a Lucilio inventa dicuntur, ab auctoribus eorum translata est. Enimvero neque Græcis scriptoribus hæc carmina, vel, quæ vulgo iis tribuuntur, nomina, *Satura, Satira* et *Satyra*, memorantur, neque Romanis aut *Satira* sua unquam *Satyrice*, aut satyrica Græcorum poësis, s. fabula s. dramata *Satiræ* vel *Satyræ* dicuntur. Romani quoque vix ullam *satyricarum fabularum*, vel nominis certe hujus, mentionem faciunt; neque ab iis carmina ejusmodi scripta, (nisi forte a Lucano, cui satyricæ fabulæ XIV. tribuuntur, quæ tamen cujusmodi fuerint non constat,) aut Satyri unquam Romæ inducti videntur. Contrarium certe mihi non persuaserunt, qui provocant ad loca Horatii Ep. ad Pis. v. 220-250. Dionysii Halic. VII. 72. (p. 460. ed. Hudson. et T. III. p. 1491. ed. Reisk.) Athenæi VI. 7. (p. 261. ed. Lugd. 1612.) et Marii Victorini l. IV. p. 2591 collect. Putsch. Horatius l. l. non de Romanorum, sed de Græcorum fabulis satyricis, et de norma, ad quam illæ sint exigendæ, judicium fert criticum, docetque, quam rationem *Satyrorum scriptor*, (v. 235.) h. e. si ipse satyrica scriberet dramata, sequendam putaret.[40] Dio-

NOTÆ

40 Kœnig putat p. 24. Horatium loqui de Satyris Græcis, Latino sermone imitandis, Hurdius in Comm. ad Epp. Horat. (T. I. p. 173. vers. Es-

nysius, qui et populi Romani et omnium ejus rituum originem a Græcis deducit, illos ab iisdem tradit hunc ascivisse morem, ut in vetustissimis triumphorum pompis non modo exercitus victor imperatorem triumphantem, sed etiam *Satyri* quoscumque spectatores jocis dictisque petulantibus lacessierint, quam κέρτομον καὶ σατυρικὴν παιδίαν appellat. Ille vero non a Græcis repetendus est, sed ab antiquissimis potius temporibus similibusque priscorum festorum et pomparum solennibus, de quibus supra dixi, et exinde jam viguisse videtur non alius mos, quam notissimus ille, quem Dionysius seriori tantum ævo tribuit: νῦν δὲ ποιήματα ᾄδουσιν αὐτοσχέδια, h. e. versus inconditos et Fescenninis similes.[41] Præterea Satyros illos non nisi Mimos fuisse, ex his ejus verbis cognoscitur: οὗτοι δὲ Σάτυροι κατέσκωπτόν τε καὶ κατεμιμοῦντο τὰς σπουδαίας κινήσεις, ἐπὶ τὰ γελοιότερα μεταφέροντες. Neque illud mirabitur, qui meminerit, non tantum Græcas voces σάτυροι, σατυρίζειν et σατυρικὸς ad omnes personas et res joculares atque hilaritatis parum honestæ plenas transferri,[42] sed Mimos etiam et Pantomimos sæpe tum induisse personas Satyrorum ridiculas tum egisse. Hinc quoque ad mimos potius, quam ad fabulas sive satyricas sive Atellanas, retulerim loca Athenæi et Marii Victorini, quæ supra laudavi. Hic affert versum iambicum dimetrum: 'Agite, fugite, quatite, Satyri;' quo finem factum esse mimo, probabile fit ex Cic. pro Cœlio c. 27. 'Mimi jam exitus est, non fabulæ: in quo cum clausula non invenitur, fugit aliquis e manibus, deinde scabella concrepant, aulæum tollitur.'[43] Ille memorat, Sullam

NOTÆ

chenb.) Horatii ætate Oscas personas in Romana scena Satyris cessisse; sed Eichstaedt p. 78. Horatium, scenicæ poëseos, quæ inter Romanos viguerit, intelligentissimum et censorem et emendatorem, suasisse id æqualibus, ut relicta Oscarum personarum ignobilitate Græcos Satyros introducerent, paululum tamen illos politos et ad sæculi elegantiam formatos; incertum autem esse nobis, utrum ea res eventum habuerit, an intra consilii fines steterit.

41 Cf. Nadal in Hist. de l'Acad. des Inscr. T. III. p. 96. Casaub. p. 244. et Eichstaedt p. 54. 55.

42 Cf. Casaubon. p. 94, 95. Heins. p. 18. Voss. Inst. Poët. II. 19.

43 De *scabellis* s. *scabillis* eorumque crepitu v. Ernesti clav. Cic. et Ziegler de Mimis Rom. p. 26. De versu autem illo, quem ex fabula aliqua satyrica petitum putabant Casaub. p. 243. Kœnig p. 24. et alii, ita dispu-

insigni favore amplexum esse Mimos, et *patrio sermone* scripsisse κωμῳδίας σατυρικὰς, h. e. mimos, imitatione expressos ex dramate Græcorum comico-satyrico:[44] quæ forte explicatio non displicebit ei, qui modo dicta et seriem narrationis expenderit: Σύλλαν φησὶ Νικόλαος (Nicolaus Damascenus, philosophus peripateticus, poëta, orator, et historicus ab Herode M. Judæorum rege orator missus ad Augustum Imp.) τὸν 'Ρωμαίων στρατηγὸν οὕτω χαίρειν μίμοις καὶ γελωτοποιοῖς φιλόγελων γενόμενον, ὡς καὶ πολλὰ γῆς μέτρα αὐτοῖς χαρίζεσθαι τῆς δημοσίας. 'Εμφανίζουσιν δ' αὐτοῦ τὸ περὶ ταῦτα ἱλαρὸν αἱ ὑπ' αὐτοῦ γραφεῖσαι σατυρικαὶ κωμῳδίαι τῇ πατρῴῳ φωνῇ.— Quid vero? nonne fabulis Græcorum comico-satyricis Atellanas, ab Oscis inventas, simillimas fuisse supra professi sumus? Id quidem non dissimilamus: enimvero hæc convenientia, si non tota, certe maximam partem, fortuita potius fuisse videtur, quam ab imitatione profecta. Ea quoque non nisi ex Grammaticorum (Diomedis III. p. 487. et Marii Victorini II. p. 2527. ed. Putsch.) testimoniis, quibus non nimium tribuerim, suspensa est; et neutiquam dubitamus, quin præter personarum diversitatem (v. sup. not. 23.) alia quoque deprehenderentur discrimina, si vel unius fabulæ et comico-satyricæ et Atellanæ exempla haberemus, quæ com-

NOTÆ

tat Eichstaedt p. 79. 'Ille versus primum universe allatus est, et eo modo, quo Grammatici abuti solent, id est, non indicato fonte, unde ductus sit. Deinde tanto ei minus fidei habendum duco, quanto manifestius est, Marium, ut singula metrorum genera exemplis illustraret, et alibi suopte ingenio confinxisse versus, qui declaratis numeris responderent, et metra in primis, Græcorum tantummodo poëtarum usu nobilitata, Latinis numeris expressisse. Cujus rei luculentum exemplum inveni l. II. p. 2546.' Ceterum ex Cic. l. l. intelligitur, Mimis, si non unitatem actionis, nexum tamen et solutionem, gravissima fabulæ momenta, defuisse; et ex eodem forte loco petenda est lux, quam adhuc desiderare videntur verba Juv. VIII. 187. et XIII. 111.

44 Eandem explicationem, quam nobis suggessit narrationis series, in *Jen. Allg. Lit. Zeit. a.* 1796. *N.* 191. proposuit vir quidam doctus, cui acceptum referimus judicium, quod de illo Marii Victorini versu modo tulimus. Atellanas fabulas, hilaritatis minus honestæ plenas, designari existimant Eichstaedt p. 77. et Casaub. p. 243. qui tamen p. 94. dubitanter dixerat, fabulas illas vel Atellanas fuisse, vel tabernarias, aut certe mimos quosdam. Ipsa dramata satyrica significari vult Kœnig p. 24. ne frigeant verba extrema τῇ πατρῴῳ φωνῇ.

parare liceret. Quæ facultas cum nobis prærepta sit tristi literarum fato, et illius dramatis vix ulla fragmenta, aut dubia tantum, (qualia sunt Sositheanum et alia, quæ eo referuntur) hujus vero admodum pauca reperiantur; omnis hæc disputatio, quamvis doctissima et ingeniosissima, qualem Cl. Eichstaedt instituit, (cujus præcipua fere momenta ex utriusque fabulæ exacta convenientia pendent) incertis nititur conjecturis.

DE

SATIRICIS ROMANORUM

POETIS.

In superiore commentatione ostendimus, Saturam sive Satiram Romanorum tum dramaticam fuisse tum didacticam, et hanc sive Ennianam sive Lucilianam. Jam breviter recensebimus poëtas, qui vel Ennium vel Lucilium imitati, adeoque vel varia argumenta versibus persecuti, vel in vitia sæculi sui invecti sunt;[1] et simul ostendemus, quam varie ab iis tractata sit Satira, et quam diversas inde species induerit. Quod consilium vellem accuratius perfici posset: sed primum duplex hoc carminum genus, præcipue Lucilianum, quod gliscente morum corruptela sub malorum Principum dominatu et indignatione versum faciente (Juven. I. 79.) præ ceteris arrisisse non est quod miremur, multorum haud dubie ingenia exercuit, quorum omnis intercidit memoria; deinde plerorumque poëtarum, quos memorabimus, nomina

NOTÆ

1 Cf. inpr. Casaub. de Satyr. Græc. poësi et Rom. Satira II. 2. et 3. p. 198-211. 225-240. et Wernsdorf. Poët. Lat. Min. T. III. p. XIII-XXVII. et XLV-LXX. quorum commentationes a nobis modo amplificatas, modo contractas, modo emendatas videbis.

tantum nobis innotuere, non carmina quoque relicta sunt; denique novimus quidem, ab his vel illis Satiras esse scriptas, sed ignoramus sæpe, utrum Ennianæ fuerint illæ, an Varronianæ, an Lucilianæ, an adeo dramaticæ. Rem quoque turbarunt viri docti, qui vel in cæcam molem congessere carmina omnia, quæ satirici quid, h. e. sive miscelli sive dicacis, spirarent,[2] vel recentiora antiquis auctoribus tribuere,[3] vel ea adeo commenti sunt, quæ nemo scripsit.[4] Neque dissimilamus, nos ipsos etiam vereri, ne finibus terminisque ultra, quam satis sit, prolatis, et multis diversisque satiricorum carminum generibus coagmentatis, implicatior facta sit disputatio nostra. Quicquid vero ita peccavimus, juvenum causa peccatum est, eoque consilio, ut hi omnium poëtarum Latinorum, qui inter satiricos vulgo referuntur, veram indolem perspectam haberent, et, quoties horum nomina vel legerentur ab iis vel audirentur, recte de iis judicarent.

NOTÆ

2 Quo refero α) Satiras, in singulares adversarios scriptas, v. c. a *Lenæo* Grammatico, Pompeii M. liberto, in Sallustium historicum, (v. Sueton. Gramm. c. 15.) ab *Ovidio* in adversarium nobis ignotum, quod carmen invectivum Callimachi exemplo *Ibin* inscripsit; ab *Eucheria*, muliere Aquitanica vel Gallica, quæ forte Sæc. v. vel vi. vixit, in servum quendam, ejus nuptias ambientem. (vid. Wernsdorf l. l. p. LXV. sq. et ipsam Sat. ibid. p. 97. sq.) Similia carmina famosa sive maledica a multis in multos scripta, v. c. a Sex. Vestilio in C. Cæsarem, (v. Tac. Ann. vi. 9.) ab Antistio Sosiano in Neronem, (Tac. Ann. xiv. 48. et xvi. 14.) ab Ælio Saturnino, C. Cominio et Sextio Paconiano in Tiberium, (Dio Cass. lib. LVII. extr. Tac. Ann. iv. 31. et vi. 39.) a Lucano in Neronem et potentissimos ejus amicos, (Sueton. in vita Lucani) a Nerone in Afranium Quinctianum, (Tacit. Ann. xv. 49.) cet. quæ non magis huc spectant, quam epigrammata Martialis aliorumque. β) Carmina detestanda Curtii Montani. (v. Tac. An. xvi. 28.) γ) Diras, v. c. Val. Catonis, qui in iis primum agros licentia Sullani temporis amissos, deinde Lydiam amasiam sibi ereptam esse queritur. (v. Wernsdorf. l. l. p. XLVI. sq.) qui et carmen ipsum typis recudendum curavit p. 1. sq.

3 Sic Pithœus, Henr. Stephanus, et Casp. Barthius veteri cuidam poëtæ tribuendam putarunt Epistolam s. *Satiram de Lite*, cujus auctor potius fuit *Mich. Hospitalius*, celeberrimus Franciæ Cancellarius et vir summi ingenii, qui a Chr. 1573. mortuus est: v. Fabric. Bibl. Lat. iv. 1. T. iii. p. 244. et Wernsdorf l. l. p. LIV. LV.

4 Ita *Stratonicum* Satirarum scriptoribus annumeravit Schottus in Indice Auctorum Plinii Majoris Antwerp. 1616. 8. Sed Stratonicus sculptor fuit, qui Satyrum finxit: v. Plin. XXXIII. 12.

CN. NÆVIUS, antiquissimus Romanorum poëta, qui bellum Punicum I., quo stipendia fecerat, versibus descripsit Saturniis, Satiram quoque composuit, teste Festo p. 411. edit. Dacerii. Hæc vero haud dubie fuit dramatica: nam Nævius jam inde ab a. U. C. DXIX. adeoque quadriennio post natum Ennium, fabulas dedit, (v. Gell. XVII. 21. extr.) et mortuus est a. U. C. DXLIX. v. Hieron. in Chron. Euseb. ad Olymp. 114. ubi etiam tradit, eum ob maledicentiam Scipioni Africano et Metello invisum fuisse, et primum in carcerem a triumviris capitalibus conjectum, deinde in exilium actum, nec inde rediisse Romam, sed Uticæ obiisse. Talem quoque suspicor fuisse Satiram L. POMPONII, quæ in sexto Prisciani libro laudatur. Fuit is Bononiensis et clarissimus Atellanarum scriptor, quem Velleius Pat. II. 9. Sullanis dicit temporibus vixisse, ac sensibus fuisse celebrem, verbis rudem, et novitate inventi a se operis commendabilem. Atellanæ ejus memorantur Gell. X. 24. XII. 10. XVI. 6. XVIII. 6. Ad idem forte Satirarum genus referendæ sunt illæ, quas T. QUINCTIUS ATTA Ciceronis ætate, præter Togatas fabulas et Epigrammata, scripsisse perhibetur. V. Diomed. et Macrob.

Ennianas Satiras scripsit M. PACUVIUS, poëta tragicus et pictor, Ennii nepos ex sorore, si Plinio XXXV. 4., vel ex filia, si Hieronymo fides habenda in Chron. Euseb. Olymp. CLVI. 3. ubi is hoc anno illum Brundisii natum esse, et prope nonagenarium Tarenti obiisse refert. Utrum vero pressius Ennii vestigia persecutus, an proprio consilio usus sit, non constat: quin satiricum quoque poëtam eum fuisse ignoraremus, nisi id docuisset nos Diomedes lib. III. p. 483. ed. Putsch. cujus verba jam supra laudavimus: 'Olim carmen, quod ex variis poëmatibus constabat, Satira vocabatur, quale scripserunt Pacuvius et Ennius.' Pacuviana quidem servarunt Cicero, (de Div. I. 57. et ad Heren. II. 23,) Gellius (I. 24. II. 26. IV. 17. IX. 14. XIII. 2. 8. 29. XIV. 1.), et alii: sed hæc tragœdiarum ejus vel epigrammatum, non satirarum, fragmenta sunt et tituli. De ingenio

illius ita judicavit Quintilianus I. O. x. 1. 'Hic gravitate sententiarum, pondere verborum, auctoritate personarum clarissimus fuit, citra tamen nitorem.'

Quinam poëtæ præter Pacuvium Ennianas conscripserint Satiras, non habeo dicere. In eorum forte numerum tum quidam ex iis referendi sunt, quos infra in Lucilii imitatores reposui, tum SÆVIUS NICANOR Grammaticus, qui Varronis ævo, vel non ita multo post vixisse videtur, et de quo hæc memoriæ prodidit Sueton. de ill. Gram. c. 5. 'Fecit præter commentarios, quorum tamen pars maxima intercepta dicitur, et Satiram quoque, in qua libertinum se ac duplici cognomine per hoc indicat: Sæviu' Nicanor Marci libertu' negabit; Sæviu' Postumianus idem, sed Marcu' docebit.'

Ad Ennianæ Satiræ similitudinem accessit *Varroniana*, quæ tamen non varia tantum metra et argumenta, et seria cum jocis, sed pedestrem quoque sermonem cum poëtico, et, ut Luciliana, Græca cum Latinis miscuit. Quintilianus, qui in Inst. Or. x. 1. s. 93. de Satira Luciliana disputaverat, mox s. 95. hæc adjungit: 'Alterum illud est et prius Satiræ genus,' (scil. Ennianum, quod antiquius est)[5] 'quod non sola carminum varietate' (sed etiam orationis, prosæ et numeris astrictæ, Latinæ et Græcæ) 'mixtum condidit M. TERENTIUS VARRO, vir Romanorum eruditissimus. Plurimos hic libros et doctissimos composuit, peritissimus linguæ Latinæ, et omnis antiquitatis, et rerum Græcarum nostrarumque, plus tamen scientiæ collaturus quam eloquentiæ.'[6]

NOTÆ

5 Gesnerus ad Quintil. l. l. putabat, *prius genus* hic dici præstantius, vel illud *prius* ex compendio vocis *posterius* ortum esse, nostram vero interpretationem diserte contra dicere iis, quæ s. 93. disputaverit Fabius; quod equidem non assequor: eum tamen non satis perspicue locutum esse crediderim.

6 Vir et doctissimus fuit, et ingeniosissimus ac πολυγραφώτατος, (v. Dionys. Hal. II. 21. Senec. Cons. ad Helv. 8. Cic. ad Att. XIII. 18.) natus a. U. c. 638. mortuus a. U. c. 726. vel 727. (cf. Plin. XXIX. 4. s. 18.) magistro usus eruditissimo L. Ælio Stilone, (Gell. I. 18. XX. 11. Cic. Acad. Qu. I. 2. et Brut. 56.) in Ciceronis aliorumque virorum clarissimorum familiaritate versatus, (Cic. Acad. Qu. I. 1. et ad Div. XIII. 10.) tribunatu et aliis muneribus functus, Pompeii partes amplexus in bello civili, (Plin. VII. 30. Appian. b. Mithrid. 95.) Cæsari reconciliatus et ab eo Bibliothecis comparandis et digerendis præ-

Quod consilium secutus sit Varro in Satiris suis, quæ et *libri* passim dicuntur, et quarum non nisi pauca supersunt fragmenta et tituli,[7] ipse declaravit ap. Cic. Academ. Quæst. I. 2. his verbis: 'Quæ nemo adhuc docuerat, nec erat, unde studiosi scire possent, ea, quantum potui, (nihil enim magnopere meorum miror,) feci, ut essent nota nostris: a Græcis enim peti non poterant, ac post L. Ælii nostri occasum ne a Latinis quidem. Et tamen in illis veteribus nostris, quæ, Menippum imitati, non interpretati, quadam hilaritate conspersimus, multa admista ex intima philosophia, multa dicta dialectice: quæ quo facilius minus docti intelligerent, jucunditate quadam ad legendum invitati, in laudationibus, in iis ipsis antiquitatum prooemiis philosophiæ, scribere voluimus, si modo consecuti sumus.'[8] Varro itaque in hoc opere numeroso et multiplici orationis rerumque, ex omnibus literarum et artium generibus decerptarum, varietate conspicuo, philologiam cum philosophia temperavit, et imitatus est *Menippum*, philosophum Gadarenum, Cynicum et σπουδογελοῖον; unde etiam tum ipse, tum Satiræ ejus olim dicebantur *Menippeæ* et *Cynicæ*.[9] Hanc et denominationem et imitationem ad solum scribendi genus ejusque similitudinem spectasse, jam monuit Probus ad Virgilii Ecl. VI. his verbis: 'Varro Menippeus non a magistro, cujus ætas longe præcesserat, nominatus, sed a societate ingenii, quod is quoque omnigeno carmine expoliverat satiras suas,' h. e.

NOTÆ

fectus, (Plin. VII. 30.) ab Antonio autem a. U. c. 710. proscriptus. (Appian. b. Civ. IV. 47.) Ipse ap. Gell. III. 10. extr. memorat, se jam duodecimam annorum hebdomadam (annum ætatis 84.) ingressum esse, et ad eum diem LXX. hebdomadas librorum (h. e. 490 libros) conscripsisse, ex quibus aliquam multos, cum proscriptus esset, direptis bibliothecis suis non comparuisse. (cf. Gell. XIV. 7. et XIX. 14.) Hodie ex iis non nisi libri III. de re rustica, sex de lingua Latina, et pauca reliquorum fragmenta et tituli restant.

7 Conf. Gell. I. 17. et 22. III. 16. et 18. VI. 5. VII. 16. XIII. 4. 11. 16. 21. 28. et 30. XV. 19. XIX. 8. Macrob. Sat. I. 7. II. 8. et 11. III. 8. et 12. Fabric. Bibl. Lat. I. 7. ed. Ernest. T. I. p. 128. seq.

8 Ita hunc locum ingeniose emendavit Ernesti.

9 Conf. Gell. I. 17. II. 18. XIII. 29. al. 30. Macrob. Sat. I. 11. Strab. XVI. Athenæus XIV. 7. Casaub. de Sat. Rom. p. 202. seq. Diog. Laërt. VI. 99. ibique Menag.

libros suos, Romanis satiris similes: nam Probus, non ipse Menippus, ita eos appellasse censendus est.[10]

Menippi et Varronis exemplo etiam alii prosam vario carminis genere tanquam interjectis gemmulis ac stellulis distinxere: v. c. JULIANUS, tum in libello de Cæsaribus, in quo primos perstrinxit Imperatores, tum in Satira, cui titulus est Μισοπώγων s. barbæ osor, et in qua acerbe notavit mores Antiochensium, quibus barba, quam alebat, ludibrio fuerat: L. ANNÆUS SENECA, in lepidissimo ludo de morte Claudii Cæsaris, in quo confingit, hunc ingentis stuporis hominem non in Deos, sed in cucurbitas relatum esse: nam esu venenati boleti, κολοκύντης s. κολοκύνθης, Claudius, hujus cibi avidissimus, periisse credebatur, et inepti homines cucurbitis comparari solebant (cucurbitæ caput habere dicuntur Apul. Met. I. p. 109. ed. Elmenh.); unde Seneca libellum suum non *Satiram*, neque ἀποθέωσιν, sed ἀποκολοκύντωσιν facete inscripsit: T. PETRONIUS ARBITER, (Massiliensis, equestri genere natus, consularis, Neroni familiaris et elegantiæ *arbiter*, sed artibus Tigellini æmuli ad mortem compulsus, quam sibi lente, incisis venis, intulit; de quo v. Tac. Ann. XVI. 18. 19.) in *Satirico* vel *Satiricon libris*,[11] in quibus mores suæ

NOTÆ

10 Quod cum non reputaret Casaubonus l. l. p. 205. sq. nodum in scirpo quæsivit. Id jam monuit Kœnig de Sat. Rom. p. 32. et præterea hæc: 'Quod Casaubonus de scribendi genere Menippeo dicit, non puto ad omnia ejus scripta transferenda esse, inter quæ etiam ea poterant esse, quorum stilum Varro sequi potuerit. Hoc quoque cum eo non statuerim, Menippum a Luciano T. I. p. 455. sq. ed. Reiz. epicorum et tragicorum flosculis utentem, ad ejus scribendi genus ridendum inductum esse, sed ut illorum poëtarum tumorem exagitantem, quod ipse Lucianus multis locis facit.'

11 Casaubonus l. l. p. 259. 'Petronii,' inquit, 'libellus mera est Satura, Varroniana: ipse tamen *Saturicum* sive *Satiricum* maluit inscribere; quomodo *Commentarium* dicitur pro commentario libro, *Apologeticus* pro apologetico libro. At qui *Satyricon* titulum Petronii reliquiis imposuerunt, ii sine dubio Græcam vocis Satiræ originem spectabant: cujus rei nunquam auctori venisse in mentem, pro certo habeo. De *Martiano Capella* minus ausim affirmare propter antiquitatem hujus erroris. Et tamen ipse in causa explicanda, cur opus suum *Satiram* inscripserit, nobiscum facit. Sic enim ait: *Tandem senilem Martiane fabulam Miscillo lusit quam lucernis flamine Satira.*' P. Burmannus in Præf. edit. suæ Petronii libros Græca forma *Satyricôn* s. *Satiricôn* scil. libros

ætatis, præcipue avaritiam, luxum, superbiam, aliaque vitia, discordias bellaque civilia gignentia et rei publicæ conversionem minantia stylo mordaci et plano describit, insertis passim carminibus, modo longioribus (inpr. de bello civili vel de mutatione rei publicæ), modo brevioribus; unde intelligitur, eum non magis Varronem quam Lucilium sibi imitandum proposuisse, et novum aliquod mixtumque Satiræ genus tractasse (ad quod tamen Juliani quoque et Senecæ libelli modo laudati quodam modo referri possunt): MARCIANUS MINEUS FELIX CAPELLA Madaurensis vel Carthaginiensis, scriptor semibarbarus, qui Sæc. v. temporibus Leonis Thracis vixit, in *Satira* sua, cujus duo priores libri Philosophiæ ἀποθέωσιν sive fabulam de nuptiis Philologiæ et Mercurii, reliqui vero septem singularum artium liberalium, Grammaticæ, Dialecticæ, Rhetoricæ, Geometriæ, Arithmeticæ, Astronomiæ, et Musicæ, laudes ac præcepta continent: Anicius Manlius Torquatus Severinus BOETHIUS consularis, (natus Romæ a. Chr. 455. et securi percussus a. 524. cum reus majestatis factus esset,) in libris præclaris, et tam argumento quam stylo conspicuis, de consolatione philosophiæ, quos in carcere scripsit, in quem jussu Theodorici Gothorum regis conjectus erat.—Aliæ *Satiræ Menippeæ* etiam ab aliis tum ante tum post renatas literas scriptæ sunt, v. c. a P. CUNÆO, JCto Batavo, 'Sardi Venales seu Satira Menippea in sui sæculi homines inepte eruditos; a JUSTO LIPSIO Somnium s. Satira Menippea in criticos et poëtas inscitos; a DAN. HEINSIO Hercules tuam fidem, sive Munsterus Hypobolimæus, id est Satira Menippea de vita, origine, et moribus Casp. Scioppii.'

NOTÆ

appellari malebat, ut Ovidii *Metamorphoseῶν*, Hygini *Poëticῶν Astronomicῶν*, Fulgentii *Mythologicῶν*, Solini *Ponticῶν*, cet. Eorum vero argumentum plane convenit et temporibus Neronianis et ingenio moribusque illius Petronii; neque sententiam suam nobis persuasere, qui auctorem illorum vel Claudii, vel Severi, vel Antoninorum ætate vixisse opinati sunt. Prius P. Burmannus, alterum Statilius, et posterius Valesii contenderunt.

Sed jam progrediamur ad recensum eorum, qui LUCILIUM et Satiræ ab eo inventæ genus imitati sunt. Huic Satiræ primum novam plane multoque meliorem induit formam ingenium HORATII, qui maculas et labes, tum incuria auctoris, tum sæculi genio ei aspersas, eluit; verborum contumeliis et petulantiæ jocos et sales, orationique subitæ et incuriosæ, horridæ et scabræ, obscœnæ et procaci, tersam et limatam, puram et æquabiliter fluentem, facetam et urbanam substituit; et neque Græca immiscuit Latinis, neque alium quam heroicum versum adhibuit. Illum sibi exemplar proposuere posteriores poëtæ satirici, etiam secundi ab eo, PERSIUS et JUVENALIS: at quisque eorum singulari genere dicendi usus est, et diversa ratione, pro ingeniorum temporumque diversitate, argumenta tractavit. Quod intelligetur ex proxima commentatione, in qua de *Horatio, Persio*, ac *Juvenale* seorsum disseremus, et hos poëtas satiricos, quorum opera manibus adhuc nostris teruntur, inter se comparabimus. Nunc sufficiat breviter recensuisse ceteros *Lucilii* imitatores, quorum Satiræ tantum non omnes interciderunt: quod quo minus gravius doleremus, eo prohibuit fortuna, quod triumviros illos nobis servavit.

Ante *Horatium*, qui a. U. c. 689. adeoque XL fere annis post Lucilii mortem natus est, non defuisse, qui hujus quidem exemplo, sed parum prospero conatus successu, ad Satiras scribendas animum appellerent, ille nos ipse docet Sat. I. 10. 46. seq. ‘Hoc [satiricum poëma] erat, experto frustra Varrone Atacino Atque quibusdam aliis, melius quod scribere possem, Inventore minor.’ Hic est P. TERENTIUS VARRO, natus circiter a. U. c. 670. et a patria Atace, Galliæ Narbonensis vico, (v. Hieron. in Chron. Euseb. ad Olymp. 174. a. 2.) vel ab Atace, Narbonensi fluvio, (v. Porphyr. ad Horat. l. l.) dictus ATACINUS. Is præter Satiras scripsit Argonautica bellumque Sequanicum, et judicio Quintil. X. 1. s. 87. ‘in iis, per quæ nomen est assecutus, interpres fuit operis alieni, non spernendus quidem, verum ad augendam facultatem dicendi parum locuples.’ Præter hunc quosdam alios satiricum dicendi genus frustra ante se ex-

pertos esse monet Horatius l. l. at quinam hi fuerint ignoramus. Casaubonus huc refert *Sævium Nicanorem* et *Lenæum* Grammaticos; quorum Satiras forte non Lucilianas fuisse supra diximus. Omisit autem ALBUTIUM, quem nos in horum locum substituimus ex Varrone de Re Rust. III. 2. s. 17. 'Nonne item L. Albutius homo (ut scitis) apprime doctus, cujus Luciliano charactere sunt libelli, dicebat in Albano fundum suum pastionibus semper vinci a villa? agrum enim minus dena millia reddere, villam plus vicena.' In optimis Varronis codicibus legitur *Abuccius*, ut et III. 6. 6. sed prænomen forte, non nomen emendandum et reponendum *T. Albutius* s. *Albucius*. Is fuit æqualis Lucilio, qui passim ejus meminit in Satiris, (v. c. ap. Cic. Fin. I. 3. et Orat. 44.) Proprætor Sardiniæ a. U. c. 648. (Cic. Div. 19. Pis. 38. Off. II. 14. Prov. 7. Brut. 26.) perfectus Epicureus et pæne Græcus, qui primum adolescens, et postea exul Athenis vixit. (Cic. Brut. 35. et Tusc. Qu. v. 37.)

Horatii ætate JULIUS FLORUS, et, si Porphyr. ad Horat. Epist. I. 3. fides habenda, 'hic Florus fuit Satirarum scriptor, cujus sunt electæ ex Ennio, Lucilio, et Varrone:' adeoque diversa Satiræ genera tractavit vel miscuit. Ei inscriptæ sunt Horat. Epist. III. l. I. et II. l. II. ex quibus (et quidem ex Ep. III. 21. 24. et II. 59. 60.) Casaubonus pag. 230. et Wielandus (ad Horat. Ep. T. II. p. 129.) conjiciunt, eum non nisi 'Ἐρωτικὰ scripsisse. Ingenium tamen ejus varium fuisse et ad diversa scribendi genera aptum, ex eadem Epist. III. 22. seq. cognoscitur: ex quo loco etiam probabile fit, de eodem Floro loqui Quintil. X. 3. 12. seq. et Senec. Controv. XXV. Hic memorat, eum declamatorem; ille vero, eum principem in eloquentia Galliarum et inter paucos disertum fuisse.

Post Horatium præter *Persium* et *Juvenalem*, horumque ætate, multi alii exstitere Satirarum scriptores, *Turnus*, *Lenius*, *Silius*, *Sulpicia*, *Tucca*, *Manlius Vopiscus*, forte et *Julius Rufus*, *Cornutus*, *Gavius Bassus*, et *Rabirius* s. *Rubrius*, aliique, quos fama obscura recondit. (Quintil. X. 1. s. 94. laudatis Lucilio, Horatio, et Persio, hæc subjungit:

'Sunt clari hodieque, et qui olim nominabantur.') Tres priores, Auruncæ natos, quæ Lucilii quoque patria fuit, memorat vetus Scholiastes Juvenalis ad Sat. I. 20. ubi hæc notavit: 'TURNUM dicit Scævæ Memoris tragici poëtæ fratrem, qui libertini generis ad honores ambitione provectus est, potens in aula Vespasianorum Titi et Domitiani: vel LENIUM dicit, qui et ipse Satiras scripsit; vel SILIUM, et ipsum sui temporis Satiricum. Qui omnes ex Aurunca fuerunt.' *Lenius* et *Silius*, quod sciam, non aliis laudantur, nisi potius illi nomen fuit *Lenæo*, de quo supra dixi, et huic cognomen *Basso* vel *Sparso*, qui rhetores fuere. (v. Senec. Controv. III. VI. et VII.) *Turni* autem Satiras amplissimis verbis ornant Martial. VII. 97. XI. 10. Rutil. in Itiner. I. 600. et Sidon. Apollin. Carm. IX. excusat. ad Felicem vs. 267. Conf. Wernsdorf. P. L. M. Vol. III. p. 59. sq. qui non vanis rationibus ductus suspicatur, eum auctorem fuisse Satiræ prolixæ, quæ Neronis vitia sceleraque omnia liberius et longo ordine enarrasse videtur, et cujus fragmentum, XXX. versus complectens, ex P. Burman. Anthol. Lat. T. II. p. 645. ille cum notis exhibuit ibid. p. 77. seq. Ex eadem vel alia Turni satira petiti duo versus, qui admodum corrupte leguntur in vett. Scholiis Juven. ad Sat. I. 71. 'Ex qua Cæsareas soboles horrida Locusta Occidit cura sui verna nota Neronis.' Quos varie emendarunt viri docti: Casaubonus de Sat. Rom. p. 231. 'Ex quo C. s. homicida L. Occidit, curæque veneni admota Neroni est;' Barthius Advers. XXIV. 11. 'Circes vi vernæ nota Neroni,' vel 'cura vivaria [h. e. prædia a Nerone donata] nacta Neronis;' vir doctus in Miscell. Obss. T. V. p. 264. coll. Suet. Ner. 33. 'Et quo Cæsaream sobolem Locusta cecidit Horrida, cæde suis vernæ jam nota Neroni;' Wernsdorf. l. l. p. 82. 'Ex quo C. s. horrenda Locusta Occidit, Circe inter vernas nota Neronis,' vel 'curans sævi fera vota Neronis.'

SULPICIA s. SULPITIA, Caleni uxor, præter carmina amatoria Satiram, de corrupto rei publicæ statu temporibus Domitiani, tunc scripsit, cum tyrannus ille edicto philosophos Urbe expulisset. Ea adhuc extat, et multis exem-

pluribus tum Ausonii, (inter cujus carmina primum reperta est et edita a. 1500 a Thaddæo Ugoleto) tum Petronii, Catalectorum, Persii et Juvenalis annexa est: recepta quoque a Wernsdorfio in Poët. Lat. Min. T. III. p. 83. seq. Ipsa poëtria impense laudatur a Martiali x. 35. et 38. et Scaliger in Hypercritico monet, 'in ea multum dexteritatis ad satiricam amarulentiam aspirantis esse, numeros vero, ut in eo genere poëmatis, non contemnendos.' Contra Casaubonus de Sat. Rom. p. 236. 'Non erraverit judicio meo,' inquit, 'qui Satiram id poëma nominaverit: eruditionem tamen et probitatem nobilissimæ fœminæ ex carmine potius laudes, quam acrimoniam et ad satiricos morsus εὐφυΐαν; lacertis enim caret oratio et ἀγωνιστικῷ spiritu.' Cf. Wernsdorf. l. l. p. LX. sq.—TUCCA ineptus fuit Satirographus, et deridetur a Martiali XII. 95. al. 94. et al. 96. e cujus epigr. versu 7. ('Audemus Satiras: Lucilius esse laboras') Casaubonus et Wernsdorf. perperam colligebant, Martialem, si eum serio scripserit, ipsum quoque satiricorum poëtarum choro inserendum esse. Qui totum perlegerit epigramma, non ita judicabit.—MANLII VOPISCI ingenium et ad alia carmina, et ad Satiras scribendas aptissimum Statius summis laudibus celebrat in Sylv. I. 3. 101. seq. idemque in Epistola ad Stellam, Sylvis præfixa, Vopiscum appellat 'virum eruditissimum, qui præcipue vindicet a situ literas jam pæne fugientes.'

Satiricis horum temporum poëtis annumerantur etiam *Julius Rufus*, *Cornutus*, *Gavius Bassus*, et *Rabirius*, s. *Rubrius*: sed Rufus nullas forte Satiras, et reliqui alias, quam Lucilianas, scripsere. JULII RUFI mentionem facit Martialis in disticho, figuræ Socratis subscripto, lib. X. epigr. 99. 'Si Romana forent hæc Socratis ora, fuissent, Julius in Satyris qualia Rufus habet.' Casaubonus de Sat. Rom. p. 231. existimat, his verbis gravitatem Rufi in Satiris laudari, Crenius autem ibid. in annot. et Raderus ad Martial. l. l. suspicantur, hunc virum illustrem fuisse et doctum, ad quem Plinius Epist. V. 21. et VII. 25. scripserit. Sed Wernsdorf. l. l. p. XVII. jam bene contra eos ita disputa-

vit: 'Ut hoc affirmari vix tuto licet, cum plures Rufos in epistolis memoret Plinius, ita et illud valde dubium, an Satiricam Rufi poësin Martialis laudare voluerit. Nam cum de imagine Socratis sermo sit, quem simo vultu et Silenis simili fuisse, gemmæ antiquæ docent, potest hæc esse sententia Martialis, ut dicat, vultum Socraticum Rufi quasi inter Satyros fuisse, aut eum irrisum a Satiricis poëtis.' ANNÆUS CORNUTUS, philosophus Stoicus, tragicus poëta, (v. Sueton. vit. Persii,) et præceptor Persii, (cujus Satira v. ei inscripta est,) multa scripsit philosophica et rhetorica, (v. Euseb. in Chron. ad a. 2083. Hieron. in Epist. ad Magnum oratorem, et Suidas, qui tamen multa de eo falsa et inepta tradit,) forte et libellum de natura Deorum, qui Phurnuti vulgo nomen præ se fert, nec non commentaria in Virgilium et libros de figuris sententiarum: (v. Gell. II. 6. IX. 9. et Macrob. V. 19.) a Nerone autem propter liberius de ejus carminibus judicium exilio mulctatus est, (v. Euseb. l. l. et Dio Cass. LXII. extr.) et postea interfectus cum Musonio. (cf. Suidas et Voss. de hist. lat. I. 26. ubi diversas narrationes illas ita conciliavit.) Eundem composuisse Satiras, colligitur ex verbis Fulgentii Planciadis in exposit. serm. ant. 'Titivillitium dici voluerunt fila putrida, quæ de telis cadunt. Plautus Casina II. 5. 39. Non ego istud verbum emsitem titivillitio, id est, re admodum vilissima. Nam et M. Cornutus in Satyra ait: Titivilles Flacce do tibi.' Ita hunc locum exhibuit Muncker. in Mythogr. Lat. T. II. p. 175. Casaubonus vero de Sat. Rom. p. 234 et 235. ita citavit postrema verba: 'Titivillitii sat cedo tibi,' et hæc annotavit: 'Fortasse legendum: Titivillitio istas cedo tibi.' (Sed v. Gronov. ad Plaut. l. l.) Videtur hic esse Annæus Cornutus: quam ob rem verba Persii Sat. v. 15. quæ sub persona Cornuti pronunciantur: 'pallentes radere mores Doctus, et ingenuo culpam defigere ludo,' ita puto accipienda, ut dicat Cornutus, se Persium discipulum suum in scribendis Satiris exercuisse, et hac occasione interdum, velut exempli causa, Satiras scripsisse.' Satira GAVII (non *Galbii* vel *Gabii*,

quæ ignota sunt gentium nomina) Bassi, forte ejus, quem Trajanus Ponticæ præfecit oræ, (v. Plin. Ep. x. 18 et 32.) laudatur eidem Fulgentio l. l. p. 179. 'Veruina jaculi genus longum, quod aliqui verutum nominant. Gavius Bassus, Satira: Veruina confodiende, non te nauci facio.' Sed Wernsdorf jam bene monuit l. l. p. xix. vocabulo *Satiræ* commentarium fortasse miscellarum observationum indicari, quales Bassi fuerint libri de Diis et de origine verborum, de quibus v. Macrob. Sat. i. 9. ii. 14. et Gell. ii. 4. v. 7. xi. 17. Rabirii Satiram memorat idem Fulgentius l. l. p. 183. (ubi in quibusdam codd. *Rubrius* legitur) 'Abstemius observans. Rabirius in Satira: Abstemium merulenta fugit Methenia nomen.' Vulgo putant, C. Rabirium designari, poëtam epicum et secundum a Virgilio; de quo v. Vellei. ii. 36. Ovid. Ep. ex Ponto iv. 16. 5. et Quintil. x. 1. 90.

Seriores Satirographi fuere L. Apuleius, quem vide in Floridis p. 346. et p. m. 363. edit. Elmenh.—Tetradius, Ausonii Burdigalensis amicus, a quo Satiræ ejus et sales laudantur in Epist. xv.—Cæcina Decius Albinus, Præf. Urbi et Tusciæ regnantibus Honorio et Theodosio ii. aut potius pater ejus Lucillus vel Lucullus, quem Turno et Juvenali æquat Rutilius in Itinerario i. 599. seq. et de quo docte ac copiose egit Wernsdorf in Poët. Lat. Min. T. iii. p. xxii. seq. T. iv. p. 824. et T. v. p. 182.—Rusticus Elpidius, Theodorici Italiæ regis medicus, qui olim se dolore ob injurias a quibusdam acceptas incensum Satiras scripsisse, easque postea damnasse profitetur in carmine de Christi Jesu beneficiis p. 757. Poët. eccles. Ge. Fabricii. —Claudius Marius Victor Massiliensis rhetor et poëta, mortuus Theodosio ac Valentiniano regnantibus, auctor Epistolæ ad Salmonem Abbatem, vel potius *dialogi de perversis suæ ætatis moribus.* (v. Wernsdorf. P. L. M. iii. p. lxviii. sq. et ipsum dialogum p. 103. seq.)—Probus, quem Lupus Ferrariensis in Epist. xx. et ex eo Barthius Advers. xlviii. 16. floruisse dicunt circa a. Chr. 840. et in Satira quadam ostendisse, Christum etiam pro paganis sapientibus

mortuum esse. Quæ Satira vel non Luciliana fuerit, vel hoc argumentum non solum tractaverit necesse est. (Cf. inf. Ind. Editt. ad a. 1585.)—JOANNES DE GARLANDIA s. *Garlandria*, Anglicus poëta, grammaticus, chymicus, mathematicus, et theologus, qui Sæc. XI. vixit, et cujus Satirarum mentionem fecit Jo. Baleus Scriptor. Britan. Cent. II. n. 48.—GODFRIDUS, Wintoniensis in Anglia cœnobii Prior, mortuus a. Chr. 1141. cujus *Epigrammata Satirica*, et *libros de diversis hominum moribus* memorat Baleus l. l. Cent. II. c. 59. p. 168. et Jo. Pitseus in relatt. hist. de rebus Angl. p. 192. 193.—WALO s. GUALO alius Britannus, qui Sæc. XII. exeunte vixit, et præter varia carmina Satiram quoque in sacrilegos monachos scripsit, quæ reperitur in Matth. Flacii poëmat. doctorum piorumque virorum de corrupto ecclesiæ statu.—BERNARDUS, Monachus Cluniacensis initio Sæc. XII. qui in tribus Satiris acriter invectus est in clerum et curiam Romanam. (v. Wernsdorf. l. l. p. XXVII.—BERNHARDUS GEYSTENSIS *Palponista*, qui ita inscripsit duos libros de vita privata et aulica, rhythmicis hexametris compositos. (v. Wernsdorf. T. IV. p. 826.)

DE
DIVERSA SATIRARUM
LUCILII, HORATII, PERSII, ET JUVENALIS INDOLE, DEQUE FRUCTU EX EARUM LECTIONE PERCIPIENDO.

DECLARATIS jam variis Satiræ Romanæ generibus, poëtisque satiricis recensitis, superest, ut breviter horum principes, Lucilius, Horatius, Persius, et Juvenalis, inter se conferantur, quæque cuivis et virtutes et vitia sint propria, ostendatur.[1] Comparatio illa jam a multis est

NOTÆ

1 De fructu ex Horatii, Persii, et Juvenalis lectione percipiendo, pauca tantum infra disputavi, cum de poëtici studii utilitate in universum jam multi accurate atque copiose præceperint, et pleraque, ad illam rem proprie spectantia, sint talia, ut, nisi quis tardissimi sit ingenii, hæc facile

instituta: sed dici vix potest, quantopere inter eos discrepet.[2] Neque hoc adeo mirum videri debet. Nam, ut taceam, eum plerumque scriptorem aliis ejusdem generis a nobis anteferri, cujus ingenium moresque cum nostris maxime congruant, quique adeo nobis potissimum in deliciis sit, viri docti non satis reputarunt, illam comparationem fere totam pendere a diversitate temporum, ingeniorum, morum studiorumque cujusvis poëtæ. Omnis vero disputatio fluctuet necesse est, si non nisi in universum res aliqua in quæstionem vocatur, neque certa constituitur formula regulaque, ad quam judicia exigantur.

In diversis Satiræ generibus auctoribusque dijudicandis ratio præcipue habenda est sæculi, quo poëta quisque vixit, et morum studiorumque, quæ eo viguerunt. Nullum enim poëseos genus est, quod magis sit filia temporis, quam Satira, quæ inde depromit argumenta, et omnem fere succum atque colorem ducit. Præterea dispiciendum est, quod cuivis poëtæ fuerit ingenium, quæ institutio et victus consuetudo.

Lucilius, ut de eo primum quædam et seorsum dicamus, ab obsessa Carthagine ad initium quinti consulatus Marii, in quo Cimbri et Teutones victi sunt, adeoque ea vixit

NOTÆ

ex iis, quæ de poëtarum illorum virtutibus ac propria indole dixi, colligere possit. Constitueram quoque disquirere, utrum Satira justum sit poëma nec ne. Quam quæstionem ab Horatio propositam Sat. I. 4. 39-64. excussere Casaub. de Sat. Rom. II. 5. (ubi conf. Rambach.) Wieland ad Horat. l. l. not. 7. et alii, qui in poëseos naturam diligentius inquisiverunt. Ad hos vero remittendi sunt lectores, ne patientia eorum abuti videar.

2 Horatio D. Heinsius de Sat. Horat. et Dacierius in Præfat. editioni hujus poëtæ præfixa, Persio Casaub. in Prolegom. in Pers., Juvenali Scaliger in lib. III. et VI. Poët., Lipsius Epist. Quæst. II. 9. et Rigaltius in Diss. de Sat. Juven. palmam detulerunt. Conf. etiam Vulpius de Sat. Lat. c. XI. et XII. Cunæus in Orat. XI. XII. et alii. Nemo autem vel copiosius vel accuratius de vera cujusvis poëtæ atque propria indole disputavit, quam Manso in libro, qui inscriptus est *Nachträge zu Sulzers Theorie* T. IV. Fasc. II. p. 446-496. (quæ tamen commentatio nondum absoluta est, et ad Lucilium tantum Horatiumque spectat) et Kœnig de Sat. Rom. p. 34-104. quos libellos legisse neminem pœnitebit. Nos primas modo lineas duximus, et neutro jam consulto eadem fere animo nobis informaveramus judicia.

ætate, qua in dies quidem ardescebat quasi certamen, in quod antiqui mores cum novis, probitas cum improbitate, descenderant, sed virtus pleniore adhuc ore et palam laudabatur et innocentia a multis protegebatur; qua numerus infirmorum ægrotorumque quotidie gliscebat, sed non deerant medici, quorum remedia, si non arcerent contagionem pestemque, ex Asia, Græcia, et Macedonia importatam, saltem vim ejus infringerent; qua adhuc bonis potius quam malis artibus, et virtutibus magis quam nobilitate et divitiis summus dignitatis gradus obtinebatur, et juvenes virique natalium splendore conspicui bonis exemplis, aspectu imaginum et memoria rerum a majoribus gestarum, ad mores eorum constanter tuendos, et ad ea, quæ honesta, præclara, et magnifica sunt, sectanda inflammabantur; qua libertas loquendi scribendique nondum vel legibus vel metu tyrannorum præcisa erat, neque magna vel generis vel ordinis ratio habebatur; qua præterea Romani, scriptis Menandri aliorumque Græcorum exculti, jam pæne exuerant rusticam jocorum morumque asperitatem, et linguam suam plane ad Græcam formare cœperant. Idem poëta Lælii, Scipionis, aliorumque summorum virorum consuetudine politus, hilari et promto ad jocandum animo, et ingenii dotibus egregie a natura instructus erat. (v. Horat. Sat. II. 1. 62-74.) Hinc illa audacia magnaque verborum libertas, qua Lucilius sensa mentis palam expromit et explicat, neque tam vitia quam ipsos stultos et improbos cujuscumque generis, loci, ac dignitatis vel nominatim insectatur; hinc antiqua ejus et vernacula festivitas, et sales magis nigri quam urbani, ex auctoribus veteris Græcorum comœdiæ hausti; hinc incondita orationis asperitas, et versus illi, Græca sæpe verba Latinis inserentes, atque limatiores quidem Ennianis, sed minus politi et comti quam poëtarum, quos Cæsaris et Augusti sæculum tulit. (Conf. sup. de Sat. Rom. not. 31. et 32.)

Ab ævo Luciliano multum differebat Horatianum. Statum rei publicæ Romanæ luxus, avaritia, ceteraque vitia, quæ una cum divitiis peregrinis immigraverant, in dies ma-

gis labefactarunt, et mirum in modum concussere primum Gracchanæ, Drusianæ, Apuleianæ, aliæque seditiones tribunitiæ, mox bella civilia, proscriptiones, dictaturæ perpetuæ, et triumviratus. Mores enim, antea sensim paulatimque lapsi, cœperunt præcipites ire, et abundantes divitiæ atque voluptates pepererunt desiderium, per ambitionem atque potentiam audendi perdendique omnia; donec ad ea perventum est tempora, quibus perditi atque profligati homines non amplius vel vitia sua, vel remedia, quæ morbo quidem adhibebantur, sed salutem minuebant, pati poterant, aut ferre libertatem, quæ, cùm a Cæsariano inde Pompeianoque bello ad pugnam Actiacam vel septimum Augusti consulatum velut moriens reluctata esset dominatui, tandem ei cedere coacta est. Romani cives, qui olim, quamdiu adhuc parsimoniæ paupertatique honos steterat, disciplinam severam, inopem duramque vitam, justitiam aliasque virtutes coluerant, inde a Sullana ætate opum et coacervandarum et profundendarum inexplebili atque insana cupiditate ardebant; mulieresque non minus turpiter vivebant quam viri. Censura non satis severa erat aut efficax, et institutio liberorum perversa, hominibus sæpe vilissimis turpissimisque tradita et a parentibus vel plane neglecta vel pravis vitiorum exemplis corrupta. Cicero non uno loco deplorat summam, in quam prima ætas sua incidisset, perturbationem disciplinæ veteris, tam publicæ quam privatæ, cum qua rem publicam potentiamque Romanorum et stetisse et cecidisse sapientissimi viri judicarunt, et in Orat. pro Cœlio c. 17. continentiam dicit aliasque Camillorum, Fabriciorum, Curiorumque virtutes non solum non in moribus hujus ævi, sed vix jam in libris reperiri; chartas quoque, quæ illam pristinam severitatem continuerint, obsolevisse. Exemplum deinde Augusti, principis magnifici et luxuriosi, maxime vero Mæcenatis, hominis otio ac mollitiis pæne ultra fœminam fluentis, (Vellei. II. 88. Juvenal. I. 66. XII. 39.) opes immensæ, ex provinciis Romam confluentes, securitas ac quies imperii, tam diutinis procellis ac turbulentis tempestatibus vexati, exiguas simplicitatis, magnitudinis animi, aliarumque virtutum morumque veterum reliquias extingue-

bant, animosque omnium pronos reddebant ad luxuriam, effœminatum languorem, et libidines, quæ consiliis Imperatoris novoque civitatis statui quam maxime congruebant, mentem vero abalienabant a studiis severioribus, ejusque vires frangebant. Idem Augustus, ut animos civium a sensu libertatis amissæ et diligenti mutatæ rei publicæ consideratione avocaret, ipse autem potentiæ securus esset, callido Mæcenatis consilio, servata externa civitatis forma, relictisque omnium magistratuum veterum nominibus, commodis, honoribus, omnem ad se trahebat potestatem, et plebem tam congiariorum, quam spectaculorum, munerum, ludorumque assiduitate, varietate, et magnificentia in turpem inertiam atque torpedinem resolvebat; homines autem sanioris mentis tum beneficiis honoribusque sibi devinciebat, tum ad studia excitabat artium literarumque, quarum amorem inani laudis cupiditate ductus simulabat. Magna rerum mutatio novam loquendi, cogitandi, et agendi rationem inducebat, et in locum liberæ vocis, olim vel scriptis expressæ, vel toties in concionibus, curiis, foro, et rostris auditæ, nunc succedebat oratio adulatorum, calumniatorum, et servorum, qui se totos ad domini arbitrium nutumque fingebant. Hinc vera eloquentia Cicerone necato obmutescebat, et poëtæ tantum non omnes erant imitatores servum pecus. Nihilo tamen secius sæculum Augusti multo melius feliciusque erat extremis liberæ rei publicæ temporibus. Princeps imperio quietem atque dignitatem, civibusque securam bonorum possessionem reddebat, et multa vitia severe coërcebat legibus saluberrimis. Ipse etiam, quamvis in adolescentia dedecorum quorundam et in triumviratu sævitiæ infamiam subierat, postea magnis virtutibus pensabat vitia, et clemens erat dominus ac patronus, amicus comis ac fidelis, bonus paterfamilias et Imperator, neque Patris patriæ nomine indignus. Idem artes scientiasque fovebat, et cives ad virtutem si non colendam, certe simulandam, præmiis pœnisque incitabat. Decor itaque et honestas, judicium et sensus veri, boni, ac pulchri, nondum plane extincta erant, et acuebantur literarum Græcarum studio, quod adhuc vigebat.

Hac ætate (ab a. U. c. 689. ad a. 746.) vixit HORATIUS, homo hilaris ac suavis, comis et humanus, urbanus et facetus, levis et Veneri Bacchoque non minus quam Musis carus, fidus et candidus, gratus et officiosus, ingeniosus et doctus, patre nec ingenuo nec claro, sed bono et honesto, assiduo morum filii custode et rectore, virtutumque et præceptore et exemplo, natus, (v. Sat. I. 4. 105. sq. 6. 65. sq.) præclara præditus indole, artibus imbutus liberalibus et honestis, familiaritate Græcorum et multo rerum usu subactus, elegantissimorum summorumque virorum consuetudine politus, gratia Cæsaris principumque civitatis florens ac tutus, non assectator eorum vel assentator humilis et mancipium, nulla philosophiæ disciplina astrictus, sed modo ex Zenonis, modo ex Epicuri hortis flores decerpens, privatam virtutem, cum nulla amplius publica esset, colens ac præcipiens, fractis Bruti Cassiique opibus et summa rerum ad unum senatus populique consensu delata, cedens fortunæ et vitam liberam, commodam, nullis vel curarum vel negotiorum publicorum molestiis vexatam, otium liberale securamque mediocritatem sectans, animo, paupertate, et gloriæ amore ad carmina facienda impulsus.

Post Augustum valde mutabatur rerum status, et libidines vitiaque, pudore et legibus adhuc refrænata, aut clam magis quam palam exercita, vinculis ruptis effuso ferebantur cursu, et vel publica auctoritate exemplisque Cæsarum muniebantur. Pessimi imperatores erant *Tiberius*, homo ad sævitiam et omne genus vitiorum, quæ vivis Augusto et Germanico Cæsare metu dissimilaverat, natura propensus, qui comitiis populo ademtis, castris prætorianis extra Urbem extructis, et institutis judiciis majestatis delationibusque, quibus maxime innocentes ab eo ceterisque tyrannis opprimebantur, dominationem firmabat; *Caius Caligula*, monstrum hominis, cum ratione insaniens; *Claudius*, ingenio præditus tardo, et uxoribus libertisque addictus; *Nero*, sceleribus non minus infamis, quam ineptiis; *Galba* avarus; *Otho* mollis et delicatus; *Vitellius* sævus, ignavus, et non profundæ modo, sed intempestivæ etiam ac sordidæ gulæ. Quo occiso res publica ex tanta quasi fluctuum jactatione

in tranquillum quidem redigebatur frugalitate *Vespasiani* et liberalitate *Titi*, amoris atque deliciarum generis humani; sed mox avaritia et crudelitate *Domitiani* iterum profligabatur, neque ferre poterat munificentiam et mansuetudinem *Nervæ*, quæ contemtui habebantur. Nova ei lux affulgere cœpit inde ab a. U. c. 850. regnantibus *Trajano* et *Hadriano*. Ille libertatem ac salutem, securitatem atque otium universis et singulis reddebat, et imperium tam bene et clementer administrabat, ut senatus decreto et consentiente omnium voce *Optimus* appellaretur: hic legibus civitatem condebat, provincias et literatos liberalitate sublevabat, judicia, rem militarem disciplinamque diligentissime constituebat. In illo temporum rerumque statu, ante Vespasianum et Nervam, vix umbra vel frugalitatis, pudoris, magnitudinis animi, aliarumque virtutum pristinarum, quibus nec honor nec pretium erat ullum, vel metus legum, libertatis, atque religionis relinquebatur, et vigebant omnia vitiorum genera, nec minus prorupta audacia Deorumque contemtus, quam servile obsequium et anilis superstitio. Honores non virtutibus meritisque patebant, sed vel divitiis et nobilitati, vel sordibus artibusque inhonestis. A studiis severioribus plane abhorrebant hominum ingenia; cum luxuria atque libidines non corporis tantum, sed animi etiam vires vigoremque omnem extinguerent. Qui philosophorum nomen et munus profitebantur, si Senecam et Cornutum, Stoicos, aliosque admodum paucos exceperis, vel voluptatum illecebris capti Aristippi et Epicuri, vel disputandi tantum cupiditate ducti Academiæ disciplinam sectabantur, vel sola vanæ ostentationis causa Stoicorum præcepta et gravitatem, non vita et moribus, sed verbis, barba, supercilio, vestitu, et victus asperitate exprimebant, vel denique nulli sectæ addicti, apum instar, quæ arriderent, undique delibabant. Eloquentia, libertate primum et deinde comitiis populi a Tiberio sublatis mutatisque moribus ac studiis, a lumine forensi, et causarum tam veritate quam gravitate, ad judicia centumvirorum, ad adulatorios panegyricos in senatu habendos, et ad scholarum umbram fictarumque causarum simulacra traducebatur, et

sic omnis oratio a naturali pulchritudine ac veritate, a simplicitate, gravitate, et sublimitate, ad rhetorum subtiles argutias et puerilem in dicendo ornatum, ad quæsitam quandam elegantiam et verborum luxuriem, robore nervisque destitutam, ad inanem doctrinæ ostentationem affectationemque artis deflectebat. Poëtica oratio, vis, et facultas a natura, ingenio, rectoque judicio, a quibus tota pendet, ad artem et præcepta, quæ sine illis parum valent, quæque sensum verum ac pulchrum, acrem et acutum, alere quidem et regere, non vero in illis, quibus a natura denegatus est, gignere et excitare possunt, jam exeunte sæculo Augusteo devertebat, et exinde magis vana eruditione atque Asiatico tumore vel jejunitate, ornatus verborum phrasiumque aucupio et variatione, servili imitatione aliorum et frigida sermonis ubertate, transitionum audacia et inversionum duritie, dialectico sententiarum acumine rerumque obscuritate et amplificatione, comparationum, figurarum, troporumque multitudine et insolentia, verborum vel antiquorum obsoletorumque sectatione, vel vulgarium perplexa structura, declamatoria vanitate, et prolixis sine succo ac sanguine disputationibus, quam naturæ simplicitate ac venustate, genuino urbanitatis veritatisque colore, nullo fuco illito, ingenii ubertate atque elegantia quadam admirabili, inventionis pulchritudine ac novitate, imaginum veritate et proprietate sententiarum ac verborum, argumenti exquisito delectu et scita tractatione, apta serie et collocatione rerum et orationis ad eas accommodatione continebatur. Hæc corrupti sermonis indoles, hæc oratorum poëtarumque oratio, consentanea erat genio illius ævi, quo homines in dies magis a natura recedebant, eorumque ingenia non amplius diligenti Græcorum lectione et accurata humanæ naturæ rerumque cognitione alebantur, sed grammaticorum rhetorumque, stolidorum plerumque inanis doctrinæ ostentatorum, institutione præpostera, et assidua declamandi recitandique consuetudine formabantur.[3]

NOTÆ

3 Digna sunt quæ juvenum causa ascribantur verba Petronii Sat. pr. ' Num alio genere furiarum declamatores inquietantur, qui clamant: Hæc

His temporibus vixere PERSIUS, qui annos vix duodetriginta natus obiit nono imperio Neronis anno, et JUVENALIS, qui octogenarius ab Hadriano in Ægyptum missus et paulo post mortuus est. Ille Volaterris in Etruria nobili genere natus, opibusque magnis innutritus, postea Romæ disciplina usus est Palæmonis primum grammatici et Verginii Rufi rhetoris, ab anno autem ætatis decimo sexto Annæi Cornuti philosophi Stoici, cujus lateri adhæsit perpetuo. Fuit verecundiæ virginalis, (si Suetonio vel auctori vitæ ejus fides habenda) mentis generosæ et ad severitatem pronioris, morum sanctissimorum, uni æquus virtuti et constans vitiorum hostis, sed felicior forte Zenonis et Chrysippi, quam Lucilii et Horatii imitator. Satiræ ejus non, ut Horatianæ, mox in vulgus edebantur, sed singulæ amicis tantum, quibus eadem erat mens, et de quorum fide ipsi constabat, Cornuto, Basso, Plotio Macrino et aliis, innotescebant, et omnes eo demum mortuo divulgabantur, quam ob causam libere poterat scribere, quicquid indignatio dictaret. Juvenalis nulli,

NOTÆ

vulnera pro libertate publica excepi, hunc oculum pro vobis impendi—Hæc ipsa tolerabilia essent, si ad eloquentiam ituris viam facerent: nunc et rerum tumore, et sententiarum vanissimo strepitu hoc tantum proficiunt, ut, cum in forum venerint, putent se in alium terrarum orbem delatos. Et ideo ego adolescentulos existimo in scholis stultissimos fieri, quia nihil ex iis, quæ in usu habemus, aut audiunt, aut vident; sed piratas cum catenis in littore stantes, et tyrannos edicta scribentes, quibus imperent filiis, ut patrum suorum capita præcidant; sed responsa in pestilentia data, ut virgines tres aut plures immolentur; sed mellitos verborum globulos, et omnia dicta factaque quasi papavere et sesamo sparsa. Qui inter hæc nutriuntur, non magis sapere possunt, quam bene olere, qui in culina habitant. Pace vestra liceat dixisse, primi omnium eloquentiam perdidistis. Levibus enim atque inanibus sonis ludibria quædam excitando effecistis, ut corpus orationis enervaretur et caderet. Nondum juvenes declamationibus conterebantur, cum Sophocles aut Euripides invenerunt verba, quibus deberent loqui. Nondum umbraticus doctor ingenia deleverat, cum Pindarus novemque Lyrici Homericis versibus canere timuerunt. Et ne poëtas quidem ad testimonium citem, certe neque Platona, neque Demosthenem ad hoc genus exercitationis accessisse video. Grandis, et, ut ita dicam, pudica oratio non est maculosa nec turgida, sed naturali pulchritudine exsurgit. Nuper ventosa isthæc et enormis loquacitas Athenas ex Asia commigravit, animosque juvenum ad magna sur-

ut Horatius, philosophorum sectæ fuit addictus,[4] nec inferior ingenio, ac superior forsan exquisita rerum cognitione atque doctrina, sed affectator nonnunquam artis, quam diu diligenterque in rhetorum scholis exercuerat. Idem non funesta tantum rei publicæ tempora vidit, sed felicia quoque, quibus ea ex diuturno quasi morbo a Vespasiano primum ac Tito, et deinde a Nerva, Trajano, et Hadriano, remediis interdum vehementioribus recreata, omnibus fere partibus convaluit: unde satiras quoque, quas juvenis scripserat, et diu ne modico quidem auditorio committere ausus erat, tum in vulgus tuto edere, tum politius limare potuit.

Ex his, quæ de temporibus, ingeniis, studiis moribusque Horatii, Persii, et Juvenalis diximus, facile vel colligi vel explicari possunt virtutes et vitia eorum, tam communia quam cuivis propria, quæ nunc eadem brevitate recensebimus.

Triumviris quidem illis consilium commune erat cum omnibus poëtis satiricis: et docere et delectare, moresque hominum tanquam in picta tabula adumbrare, sed varia ratione, pro temporum ingeniorumque diversitate, conabantur. Nam Augusti ætate, rebus adhuc lætis et imperio legibusque vigentibus, ridere licebat; Neronis vero et Domitiani temporibus, cum omnia pessum irent, vitiaque in præcipiti jam starent et acribus aut violentis egerent remediis, (v. Juvenal. I. 45. sq. 63. sq. 73. sq. 147. sq. II. 25. sq. 121. sq. 162. sq. III. 150. sq.) risu parum proficiebatur, et probi sapientisque hominis mens angebatur dolore, qui diu alteque pressus ad indignationem et iram exardescebat. Præterea Horatii ingenium elegantissimorum principumque virorum familiaritate subactum, et ad hilaritatem propensius erat quam ad gravitatem. Idem quoque censo-

NOTÆ

gentes veluti pestilenti quodam sidere afflavit, simulque corrupta eloquentiæ regula stetit et obmutuit. Quis postea ad summam Thucydidis, quis Hyperidis ad famam processit? Ac ne carmen quidem sani coloris enituit; sed omnia quasi eodem cibo pasta non potuerunt usque ad senectutem canescere' cet.

4 V. Horat. Epist. I. 1. 13. sq. et Juvenal. XIII. 121. sq.

riam forte acerbitatem ipse reformidabat; et vario rerum usu intimaque naturæ humanæ cognitione imbutus didicerat, tum erroribus et animi vel levitate vel infirmitate plura, quam ejus pravitate, gigni vitia, tum facilia remedia sæpe salubriora esse et efficaciora vehementibus, tum satius esse, tempori servire, et mores hominum humaniter patienterque ferre, quam nimis acrem eorum animadversorem judicemque severum esse, et sic potius se stultis, quam hos aliis deridendos propinare. (Cf. ej. Sat. I. 10. 7-15.) Quæ cum ita essent, Horatius non tam vitia notat, quæ publice adhuc coërcebantur, quam stultitiam et errores humanos, qui pœnis non tenentur. Neque id potissimum agit, ut hominibus hujus ævi vel ruborem eliciat, vel vitæ officiorumque præcepta subtiliter graviterve inculcet, quam ut eos scita, venusta ac jucunda ratione convincat, ipsos non tales esse, quales videri cupiant, neque iis, qui sapiant, imponere posse vel fraudem facere.[5] Hinc etiam stultos fere et ineptos homines, velut aliud agens, ridet, malos vero pugione magis pungit aut stringit, quam alte vulnerat. Quin, ut

NOTÆ

5 'Vitia immania notare suum non erat, sed philosophiam illam, quam non doctorum formulis, sed multa rerum experientia sibi comparaverat, et quæ in omnibus vitæ partibus plus utilitatis habet, quam omnium philosophorum scrinia, cum aliis voluit communicare, præceptaque sua in hominum animos cum eorum voluptate inducere: voluit docere, instruere, errores, quibus animi opprimerentur, evellere, opiniones hominum pravas et temere acceptas tollere, aut emendare, rationem, qua optime, secure, tranquille, honeste et cum voluptate vivere possis, ostendere, et hæc omnia ita, ut nulla magistri severitate, nullo philosophi supercilio, nulla docti cujusdam ostentatione offendereris, sed ut amico ludenti, aut potius veritati ipsi, habitu cultuque simplici et amœno, multa cum urbanitate loquenti, operam dare tibi videreris. Ex hoc consilio et ratione, qua id persecutus sit, si eum judicaveris, palmam sane omnibus, qui in hoc genere eum secuti sunt, præripiet, non quidem Juvenali, qui aliud et plane diversum consilium alia et diversa ratione persecutus est. Non magis verum illud videtur: Horatianam rationem, ridendo scilicet errores corrigere, meliorem esse, quam qua Juvenalis usus sit, ut in invidiam vitia adduceret indignationemque moveret, sed Horatium, quod sibi proposuerit, non tam bene assecutum esse, quam Juvenalem, qui feliciori successu in suo genere usus sit; illum nempe raro risum movere potuisse, hunc semper indignationem excitasse.' Ita judicat Kœnig de Sat. Rom. p. 62.

majorem sibi justioremque alios carpendi libertatem vindicet, sibi ipse non parcit, nec melior, quam est, videri cupit.[6] —Persius errores ad Stoicorum placita, vitiaque ad rigidæ virtutis regulas exigit, et vel juveniliter ac generose ardet, vel morose atram bilem effundit.—Juvenalis sive graviter præcipit virtutem et severi monitoris partes agit, sive, ira et indignatione inflammatus, in ipsa plerumque vitia invehitur, vel scutica cædens, vel tollens cachinnum.[7] Acrimoniam vero Archilochiam sæpe temperat risu, et gravitatem comitate condit. Virus quoque acerbitatis in primis potissimum satiris evomit; in iis, quæ viri ætate provectioris maturiorisque ingenii fœtus videri possunt, iræ æstus fere deferbuit et frigori cessit declamationis: in his etiam rarius singuli, et dente minus maledico acutoque carpuntur, ut in Horatii epistolis.

Persius præcepta ac tela tantum non omnia ex porticu petit et schola: Horatius et Juvenalis ex philosophia vera et populari, quæ ex multa rerum experientia atque interiore generis ingeniique humani cognitione hausta est, et ad præsentem vel animi sensum, vel rerum conditionem, vel indolem argumenti se et judicia sua componit. Ille cæco vitæ ac disciplinæ Stoicorum amore captus non videt, quid in hac vel illa displicere possit: his philosophorum, præcipue Stoicorum Cynicorumque, mores, habitus, paradoxa, argutiæ, arrogantia, dissimilatio aliaque vitia largam ridendi irascendique materiam præbent.[8] Illius argumentatio est subtilis et acuta, nec alte in animum descendens, horum simplex, ad uniuscujusque captum usum-

NOTÆ

6 V. Wieland ad Horat. Sat. II. 3. et 7.

7 'Cum inter eos homines viveret, quorum animi vitiorum diuturnitate callum jam duxerant, ingeniaque obtusa erant luxuria: urbanitate et facetiis, quæ Horatium nobilitaverant, jocisque subtilibus et acutis vix poterat uti. Accedit, quod is, quem indignatio, ex sceleribus, improbitate, et turpitudine orta, instigat, nihil potest suspenso brachio notare, nihil facete illudere; in summam invidiam contra adducit, quæ vituperanda sunt, et risus lenis et jucundus, quo ab animi permotione liber usus fuisset, nunc in cachinnum abit.' Kœnig l. l. p. 87.

8 V. Juven. Sat. II. Wieland ad Hor. Sat. I. 3. et Manso l. l. p. 409. sq.

que accommodata, ab ipsa veritate suggesta, menti penitus infixa hærens, et eam suaviter afficiens. Horatii præterea philosophia est illa vitæ, quæ docet, potentiam, divitias, externum splendorem, et vulgaria hominum studia contemnere ac deridere, nil admirari, h. e. valde vel metuere vel cupere, tranquillitatem mentis, otium et mediocritatem securam hominis, non in aula, sed in recessu libere ac sibi viventis, summorum bonorum loco putare, rebus suis, etiam exiguis, contentum esse, præsentibus læte frui, non solicitum de futuris, vel externis obnoxium esse, neque extra, sed intra se veram quærere felicitatem, fortunam a Deo petere et a se ipso sumere sapientiam animique æquitatem.

Horatius, ut lectores et suavius afficeret et vehementius, multis satiris vel epistolarum vel dramatici carminis formam induit. Utramque rationem secuti sunt Persius et Juvenalis. Sed, ut taceam, ab his unam tantum alteramque sententiam et argumenti partem, nunquam vero illud totum in drama et actionem converti, Persii dialogus poëticæ similior est figuræ, quam, ut Horatianus, vividæ rerum repræsentationi, quæ magna sententiarum varietate, gratia ac novitate, ingenioso personarum delectu, et insigni earum cogitandi loquendique proprietate, mirifice delectat.[9] Juvenalis sæpius docentis aut declamantis partes sustinet, quam alios colloquentes inducit: hujus tamen artis Horatianæ defectum compensat vividis rerum imaginibus, sententiarum veritate et gravitate, dictionisque proprietate.— Ab iisdem poëtis, sed a Persio et Juvenale sæpius, quam ab Horatio, induci solent adversarii, ne ficto quidem nomine insigniti. Quæ ars non est, quod nobis displiceat: nam pulchrior est imago et efficacior, quæ personis animatur. Enimvero multa occurrunt loca, in quibus non satis manifestus est dialogus, et in dubio positum, utrum verba, quæ leguntur, sint adversarii aliquid opponentis, an poëtæ ironice loquentis.—Quod ad epistolas attinet, Horatianæ maxime

NOTÆ

9 V. Wieland ad Horat. Sat. II. 2. 3. 4. et 5.

excellunt urbanitate, argumenti præstantia et eximia arte, qua easdem sæpe res varia ratione tractat, lectores diversis excursibus observationibusque vel delectat vel docet, utile dulci miscens, sensus suos sive tectius expromit sive liberius, et eos, ad quos scribit, laudat vel carpit, et hortatur vel dehortatur. Idem Horatius satiras epistolasque notissimis plerumque et clarissimis inscripsit viris, Persius et Juvenalis ignotis fere et obscuris. Illud plurimum facit ad fidem et auctoritatem augendam; hoc vero temporum diversitati tribuendum est, neque poëtis vitio dandum. Multi præterea homines, nominibus tantum noti, eorumque stultitia aut turpitudo, a triumviris illis uno fere alteroque verbo, a Juvenale vero passim copiosius notantur. Hac ratione nonnunquam vis satirica minuitur; illa tenebræ multis obducuntur locis, ad quorum sententiam penitus perspiciendam plurimum refert, bene nosse homines ac res, de quibus agitur. Obscuritas tamen hæc, ex ignorantia multarum rerum, ad quas latenter alluditur, profecta, omnibus poëtis satiricis est communis, neque vitio iis vertenda, quippe qui suis potissimum popularibus scribunt, quibus multa sunt notissima, quæ nos ignoramus.[10]

Præter dramaticæ compositionis artificium etiam aliud, idque non minus ingeniosum gratumque, Horatio pæne proprium est in rerum inventione ac dispositione, etsi magis

NOTÆ

10 'Jam e satiricis nostratibus, qui Romanos passim secuti sunt, quique, cum de rebus loquantur quotidiano usu tritis, faciliores intellectu nobis sint necesse est, conjectura possumus assequi, quam multa in Horatio non solum, verum etiam in reliquis occurrant, quæ, etsi animum nostrum in nullam partem nunc quidem moveant, in popularium mentes magna vi egerint, siquidem in ipsis verbis, quæ adhibentur, in eorum flexu et collocatione aliqua vis latere possit, quæ, cum rerum, ad quas tecte allusum sit, ignari fuerint, vel veterum grammaticorum sagacitatem, nedum acumen recentiorum interpretum, qui sæpe tamen plus viderunt quam veteres, penitus prætererit. Quid? quod in nonnullis locis plus sensu, non illo quidem satis explicato, percipere nobis videmur, quam verbis declarare possumus. Quibus tamen rebus indagandis, si in antiquis monimentis nihil sit, quo nitaris, non magnopere indulgendum censeo, ne in ineptiarum et somniorum campum, in omnes partes late patentem, phantasiæ impetu deducaris, unde exitus haud est in facili.' Kœnig de Sat. Rom. p. 95.

negligentia, quam ars esse videatur. Plerumque enim idonea occasione, a tempore aliquo, vel loco, vel personis, vel cura et cogitatione, in qua versatur, suppeditata, et dissimilata ridendi castigandique voluntate, obliquis orationibus et velut longe aliud agens, errores ac vitia carpit, res varias et sponte subministratas persequitur, missilia inopinato spargit, imprudentes adoritur ex insidiis, subitos obliquosque dat ictus, amœna loca negligenter ac libero cursu pervagatur, sæpe de via declinat, quam modo inierat, et vel certum finem consiliumque haud sequi videtur, vel ad metam, si qua ei est, longis ambagibus flexibusque diversis lente contendit, ita ut plurimæ ejus satiræ imaginem exhibeant ambulationis, in qua quælibet loca devia ὡς ἐν παρόδῳ oculis perlustrantur, et omnis via est recta. Persius et Juvenalis nonnunquam quidem Horatium etiam hac in re imitati sunt, sed plerumque more philosophorum rhetorumque unam tantum thesin explicant, et recto itinere dirigunt cursum, quo contendunt, raro a via aberrantes: negligentia enim Horatiana, quæ in jocoso dicendi genere mirifice nos delectat, a graviore ac sublimi oratione aliena est. Illius satiræ sunt poëticæ pertractationes propositionis philosophicæ, hujus vero thematis rhetorici; doctæ quidem et interdum ingeniosæ, quæ tamen magis se commendant arte, qua singula pertractantur, quam poëtica inventione, qua prorsus carent illæ, in quibus varia tantum unius hominum generis vitia recensentur, v. c. mulierum in sexta satira Juvenalis.

In sententiarum nexu rerumque ordine et collocatione Horatius non modo negligentiam, eamque gratissimam, ostendit, sed summam quoque artem, quam tamen sedulo dissimilat. Tam naturali enim arctoque vinculo omnia constricta, tam mirifice alia ex aliis apta et nexa sunt, tanta facilitate oratio currit ac fluit, tam scite extrema cum primis et partes cum toto cohærent, ut sine insigni totius ordinis perturbatione vix quicquam vel transponi possit vel omitti, utque dubius sis, utrum singula casu ac sponte sint oblata, vel nata repente, et sine studio ac cura ceris mandata, an diligenter ante excussa et quæsita, vel præmeditata. Persii

contra oratio passim nos abrupto dicendi genere, audacibus et insolitis transitionibus, inversionibusque duris offendit, et sæpe ad aliena delabitur. Juvenalis singulas quidem partes magis declamatorio more ac ordine, accurate nonnunquam (v. c. in Sat. x.) prius designato, copulavit, et alias aliis subjunxit, quam nexu artificioso inter se implicuit, sed easdem summa cum arte velut in tabula depinxit et exornavit.

Descriptiones, similitudines et exempla Horatii ad summam fere rei spectant et delibant potiora, primis tantum ac præcipuis, ut in ichnographia, lineis ductis. Eadem aptissima sunt, et non vulgares modo res ac notiones, sed subtiles quoque et philosophicas, egregie illustrant, oculis sensibusque subjiciunt et confirmant. Persius in iis sæpe vel sectatur anxie minuta, vel aliena immiscet, et magis in partibus exornandis amplificandisque, quam summa rei declaranda, occupatus est. Juvenalis errorum scelerumque imagines ardentissimis plerumque fortissimisque coloribus adumbrat, et in his eximiam artem, in descriptionibus insignem rerum cognitionem, in exemplorum delectu ingenii aciem, in eorum copia exquisitam doctrinam, sed in figuris exornandis nimiam interdum curam ostendit: ita ad vivum resecat omnia, etiam turpissima, et nihil prætermittit, quod vel ad vividum odium, vel ad cachinnum commovendum valere queat.[11]

Horatii genus dicendi vulgare quidem et tenue, (*Musa pedestris* et *sermones per humum repentes* vocantur Sat. II. 6. 17. et Epist. II. 1. 250.) sed tersum, naturale, elegans, purum, rebus ad vitæ communis usum et consuetudinem pertinentibus aptissimum, fluens æquabiliter, præ se ferens feli-

NOTÆ

11 'Multæ occurrunt descriptiones apud Juvenalem ingeniosæ et varii generis, I. 117. sqq. III. 69. sqq. 86. sqq. V. 52. sqq. 100. sqq. 132. sqq. VI. pr. IX. 12. sqq. 40. sqq. XIII. 209. sqq. XIV. 288. sqq. multa ad indignationem movendam comparata, I. 37. sq. 158. sq. II. 126. sq. III. 67. sq. 154. sq. 184. sq. V. 16. sq. 39. sq. quid gravius illis! I. 47. sq. 99. sq. III. 116. sq. quid contemtui accommodatius V. 170. sqq. XIII. 150. sqq.' Kœnig l. l. p. 92.

cissimam facilitatem, et inexplicabili quadam venustate, gratia, et simplicitate conspicuum: Persii grande, tropis refertum, artificiosum, vehemens, minutum, aridum, concisum, durum nonnunquam et sæpe obscurum: Juvenalis doctum, acre, copiosum, pro rerum diversitate varium, et hinc modo facetum, modo grave, modo sublime, modo remissius, at nunquam humile.[12] Horatii versus fluunt illaborati et sine arte ac studio scripti videntur, Persii vero et Juvenalis majore cura expoliti, numerosiores et concinniores sunt.

NOTÆ

12 Kœnig l. l. p. 96. 'In Persio,' inquit, 'et Juvenale, quo longius a vulgari consuetudine dicendi recedunt, eo magis verborum exquisita ratio et delectus in oculos incurrit. Et ille quidem iræ et indignationi tantum tribuit, ut sæpe, cum gravissima quæque aucuparetur, ad tropos delatus sit, tam longe petitos, ut rationem eorum ipse animo magis placido vix probasset, adeoque huic rei indulsit, ut vel pudoris sui, quem alias summa cum cura præstare studuit, modo vehementiam sensui suo ardenti consentaneam assequeretur, rationem habuerit nullam. Non tam impotens sui Juvenalis est, quamvis impetu feratur non minori, et sermonis ingenio raro vim infert, quamvis ipsis nominibus, quæ rebus imponit, aut in summam invidiam eas rapit, aut subsannationi acerrimæ exponit. Ac, quod rerum cognitionem summam, doctrinam non vulgarem, et studium in expoliendis suis satiris insumtum declarat, in ipsa verborum ubertate, quæ maxima est, nullum fere otiosum deprehendes, nullum non propria et singulari vi præditum, qua in illorum coacervatione vel plenior et significantior rei notio exprimitur, vel fortior et efficacior designatur.' Idem p. 88. 'Faciliori negotio artem Horatius, ut fecit, poterat dissimilare, cum rerum natura, in quibus versabatur, sermonem quotidianum non solum admitteret, verum etiam postularet. Altius insurgenti Juvenali vitiorum immanitas id non permisit: cothurno erat ei, ut in tragœdiis, incedendum, sermoque gravior ab epicis mutuandus, quo plerumque etiam apte, raro ambitiose et putide usus est. Quin ipsa loquendi ratio sublimis et verborum pompa, in rebus abjectis et insigniter turpibus adhibita, miram vim habet et efficacem ad animum lectoris vel ad odium invidiamque torquendum, vel ad eundem ipsa rerum vehementer inter se discrepantium copulatione risu concutiendum. Ad epicum sermonem pertinent locorum et temporum designationes, Sat. III. 25. 118. 299. sq. IV. 40. 60. V. 23. sq. VI. 83. X. 168. XIII. 40. sq. XIV. 240. sq. notiones rerum fortiter expressæ, ut sceleris conscii III. 49. similatoris II. 3. timiditatis XIV. 199. pubertatis XIV. 216. indignationis XIV. 325. sterilitatis V. 138. contemtus I. 131. tironis V. 153. calumniantis III. 122. cameræ sub tegulis III. 201. sq. somniantium III. 238. properantis V. 19. sq. pecuniæ XIII. 61. nobilitatis XIII. 241. cæcitatis XIII. 249. res in majus elatæ I. 12. III. 308. sq. IX. 54. sq. Nonnunquam ex illa ipsa epica ratione ridiculum nascitur III. 6. sqq. ubi ad pericula Urbis poëtæ recitantes adjunguntur.'

Horatio propria est venusta urbanitas et faceta illusio, Persio gravitas Stoica, Juvenali austeritas et sarcasmus Archilochius. Persius, qui et natura et institutione totus ad severitatem factus erat, non ridet, sed vel conviciatur, vel inscitos frigidosque immiscet jocos, etsi se profitetur *cachinnonem petulanti splene,* (Sat. I. 12.) et operam dedisse videtur, ut styli Luciliani nasum, vim, et inconditam asperitatem Horatiana venustate et elegantia temperaret. Juvenalis sales sæpe non minus urbani sunt et faceti, quam Horatiani, et nonnunquam per totam orationem fusi ac sparsi, (v. c. in Sat. IV. et dimidia Sat. XII.) plerumque vero vel amari et venenati, vel ad cachinnum, non risum movendum apti, vel obscœni. Lepidi ejus joci spectant præcipue ad vanitatem vel religionis vulgariumque de natura Deorum sententiarum, vel fabularum poëticarum, quarum deridendarum nullam prætermittit occasionem. Cf. Sat. I. 81. sqq. II. 31. 130. sqq. IV. 34. sq. VI. 59. IX. 63. sqq. X. 246. 314. XII. 23. XIII. 34-52. 76. sqq. 112. sqq. XIV. 261.

Horatii et Juvenalis satiræ redolent et spirant illam ingenii ubertatem et fœcunditatem, quæ vel ipsa novi quid parit, et intentata ab aliis tentat, vel inventa aliorum sua facit, ingeniosis non minus ingeniose utens, rudia autem et inchoata poliens, ornans, perficiens. Persius utraque prorsus fere destitutus erat: permulta Horatio accepta refert, et, si Cornuti aliorumque Stoicorum scripta ad ætatem nostram pervenissent, plura haud dubie vestigia, ab eo pressa, deprehenderemus.

Quod ad sententias attinet, Horatius facete, prudenter, callide, et amice suadet; Persius argute philosophatur, rerum pondera sæpe minutissimis sententiis frangens; Juvenalis vel graviter dissuadet, vel virus acerbitatis suæ evomit, at nonnunquam inanem artis doctrinæque ostentandæ cupiditatem prodit et friget, nimis sectans orationis luxuriem (v. c. Sat. IX. 102. sqq. X. 218. sq. XIII. 23. sqq. 34. sq. 40. sq. 62. sq. al.) et rhetorum argutias: quæ tamen acuta dicta valde admirabatur Scaliger.

Sententiis salubribus, ad vitam bene, honeste, feliciter at-

que jucunde agendam, et ad amorem virtutis vitiorumque odium gignendum pertinentibus, refertæ sunt tum poëtarum illorum satiræ, tum Horatii potissimum epistolæ, maturioris ingenii fœtus. Omnes istæ tum veritate, tum præstantia et utilitate quam maxime se commendant. Horatianæ tamen naturali quadam simplicitate, Persianæ rigore, acumine, et subtilitate, et, quas Juvenalis tradit, gravitate orationis insigniuntur. Ceterum propter horum præcipue præceptorum multitudinem et præstantiam satiricorum poëtarum lectionem utilissimam esse, vix est quod moneam. Ea profecto a poëtis comprehensa versibus multo magis et tenebunt delectabuntque lectorum animos, et diutius in memoria hærebunt, quam si ea ex ethico libro, vel tenuiter vel subtiliter scripto, perceperint, aut morum præceptorem ea docentem et explicantem audiverint. Dici autem vix potest, quantopere illis, memoriæ infixis et tempestive in eam revocatis, mens vel curis confecta confirmetur, vel ira aliisque affectibus turbata contineatur.

Ex his, quæ supra de Horatii, Persii, et Juvenalis satiris earumque virtutibus disputavimus, facile intelligitur, plurimum utilitatis ex earum lectione percipi posse, eamque non modo ad ingenium multiplici doctrina variarumque rerum cognitione excolendum, et mollius, suavius, facetiusque reddendum, ad judicium acuendum, ad sensum veri, pulchri, venusti, et honesti alendum, ad mentem admiratione ac voluptate perfundendam, ad mores tam Romanorum illius ævi, quam universe hominum penitus cognoscendos, ad venustam urbanitatem, naturalem simplicitatem, gravitatem, aliasque et orationis et vitæ artes discendas, ad diversam sermonis indolem percipiendam, sed etiam ad mores animosque fingendos, ad veram utilemque philosophiam vitæ, hujusque bene, suaviter, tranquille, secure transigendæ artem imbibendam, et ad amorem virtutum odiumque vitiorum, argumentis exemplisque propositis, inspirandum et concipiendum, maximam omnino vim habere. Satiræ horum poëtarum, et Horatii potissimum epistolæ, pulcherrimis locis, sententiis, imaginibus, et descriptionibus, præstantissimis

philosophiæ, morum, ac vitæ præceptis, diversis facetiarum et sermonis generibus, multarum rerum, scitu tam gratissimarum quam utilissimarum, copia, variisque orationis et poëseos artibus, in inveniendis, disponendis, connectendis, et ornandis rebus, in sententiarum ac verborum delectu, abundant; et dignæ omnino sunt, quæ ab unoquoque, qui non modo sapere plus quam plebs, sed honeste etiam et jucunde vivere cupit, diligenter ac studiose per totam vitam legantur. Quicquid autem vitii vel ætas vel auctorum institutio iis aspersit, facile poterit vitari non tantum a viris, quibus subactum est judicium et pectus sapientia munitum, sed etiam a juvenibus, modo non obtuso sint ingenio, aut idonei præceptoris ope et consiliis destituti. Levia quoque illa vitia tam magnis redemerunt virtutibus, et tanto plura habent, quæ laudes et admireris, quam quæ improbes vel potius ignoscas, ut ad nos adhuc hodie plus et voluptatis et utilitatis ex earum, quam ex aliorum librorum veterum, lectione redundet. Quantopere itaque eas Romanis, illo ævo viventibus, et placuisse et profuisse putabimus? Nam satirici poëtæ, qui mores describunt sæculi sui suorumque popularium et æqualium, horum quoque animos maxime percutiunt.

Quid vero? nonne nimium risus facetiarumque pretium est, si honestatis probitatisque impendio constant? Jam dudum enim audire mihi videor paulo rigidiores morum censores graviter obscœna illa, tanquam ea, quæ pudorem offendant et noceant morum castitati, damnantes, et Persium, qui ab iis, si quartam exceperis satiram, abstinuerit, Horatio propterea et Juvenali anteferentes. Verum enim vero salva res est, jamque multi causam famamque horum poëtarum propugnarunt,[13] et in his nuper Cl. Kœnig, (de Sat. Rom. p. 96. seq.) cujus verba nunc mea facere, et alio-

NOTÆ

13 De obscœnis multorum scriptorum locis passim disseruit Bayle in Dict. hist. crit. (vid. in ej. Ind. *Obscénitez*) copiose vero T. IV. p. 3007—3024. Edit. Rotterd. 1720. (T. III. p. 3159. sq. Ed. Rotterd. 1702.) in *Eclaircissement sur les Obscénitez.*

rum observationibus infra in notis adjectis firmare liceat, ne horum scrinia compilasse videar. Hæc autem sunt, quæ ille disputavit:

'Ab instituto meo non videtur alienum, paucis ea attingere, quæ multos graves viros, nimiumque in jocis religiosos, a Romanæ satiræ auctoribus legendis non tam solent deterrere, quam ad eos juventuti commendandos segniores reddere;[14] quæ contra interdum sola Latinorum poëtarum

NOTÆ

14 Hos ita refutavit Fr. Gottl. Barth. in Præfat. ad Propert. p. VI. sq. 'Serio credimus, etiam adolescentibus lectione librorum paulo licentius scriptorum (a quibus eos frustra retinere conamini, o boni! nituntur enim in vetitum) interdicendum non esse. Ac primo quidem fateor, mihi quodlibet antiquitatis fragmentum, quod e communi literarum naufragio servatum, et ad nostra tempora transmissum fuit, gratissimum omnique veneratione dignissimum videri. Id si sit ejusmodi, ut in rebus turpibus quantum quantum est, versetur, neque præterea quicquam efficiat aliud, quam pruritum libidinis ut excitet, adeoque juvenum animis certissimam per se pestem afferat, manum non verterim, si quis ejusmodi librum juvenibus eripiendum et quasi vi extorquendum clamet ac pertendat. Sed idem si liber in quibusdam modo locis bonis juvenum moribus officere posse videatur, præterea vero multa præclara, graviter, ornate, venusteque dicta contineat, quæ vel severissimi Catones legant, næ maxime et injurii talis in libri foremus auctorem, et juvenum rationibus pessime per nos consultum fuisse, quilibet opinionis præconceptæ vinculo non constrictus judicaret.—Sed fac etiam juvenes ejusmodi loca obscœna legere, hæc non erit nostra culpa. Neque enim aut ipsi illa scripsimus, aut commentariorum luce collustravimus. Poëta igitur ipse causam dicat suam, et se partim religione sua, partim moribus sæculi, quo vivebat, defendat; nobis, qui ejus interpretamur scripta, de eo quidem non adeo laborandum videtur. Neque tamen video, quid rerum cognitio turpium probo juveni virtutisque veræ amanti, detrimenti possit afferre, præsertim ab homine gentili, a veri Dei cultu alieno, percipienda. Nam mala quidem nosse, nec tamen ea probare, usque adeo vitiosum aut reprehendendum non est, ut potius is demum nomen ac dignitatem hominis virtute præditi sustinere tuerique mihi posse videatur, qui cuncta mala atque illecebras eorum omnes cognorit, et nihilo tamen secius recte facta honestatemque totis viribus animoque toto complectatur, ejusque se pulchritudine delectet unice *Virtutis veræ custos rigidusque satelles.* Ejusdem sententiæ fuit Janus Gebhardus, antiquior Propertii editor. Prætextatis verbis, inquit, non imbuendas aures juvenum esse dicunt, et recte: sed an horum lepidissimorum poëtarum genius tantum flagitii, tantum corruptelæ in lectorum animos admittat, nescio, et sane, Dei virtute dicam, non sensi. Utinam non obscœnioribus sæpius domi dictis tene-

studium delicatulis et mollibus, quos philosophorum gravitas dignitasque oratorum nunquam pellexisset, ad animum suum impurum pascendum excitaverunt, obscœna ex nostro sensu et turpia.—Ut omittam, ad judicium de poëta aliquo ejusque virtutibus ferendum, neque mores ejus, neque argumenti, quod tractaverit, rationem pertinere, non semper animo videtur obversatum, pleraque, a quibus cultior ætas abhorreat, rudiori, aut omnino remotiori, neque dictu neque factu turpia fuisse;[15] cumque turpia proprie vocentur, quæ

NOTÆ

riorum animi redurarentur, et, quod neque pictum neque fictum in poëmatis, audiretur, unde puerorum os, oculi, aures fœdissime inquinantur moresque pessum dantur.—Omnium historicorum atque oratorum monimenta a tactu atque oculis juventutis proscribenda sunt, si credunt, quando vitiorum turpitudines suis verbis exequuntur, talia in animos teneriores destillare, ibidemque contagium allinere. Ubicumque dulce est, inquit Arbiter, ibi et acidum invenies. Idcirco provida boni natura sensum fugiendi noxia omnibus animantibus indidit; hominibus quoque discernendi rationem. Poëtis nostris inspersa sunt quædam, quæ pravis mentibus adhærescant, generosos prætерlabantur. Confirmatus ad honesta animus verbum lasciviusculum facile transmittit.—Illa nunc ita toleranda sunt, ut bona confinio malorum discernamus; ita habenda et tractanda, ut nosmet innocentia tutemur. Præclare quoque nostram in rem Miltonus in *Paradise Lost* v. 117. sq. Evil into the mind of God or man May come and go, so unapprov'd, and leave No spot or blame behind. Conf. Heynius in Præfat. ad Tibullum, inpr. § 2. et 3. edit. pr. ubi ostendit, quale partim pretium hujusmodi poëtis, qui certe non sint lasciviores ac lubriciores Gressetis, Grecurtis, Chaulieuis, Lafaris Francogallicis poëtis, (ne quid de vernaculis nostris dicam) statuendum sit, partim vero etiam qui fructus ex iisdem legendis percipi possit.'

15 *Jani* de moribus Horatii, in edit. hujus poëtæ T. I. p. CIII. edit. pr. 'Si cogitemus,' inquit, 'quam dissoluta fuerit Horatianæ ætatis licentia; quam prorsus honestus et a vitii crimine liber fuerit amor peregrinarum et libertinarum; quam parum, certe ante legem Juliam latam, ipse puerorum amor sceleris habuerit; denique quam multæ et notiones et loquendi formæ eo tempore dignitatem et honestatem habuerint, quas postea politior usus, ut fit, respuit, et inter illiberales retulit: hæc si cogitemus, jam multum ex illo Horatii vituperio perire sentiamus. Loca et carmina Horatii, quæ nos hodie offendunt, eo tempore non ita offendebant; licet, quod nos hodie in verbis castiores sumus ac delicatiores, non sequatur, ut *ideo* et mores hodierni castiores sint. Accedit, quod dare possumus, Horatium hominem hilarem et suavem, præsertim in illa sæculi sui indole, ab amore non immunem fuisse, ejus philosophiam morum hac parte laxiorem fuisse, eum arsisse subinde libertina aliqua aut peregrina puella; neque tamen ideo desinet esse is vir magnus, bonus, et honestus. Nam

honestati contraria fiant, obscœna vero, quæ nauseam moveant, ad honestatis et decoris vim et significationem, quam singulæ ætates constitutam haberent, et ad politum sensuum judicium humanitatisque cultum, quo vel destituti essent homines vel excellerent, omnem de hac re disputationem esse referendam. Obscœnitatis enim et dedecoris vis et potestas hominibus, in agris sylvisque errantibus, nulla fere fuit; ea tantum, quæ palatum, oculos, nares male haberent, removebantur e conspectu. Congregatis vero hominibus et in societates collectis, matrimonioque constituto, verecundia tandem nata est et pudor, quo ab eorum, quæ remotis arbitris fierent, mentione vel abstinerent, vel vocabulis ea, a similitudine aliqua petitis, et circumlocutione quadam indicarent. Qua in re autem antiquior ætas fastidii tam delicati non erat, id quod ex multis verbis et dictionibus apud Homerum notum est, quibus ad amorem, familiaritatem, et consuetudinem utriusque sexus, nuptias, et furtiva gaudia designanda usus est. Quæ deinde verba a tragicis et lyricis, quasi auctoris præstantia obscœnitatem amisissent, dignitatemque aliquam vetustate essent nacta, magnam partem sine sensus exquisitioris et politioris offensione adhibita in vulgari quoque sermonis consuetudine retinebantur. Sed relictis aliis ad ea veniamus, quæ communia fuerunt Græcorum et Romanorum, unde multæ res et dictiones, quas turpes et obscœna nunc vocamus, in utrorumque factis et dictis, nisi honestæ ac laudabiles essent, tamen sine reprehensione et fierent, et dicerentur. Primum ipsa mythorum et sacrorum ratio, antiquissimis temporibus orta et constituta, multis, ut nunc quidem, lascivis et obscœnis, quæ religionis auctoritas quasi sanxerat, mentes et aures castissimas assuefecit. Deinde Græcis et Romanis, vel severioribus,

NOTÆ

nunquam amavit matronas aut ingenuas, nunquam, quod præclare Lessingius docuit, pueros amavit, et sic leges Romanas illasque naturæ nunquam violavit; potius graviter subinde in adulteria proprie dicta incestosque amores invehitur. Carmina etiam illius amatoria haud dubie sæpe lusus poëtici, ad hilaritatem facti, sæpe et e Græco poëta expressa sunt.'

cum vestimenta nullam fere corporis partem semper celarent, et in exercitationibus gymnicis omnia sæpe deponerentur, fœminæque ex gynæceis in virorum consuetudinem et cœtum raro venirent, ut pudori ipsarum fuisset consulendum: multa manserunt honesta, et sine honore præfando dicenda, quæ, vestimentorum immutata ratione, et verecundia in sequiorem sexum, qui nunc non minimam vitæ socialis partem constituit, ab ingenue et liberaliter institutis non usurpantur. Porro, quod caput mihi videtur, cum mores civium disciplina publica, majorum institutis et legibus maxime formarentur, iis autem legibus cives tantum tenerentur; multa, quæ turpia fuissent in cives commissa, in peregrinos concessa erant, de quibus igitur libere et aperte loqui nemo verebatur, præsertim in elegantiorum et delicatulorum circulis. Honestatis quidem, decoris, et pudoris vi magis exculta, ii, qui gravitati et dignitati studerent, a multis quidem dictis sibi temperarunt, quæ multitudinis levitati et petulantiæ semper probabantur, ut Periclis tempore Aristophanis joci impuri Atheniensibus, quibus honestatis præcepta Socrates tradiderat, quosque pulchri et decoris sensu Phidias imbuerat. Omnino autem inter liberales jocos lasciva quoque et ea habebantur, quorum mentio ingenue instituto nunc ruborem offunderet, quanquam a philosophorum disputationibus, historicorum gravitate, et usu forensi aliena, poëtis tamen in primis concessa; eaque ex illis sublata velle, aut vitio illis dare, absurdissimi fastidii arbitror. Quod si igitur Ovidio, Catullo, Martiali, reliquisque poëtis ea venia danda est, ab omnibus, qui in legendis priscorum monimentis mente et cogitatione eorum temporum, quibus quisque scripserit, rationem præsentem sibi fingere sciant, ut lascive interdum ludant, parumque pudice loquantur; quanto majorem excusationem satirici habent, qui in rerum turpitudine exagitanda, id, quod sibi proposuerunt, risu magis et joco, quam austeritate et severitate consequi queant. Omnia, quæ in Horatio obvia sunt, quæque obscœna et turpia nunc vocamus, ea cogitemus a vitæ elegantia lautiorum Romanorum nequaquam tunc abhorruisse, neque ingenuis et liberalibus

viris indigna fuisse existimata; nec ad sanctioris disciplinæ præcepta, quæ et literæ sacræ et emendatior philosophia nobis inculcant, ea revocemus, quæ liberior vivendi ratio Romanorum, pudoris legibus non tam astricta, tulerat. (Quapropter et ii, qui liberius vivendi genus poëtis Romanorum exprobraverunt, inique egisse videntur; nec sapientius ii, qui causa eorum suscepta, ex scriptis judicium de moribus alicujus faciendum non esse, perhibuerunt. Quæ enim ad honestatis rationem, tunc usu receptam et consuetudine, relata, bono viro et liberali indigna non erant, eorum exprobratio injusta est, et inepta defensio.) Juvenalis rerum turpitudinem verborum obscœnitate adeo de industria persequi videtur, ut facile appareat, id egisse poëtam, ut ab illis deterrimis libidinum generibus lectores absterrreret, sceleratos et abominandos homines in invidiam adduceret, gravissimamque infamiæ notam iis inureret.[16] Huic consilio

NOTÆ

16 Rigaltius in Diss. de Sat. Juven. 'Dicta Juvenalis,' inquit, 'sic accipienda sunt, tanquam profecta ab rigido veritatis cultore, qui naturam ducem secutus, Virtutem pro summo numine habebat, fucum et imposturas detestabatur. Dares illi alium ducem, illum scilicet veritatis auctorem, ipsiusque Naturæ dominum, cœlestissimi viri perfectam imaginem absolvisset. At scelera perpetuis tenebris damnanda prodit et exponit, ac pessimo exemplo aperit quæ reprehendit. Quin potius optimo exemplo scelera sic reprehendit, ut ea nemo non execretur; sic aperit, ut ea nemo non tenebris damnet. Quid faceret? scribebat sæculo Cæsarum flagitiis contaminatissimo, legibus una cum elisa magistratuum voce evanidis, Romana illa quondam virtute sopore pæne letali marcescente. Ergo quemadmodum lethargicis excitandis picem crudam, lanam succidam, cepas, galbanum, et similia tetros odores vomentia incendere, evocatisque sternutamentis cerebrum concutere medici jubent: sic admotis satirarum facibus fœtida ganearum gurgustia et obscœna prostibulorum lupanaria accendi, noctesque Neronianas illustrari profuit, ut inde excitata spurcities nares et cerebrum feriret; ac per hoc somniculosus ille marcor, qui Romanorum animos oppresserat, vehementi indignatione, tanquam sternutamento, discuteretur. Nam quod aliud fuisse dicemus consilium sanctissimorum Patrum, qui tot nefanda ac detestanda poëticæ theologiæ mysteria verbis etiam obscœnissimis aperuerunt? certo non minus pudeat legisse Nævolum, quam in quinta Arnobii disputatione ithyphallorum Græcorum originem. Plerumque autem quos ab rebus turpibus et flagitiosis nec præmia virtuti posita redemerant, nec pœnæ legibus irrogatæ deterruerant, ingens detectæ turpitudinis pudor revocavit; et Persarum fœdissimam fugam, quam nec disciplinæ militaris sacramentum,

quoque aptissimum fuit, si quid judico, illud nauseæ movendæ studium, quod in nonnullis locis elucere videtur,

NOTÆ

nec fortia majorum suorum exempla represserant, matronæ Persides peplos ipsæ sibi suos ab imo sustollentes, interrogantesque an illuc, unde ipsi fugacem pedem infantes extulerant, confugere vellent, objecto pudore in mediam persequentium aciem cum victoria converterunt. Itaque non inutile esse videtur rerum turpiter gestarum turpitudinem sic exprobrare narrando, ut pudorem de frontibus etiam impudentissimis exprimamus. Immo hoc potissimum quæritur, isto præsertim satirarum genere, quod morum imitationibus ac descriptionibus constat. Cf. Horat. Sat. I. 4. 2. sq. et II. 1. 62. sq. Quare mirari soleo, Plinium in historiæ naturalis opere mirabili ac plane divino sic esse opinatum, ut diceret, mira humani ingenii peste sanguinem et cædes condi annalibus, unde hominum scelera noscantur. Quasi cunctos ab historia dehortari voluerit, qui tamen pessimorum Principum, nec minus quidem ipsius Neronis res gestas libris XXXI. a fine Aufidii Bassi conscripserat, quos libros utinam nobis superiora sæcula non invidissent, et morem illum veterem, quem ad Pompeii M. tempora mansisse Cornelius Nepos tradidit, revocari placeret, historia non nisi ab honestissimo quoque scriberetur: sic enim ad exemplorum fidem accederet eximia scribentis auctoritas, magnum utique rerum gestarum narrationi pondus additura. Id autem eo libentius hic commemoro, quod ut historiam ab honestissimo scribi, sic et morum satiram ab optimo quoque componi addecet; ne aut historia servili mendacio inquinata vanescere incipiat, aut satira in sceleratam auctoris conscientiam retorta prorsus hebescat. Quisquis igitur historicus appellari meruit, res honestas et turpes uti quæque gestæ sunt exponit; rectene an secus gestæ sint, curæ esse suæ vix putat, cum is sit qui ab Aristotele dicitur *μέσος καὶ αὐθέκαστος*. Satirarum scriptor censuram agit etiam cum narrat; etenim instat ut accusator, disquirit ut judex, castigat ut vindex. Est autem communis historiæ satiræque *παῤῥησία*, qua cavetur, ne quid illa veri dicere non audeat, neve quid ista probrosi carpere et notare formidet. Itaque cum ex rerum gestarum cognitione pravorumque morum correctione habeant homines, unde prudentiores ac meliores fiant; utrumque autem ab historia et satira jucundissime conficiatur: non usquequaque perperam fecisse videntur, qui ingeniis una cum imperio Romano senescentibus, cum jam libros animo fastidiente male singulos tangerent, adeoque doctrinas ut venena detestarentur, Juvenalem et Marium Maximum curatiore studio, ut inquit Ammianus Marcellinus, lectitabant, nulla volumina præter hæc in profundo otio contrectantes: nempe segnitiæ suæ delicias faciebant, existimabantque ingentem scriptorum turbam negligi impune atque insuper haberi, dum esset unde et moribus depravatissimis extrema remedia, et temporibus difficillimis exempla convenientissima suppeterent. Nunquam enim mihi persuaderi patiar, Ammianum hæc ideo notasse, ut Juvenalis aut Maximi lectionem inter rerum publicarum corruptelas poneret, cum ipse, quoties philosophum agit, non pauca commutatis tantum syllabis ex Juvenale transcribat: de quo etiam hoc omni as-

quanquam in literis et artibus elegantioribus huic studio aqua et igni interdictum a viris doctissimis video. Ceterum e scholis quidem explicatio istorum locorum, quæ in editt. in usum Delphini e textu tam inepte resecata, quam stulte et imprudenter collecta et ad calcem adjuncta sunt, (v. inf. Ind. Editt. ad a. 1684.) nisi cum gravitate institui possit, omittenda est; quanquam existimo, ea teneris juvenum animis non tam pestifera esse, quam quorumdam poëtarum nostræ ætatis deliciæ et elegantiæ, quibus res turpes et ab honestate remotissimæ vel liberali et ingenua facie induantur, vel verborum et sententiarum venere et illecebris commendentur. Etenim, ut maxime tecte et ambigue ea enunciando verecundiæ et pudori consultum videtur, ita facillime animis castis iisque improvidis se insinuant, libidines excitant, castitati altissima vulnera infligunt, et corporis ingeniique vires frangunt et debilitant.'

TESTIMONIA ANTIQUA DE JUVENALE.

M. VALERIUS MARTIALIS EPIGR. VII. 24.

CUM Juvenale meo quæ me committere tentas,
  Quid non audebis perfida lingua loqui?

NOTÆ

severatione affirmetur, et ipsæ sedecim satiræ clamant, adeo pertinaciter vitiis infensum fuisse, ut cum iis homines una sæpissime flagellaret. Marium vero Maximum, etsi opera ejus, quæ verbosissima et minutis historiis implicata fuisse Flavius Vopiscus autumat, interciderint, tamen strenuum vixisse bonarum partium sectatorem, declarant plurima, quæ ex eo Lampridius, Spartianus, et alii historiæ Augustæ scriptores commentariis suis indiderunt. Dicamus igitur, hosce duos auctores ut civilium doctrinarum compendia quædam illius ævi delicatis maxime placuisse: Marium quidem Maximum, ut copiosa exemplorum varietate locupletem, et omnia Cæsarum historica uberrimis septenariis complexum; Juvenalem vero ut magistrum veteris disciplinæ ac totius vitæ humanæ censorem gravissimum, in arcana ipsa morum summo cum imperio penetrantem. Summum voco imperium excelsæ mentis sublimem stylum, quo se supra mortalium nobilissima erigit, et omnia illa tanquam puerorum pupas et crepundia despicit, ut solius virtutis rationem habendam esse commonstret.'

Te fingente nefas Pyladen odisset Orestes;
  Thesea Pirithoi destituisset amor.
Et Siculos fratres, et majus nomen Atridas,
  Et Ledæ poteras dissociare genus.
Hoc tibi pro meritis et talibus imprecor ausis,
  Ut facias illud, quod, puto, lingua facis.

IDEM EPIGR. VII. 91.

De nostro facunde tibi Juvenalis agello
  Saturnalicias mittimus ecce nuces.
Cetera lascivis donavit poma puellis
  Mentula custodis luxuriosa Dei.

IDEM EPIGR. XII. 18.

Dum tu forsitan inquietus erras
Clamosa, Juvenalis, in Subura,
Aut collem dominæ teris Dianæ;
Dum per limina te potentiorum
Sudatrix toga ventilat, vagumque
Major Cælius et minor fatigant:
Me multos repetita post Decembres
Accepit mea rusticumque fecit
Auro Bilbilis et superba ferro.

CLAUDIUS RUTILIUS ITINERAR.

Lib. I. 603—606.

Hujus vulnificis Satira ludente Camœnis
  Nec Turnus potior, nec Juvenalis erit.
Restituit veterem censoria lima pudorem;
  Dumque malos carpit, præcipit esse bonos.

C. SOLLIUS APOLLINARIS SIDONIUS

Carm. IX. 266. sq. ad Magnum Felicem Cos.

Non qui tempore Cæsaris secundi
Æterno incoluit Tomos reatu:
Nec qui consimili deinde casu,
Ad vulgi tenuem strepentis auram,
Irati fuit histrionis exul.

AMMIANUS MARCELLINUS

Historiar. lib. XXVIII.

Quidam detestantes, ut venena, doctrinas, Juvenalem et Marium Maximum curatiore studio legunt, nulla volumina, præter hæc, in profundo otio contrectantes.

PORPHYRIO

seu, quisquis est, vetus Grammaticus, in Comment. ad Horat. Sat.

Satyra Horatii inter Lucilii Satyram et Juvenalis est media: nam et asperitatem habet, qualem Lucilius, et suavitatem, qualem Juvenalis.

SUIDAS IN LEXICO.

'ΙΟΥΒΕΝΑΛΙΟΣ ποιητὴς 'Ρωμαῖος. οὗτος ἦν ἐπὶ Δομετιανοῦ βασιλέως 'Ρωμαίων. 'Ο δὲ Δομετιανὸς ἐφίλει τὸν ὀρχηστὴν πρασίνου μέρους τὸν λεγόμενον Πάριν, περὶ οὗ καὶ ἐλοιδορεῖτο ὑπὸ τῆς συγκλήτου, καὶ 'Ιουβεναλίου τοῦ ποιητοῦ· ὅστις βασιλεὺς ἐξώρισε τὸν 'Ιουβενάλιον ἐν Πενταπόλει ἐπὶ τὴν Λιβύην. τὸν δὲ ὀρχηστὴν πλουτίσας ἔπεμψεν εἰς 'Αντιόχειαν· ὃς κτίσας οἶκον καὶ λουτρὸν ἔξω τῆς πόλεως ἐκεῖ τελευτᾷ.

DIVISIO ET ARGUMENTA SATIRARUM JUVENALIS.

JUVENALIS Satiræ sedecim in multis codicibus, tam scriptis quam editis, v. c. in 4. 19. 26. 45. 46. 49. 55. 59. 70. 74. 75., distribuuntur in quinque libros, quorum primus quinque priores, secundus sextam, tertius VII. VIII. et IX., quartus X. XI. et XII. quintus tres ultimas complectitur. Hi libri laudantur jam a Prisciano, et a vet. Schol. ad Sat. III. 240. Hinc divisionem hanc retinui, etsi parum apta est, (nam plerique libri non nisi tres satiras, et secundus adeo unam tantum continet,) et ab ipso poëta eam profectam esse vix crediderim.

SATIRARUM TITULI ET ARGUMENTA

in codicibus et scriptis et editis varia ratione, et vel prosa vel versa oratione expressa leguntur.

SATIRÆ I.

Prima docet Satiræ causam formamque libelli.—Materiam et causam (al. causas) satirarum hac aspice (al. inspice) prima.—Præfatio, cur Satiras scribat.—Cur satiras scribat, qui fere ad mediam ætatem declamavit.

SATIRÆ II.

Arguitur Satira probitas similata secunda.—Carpitur hac Satira probitas similata secunda.—Hypocritas damnat, in quos Lauronia clamat.—Dat causam pœnæ quod Martem poscit amœne.—Hypocritæ.—In s. contra hypocritas.—De Philosophis obscœnis.—De fictis moribus institutis.

SATIRÆ III.

Effugit Umbritius diversa pericula vitans.—Odisti quod Roma bonos, pravos colis, hinc te Effugit Umbritius diversa pericula vitans.—Ad Umbritium.—Quare Umbritius Urbem deserat.—De digressu Umbritii.—Urbis incommoda.—De incommodis Urbis.

SATIRÆ IV.

Vitam Crispinus laudat ventremque Neronis.—Crispini hic lacerat vitam ventremque Neronis, Ut reges avidos carpat regumque sodales.—In Crispinum.—In ingluviem.—In Domitianum vindictæ post exilium.—Catalogus amicorum Domitiani, s. Neronis.—Convivæ Domitiani.—De convivio Domitiani.—De rhombo pisce.—De Crispino et rhombo pisce.—De piscis magnitudine.

SATIRÆ V.

Quot mala sustineat parasitica vita notato, s. notabis.—In parasitos, de cœnis contumeliosis.—Ad Trebium.—De parasitis ad parasitum.

SATIRÆ VI.

Sexta hæc infidas mulieres monstrat abunde.—Hac Satira mulieres incestas monstrat, jubetque (al. ut omnem) Uxorem Ursidius devitet pectore toto.—L. Fursedio Postumo.—Ad Postumum.—Mulierum flagitia et scelera.—In libidinem mulierum.—De vitiis mulierum.

SATIRÆ VII.

Mendicant artes, sic Roma coëgit avara.—Artium neglectarum querela.—De sterilitate studiorum.—De poëtarum calamitatibus.—Contra divites, qui poëtas mendicare patiebantur.

SATIRÆ VIII.

Nobilitas propria est virtus, non acta parentum.—Adversus jactatores.—Ad Rubellium Blandum.—Contra illos, qui se de generositate suorum jactant.—De claritate natalium.—De claritate nobilium tractatio ad Ponticum.

SATIRÆ IX.

Turpia qui tolerant nona carpuntur iniqui.—Concubitus diri et Sodomitica probra notantur.—Cinædi.—Querela Nævoli de re impudica.—In Pathicos.—Ad Nævolum.—Ad Nævolos.—Loquitur ad parasitum quendam, qui servit regibus.

SATIRÆ X.

Arguit hæc saturas hominum curas et inania vota. (Sic contra metrum in codd. nonnullis legitur, unde Schurzfleischius emendabat, *Arguit hæc fatuas curas,* cet. Lipsius autem in Epist. Quæst. IV. 15. *Arguit hæc hominum curas,* cet. extrusa voce *saturas*, et hæc lectio reperitur in cod. 19. et 27.)—Arguit hæc Satira et curas et inania vota. (Ex hac lectione illa videtur orta glossatorum opera et stupore librariorum.)—De votis contrariis.—De inutilitate votorum.—In indiscreta hominum vota.

SATIRÆ XI.

Lauta reprobamus convivia, parca probamus.—Laut reprenduntur (al. reprehenduntur) convivia, parca probantu —*Luxus*.—De comparatione victus.—In luxuriosos in cib —Ad Persicum amicum suum.—De superfluo apparat ciborum.

SATIRÆ XII.

Arguit hæc avidos nimium nimiumque rapaces.—Here dipetæ.—Contra heredipetas.—De reditu Catulli.—De reditu Catulli ad Corvinum.—In avidos et rapaces.

SATIRÆ XIII.

Mens cruciat pravos, (ita pro vulg. *Mors cruciat pravos* legitur in 19. 27. al. et sic jam correxerat Lips. Epist. Quæst. IV. 15.) sapiens fert damna modeste.—Scelera tandem punita. —De fraudibus ad Gabinium, cujus amicus abnegaverat depositum.—In fraudulentos.—Ad Calvinum, contra illos, qui de amissione temporalium nimis dolent.

SATIRÆ XIV.

His docet exemplis natos mala vita parentum.—Imbuit exemplis natos mala vita parentum.—Ad Fuscinum.—*ΠΕΡΙ ΑΝΑΓΩΓΩΝ ΠΡΟΣ ΦΟΥΣΚΙΝΟΝ*. (*ΦΟΙΣΚΙΝΟΝ* in Lat. Ex. Pith.)—De institutionibus.—Parentum exempla.—Contra illos, qui filios pravis instituunt documentis.

SATIRÆ XV.

Obtinet Ægyptus perversos impia ritus.—Immanes ritus Ægyptius incola suadet, al. Ægypti incola servat.—Religiones peregrinæ.—De superstitione.—De superstitionibus Ægyptiorum.—De religionibus Ægypti.—Ad Volusium Bithynicum.—De falsa Deorum cultura et nefario victu Ægyptiorum.

SATIRÆ XVI.

Militiæ mores et commoda magna videte, s. dinumerantur. —Militiæ privilegia.—De felicitate militum.—De castrensibus.—Ad Gallum de militia.—De militibus.

Argumenta Satirarum
ab Anton. Mancinello concinnata.

Prima docet Satiræ causas formamque libelli.
Qui simulant Curios, Satira patuere Secunda.
Ex Urbe Umbritii digressum Tertia narrat.
Quarta quidem Crispinum odit calvumque Neronem.
Ganeo quæ tolerat parasitus, Quinta notavit.
Sexta hæc infidas mulieres audit abunde.
Septima demonstrat Romam nil ferre poëtis.
Nobilis Octava propria virtute vocatur.
Turpia qui tolerant, Nona carpuntur avari.
Curæ hominum Decima rerumque libido notantur.
Arguit Undecima vates convivia lauta.
Bissena arguitur Satira captator avarus.
Tertia post decimam solatur damna dolentes.
In Decima quarta dant prava exempla parentes.
Numina diversa Ægypti Penultima monstrat.
Ultima militiæ felicis præmia narrat.

Satiræ Juvenalis memoriæ causa tribus versibus conclusæ a Rudolpho Gittins:

1. Vates. 2. Hypocrites. 3. Roma urbs. 4. Rhombus. 5. Parasitus.
6. Nupta. 7. Ars sordet. 8. Nobilitas vera. 9. Impia. 10. Vota.
11. Cœna. 12. Redux. 13. Deposta. 14. Parens. 15. Ægyptia. 16. Miles.

INDEX

CODICUM MSS. ET EDITIONUM QUÆ NUMERIS NOTANTUR IN VAR. LECT. ET EXCURS.

D. JUNII JUVENALIS

AQUINATIS

SATIRÆ.

D. JUNII JUVENALIS

AQUINATIS

SATIRARUM

LIBER PRIMUS.

SATIRA I.

SEMPER ego auditor tantum? nunquamne reponam,
Vexatus toties rauci Theseide Codri?

Ego-ne perpetuo auscultator ero *duntaxat? Numquid* nihil *unquam reddam, tam sæpe exagitatus Theseide Codri clamosi? Igitur sine pœna mihi lectitaverit*

2 *Tociens* 22. 26. 45. 46. 47. 49. al. *totiens* 14. 15. 16. 21. 23. 24. 60. al. h. l. et passim, ut *quotiens, formonsus, vicensimus, aquonsus,* aliaque in antt. codd. Sed falsam hanc esse scripturam et inde profectam, quod veteres Romani, si Quintiliano fides habenda, apicem sive lineolam superscripserint vocalibus longis, jam dudum ac recte suspicati sunt Lipsius, Cellar. et alii. *Codri* le-

NOTÆ

1 *Semper ego auditor*] Exordium ex abrupto, ut fere in Satiris: nam in aliis Poëmatibus est aliqua præparatio.

Auditor] Recitantium nempe Romæ Poëtarum. De qua recitandi consuetudine et æmulatione Plinius abunde Epist. I. 13. De apparatu vero et pompa nos fuse agemus ad primam Persii Satiram versu 17. ad hæc verba: 'Sede leges celsa.'

Nunquamne reponam] Nihilne aut scribam, aut recitabo, quo par pari referam iis qui me sæpius obtundunt.

2 *Vexatus toties*] Molestia affectus. Horat. ad Pisones. 'Indoctum doctumque fugat recitator acerbus: Quem vero arripuit, tenet occiditque legendo,' &c.

Theseide] De Theseo ejusque factis Codrus Carmen scripserat adeo longum, ut Æneidem æquaret longitu-

Impune ergo mihi recitaverit ille togatas,
Hic elegos? impune diem consumserit ingens
Telephus? aut summi plena jam margine libri

alius comœdias, alius elegias? Sine pœna diem triverit magnus Telephus, aut Orestes, impleta jam ingentis voluminis extremitate, conscriptus etiam retro, neque

gerunt vetus Schol., Servius ad Virg. Æn. I. et Priscian. eademque lectio h. l. et inf. III. 203. 208. omnium fere codd. auctoritate firmatur; nec obstat, quod nomen est Græcum, et *Codrus* inf. III. 203. sqq. memoratus, qui pro eodem vulgo habetur homine, Græcus videtur poëta fuisse, quod ex III. 206. probabili colligitur judicio. Antiquiorem quoque poëtam Rom. ita dictum fuisse, cujus Valgius in Elegiis suis mentionem fecerit, docet Servius ad Virg. Ecl. VII. 22. sqq. De alio Codro vid. Martial. II. 57. v. 26. *Cordi* 8. et alii, teste ac prob. Barthio Advers. I. 21. quod hoc potius nomen sit Romanum. Idem tamen monet, poëtis talia esse κῶφα πρόσωπα, vel nomina suo quodque ævo tantum nota, quæ frustra et inepte requiras.—5 *Thelephus* 14. 15. 16. 20. 24. 27. 45. al. Sed Græcis constanter Τήλεφος dicitur, etsi nomen hoc ei inditum ἀπὸ τῆς θηλὴν ὑποσχούσης ἐλάφου inepte fabulantur. *jam pleno*

NOTÆ

dine, multisque diebus recitandum esset. Thesei præclare gesta vide apud Plutarchum, Diodorum Siculum v. 5. et alios.

2 *Codri*] Vetus Scholiastes legit *Cordi*: aitque *Cordum* fuisse vitiosum Poëtam, qui Tragœdiam Thesei composuit: sed reclamant omnes; et volunt *Codrum* hunc vixisse temperibus Juvenalis, fuisseque humilem et obscurum Poëtam, ceterum tam pauperem, ut Proverbio locum dederit, *Codro pauperior*. Talem certe eum notat Juvenalis Sat. III. 203. et Martial. Epigr. III. 15.

3 *Togatas*] Horat. ad Pisones: 'Seu qui prætextas, seu qui docuere togatas.' *Prætextæ* indicant Tragœdias, in quibus inducuntur personæ prætextatæ et Nobiles gravia et publica tractantes negotia. *Togatæ* dicuntur Comœdiæ Latinæ, in quibus agunt Togati Viri, et privatas res tractant. Ita etiam *Palliatæ* vocantur Græcæ Comœdiæ a Græcorum pallio. Varro de Lingua Lat. Diomed. Donat. in Terent.

4 *Diem consumserit*] Mene totum diem audiendo detinuerit? Martial. 'Auditur toto sæpe Poëta die.'

Ingens Telephus et Orestes] Immensæ Tragœdiæ et ampullatis versibus contextæ. Quales arguebat Horatius in Arte, his verbis: 'Telephus et Peleus cum pauper et exul uterque Projicit ampullas, et sesquipedalia verba.' Quorum fuerint Poëtarum illæ, non constat. At certum est Poëtas Romanos amasse argumenta e longinquo petere, idque etiamnum fieri cernimus. Quod perstringebat Horatius ad Pisones: 'Nec minimum meruere decus vestigia Græca Ausi deserere, et celebrare domestica facta.' Ergo etiam tempore Juvenalis Poëtæ quidam e trivio arripiebant argumenta illa Græcorum nobilia, in quibus multa grandia, quædam etiam admirabilia occurrebant celebranda oratione. At in illis tractandis sæpe peccabant seu contra decorum, quod notat Horatius loco supra citato; seu contra justam Carminis magnitudinem, quod hic queritur Juvenalis.

5 *Telephus*] Herculis ex Auge filius, qui infans a matre expositus inter

Scriptus, et in tergo, nec dum finitus Orestes?
Nota magis nulli domus est sua, quam mihi lucus
Martis, et Æoliis vicinum rupibus antrum

adhuc absolutus? At nemini ædes suæ cognitæ sunt plus quam mihi nota sunt *nemus Martis, et spelunca Vulcani cautibus Æoli proxima.* Porro *Frontonis platani,*

13.—6 *a tergo* 29. *nondum* 13. 19. 29.—7-14 absunt ab 13. *luctus Martis* conjecit Flavius Conjectan. Cent. I. c. 29. ut Juvenalis ad Troica (carmen Neronis de bello Trojano, de quo v. inf. ad VIII. 221.) et ad incendium Romæ respexerit. Præstiterit *ludus Martis*, h. e. bella, quæ canere solent poëtæ, et quibus maxime oblectatur Mars, unde *ludus* ejus et *spectacula* dicuntur Horat. Od. I. 2. 37. 28. 17. Sed v. Comm.—8 *inclusum* pro *vicinum* legit N. Heins. ad Sabini Epist. III. 91. et Valer. Fl. V. 642. at memoriæ, opinor, lapsu.—

NOTÆ

virgulta, lactatus a cerva dicitur: ac dein Mysorum Rex, cum Græcis negaret iter per suam regionem, ab Achille vulneratus, et ab eodem ex Oraculi præcepto sanatus est, seu e rubigine hastæ, seu ex herbis facto remedio.

Plena jam margine] Poëtæ hoc indicat verbositatem, quod non solum scribat in interiori membrana, sed et marginem impleat, et membranam exteriorem, quod raro fiebat. Martial. Epig. VIII. 62. 'Scribit in aversa Picens Epigrammata charta Et dolet averso quod facit illa Deo.' Sidon. Apollin. Epist. VIII. 16. quæ est ad Constantium. 'Jam copiosum te, ni fallor, pulsat exemplar,' inquit; 'jam venitur ad margines umbilicorum, jam tempus est (ut Satyricus ait) Orestem nostrum vel super terga finiri.'

6 *Orestes*] Qui Furiis agitatus ob interfectam matrem Clytemnestram, varias orbis regiones, comite Pylade, variosque obiit casus. Euripid. in *Oreste*, item in *Iphigenia Taurica*, et in *Electra*. Sophocl. in *Electra*. *Orestis* cadaver, effossum ex monitu Oraculi, septem cubitorum fuisse affirmat Herodotus lib. I. sed fabulatorem eum vocat Gellius III. 10.

7 *Nota magis nulli, &c.*] Id est, si velim scribere, et Carmen condere, tam scio Historias et Fabulas, quam Poëtastri illi, qui impune id faciunt. Observant doctiores, inprimisque Janus Parrhasius, hic argui Valerium Flaccum, qui in Argonauticis ejusmodi nugas et affectatas rerum descriptiones ambitiose sectatus sit.

Lucus Martis] Seu *lucus Marti* sacer prope Albam, ubi Remus et Romulus e Rhea Sylvia nati sunt. Seu, ut volunt quidam, locus in Appia via, ubi Poëtæ recitare consueverant, *Lucus Martis* appellatus. Vel alludit ad illud Horatii ad Pisones: 'Cum lucus et ara Dianæ,' &c. Et illud Persii, 'Nec ponere lucum Artifices.'

8 *Æoliis rupibus*] Lipareæ sunt Insulæ septem in mari Tyrrheno, quæ et *Æoliæ* dictæ ab *Æolo*, qui illuc appulsus, in una earum regnasse fertur. Juvenalis rupes vocat, quia saxosæ sunt et scopulosæ saltem quædam illarum.

Vicinum antrum] Ætna mons in Sicilia flammas eructans, in quo propterea fabulati sunt habitare Vulcanum. Hujus montis incendia describere amabant Poëtæ.

Vulcani. Quid agant venti, quas torqueat umbras
Æacus, unde alius furtivæ devehat aurum
Pelliculæ, quantas jaculetur Monychus ornos,
Frontonis platani, convulsaque marmora clamant
Semper, et assiduo ruptæ lectore columnæ.
Expectes eadem a summo, minimoque poëta.

et marmora concussa, assidue resonant, quid faciant venti, quas animas Æacus vexet, qua ex parte alter apportet aurum pellis clam ablatæ, quam magnas ornos torqueat Monychus; et fulcra labefactata sunt *recitatore continuo. Paria speres a magno Vate, atque ab infimo. Igitur nos etiam manum subtraximus ferulæ, nos*

9 *Volcani* in plerisque codd. legitur, ut *vollus*, *volgus*, *volnus*, *volsus*, quæ scriptura pro antiquiore haberi solet, sed judice Heynio in Præfat. novæ edit. Virgil. p. XXII. pronuntiationi, mediæ inter fuscam et liquidiorem sequente litera liquida *l*, debetur, quam ex vulgari usu nonnulli male in scripturam traduxerunt. Vetus Schol. et alii perperam junxere *Vulcani quid agant venti*.—10 *furtive* 68.—11 *Monichus* 17. 26. *Monycus* 50. *Monicus* 15. 19-24. 45.

NOTÆ

9 *Quid agant venti*] Quæ natura et origo *Ventorum*, qui effectus, quæ potestates; quæ vulgaris Poëtarum Carminibus materia.

10 *Æacus*] Is Judex apud Inferos cum Minoë et Rhadamanto. Sunt qui partiantur illis officia, ut proprie Juvenalis dixerit, *torqueat*: scilicet Rhadamanto Inquisitionem, Minoï Judicium, *Æaco* Executionem attribuunt.

Unde alius furtivæ, &c.] E Colchide in Thessaliam Vellus aureum abstulit Jason artibus Medeæ adjutus. Diodor. Sicul. V. 3. Argonauticam illam expeditionem celebrarunt primum e Græcis Orpheus, et Apollonius; e Latinis postea C. Valerius Flaccus Setinus, sub Domitiano Cæsare.

11 *Monychus*] Ponitur hoc nomen velut proprium alicujus e Centauris, ut et apud Ovidium et Lucanum. Commune tamen est omnibus illis, qui unius et solidæ ungulæ fingebantur: origine ducta a μόνος, et ὄνυξ. Centauri porro *Monychi* sunt dicti, quoniam hi Thessaliæ populi equos primi cum domuissent, et ex iis pugnarent, eminus conspecti, membra partim equina, partim humana habere crediti sunt.

Jaculetur ornos] Id est, quantas arbores torserint Centauri adversus Lapithas, in certamine illo, instigante Marte, inito ad rapiendam Hippodamiam Pirithoi uxorem, irato nempe quod ceteris vocatis Diis ad eas nuptias ipse prætermissus fuisset. Vide Ovid. Metam. XII.

12 *Frontonis*] *Julius Fronto* Romæ nobilis et eruditus, ac litteratis amicus, suam domum Poëtis recitantibus ultro commodabat. Martial. Epig. I. 56. 'Clarum militiæ Fronto decusque togæ.'

Platani] Arbores umbram prætendentes illi ambulacro, ubi recitabant. *Platanos* studiose Romani colebant, adeo ut Hortensius vino etiam affuso suas *Platanos* educaret in villa Tusculana; teste Macrobio, III. 13.

Convulsa marmora] Vel multitudine eorum qui audituri conveniebant, vel potius assiduo recitantium clamore. Hyperbole.

14 *Expectes eadem, &c.*] Horatius in Arte: 'Scribimus indocti doctique

Et nos ergo manum ferulæ subduximus, et nos
Consilium dedimus Syllæ, privatus ut altum
Dormiret? Stulta est clementia, cum tot ubique
Vatibus occurras, perituræ parcere chartæ.
Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo,
Per quem magnus equos Auruncæ flexit alumnus,

etiam auctores fuimus Syllæ, ut privatus caperet somnum profundum. Fatua est misericordia abstinere papyro, quæ peribit, quandoquidem invenias tam multos Poëtas. Attamen si otiosi estis, *et benigne auditis, causas declarabo, quare* mihi *placeat expatiari isto præsertim campo, per quem summus Auruncæ alumnus, equos*

—15-17 in 13. sic exhibentur, omisso vs. 16. *ut nos Scribamus.* *Serius* pro *Et nos* 16. Post *subduximus* et *Dormiret* signa interrogationis, et quidem ejus, qua contrarium videamur facere velle, ponenda putabat Britan., ut sensus, nimia indignatione intercisus, esset: num didici Grammaticen et Rhetoricen, ut sileam et nihil scribam, cum omnes scribant indocti pariter et docti?—16 *Sullæ dedimus* 24. *Sylla* 17. 20. 21. 22. 24. 60. 64. al. *alte* 16.—18 *occurram* 13. *occurris* 23. a m. pr. *cartha* 45. 47. 48.—19 *Cum* 47. *libeat potius* 12. 61. 62. 63. 67. 68. 71. 72. 73. forte concinnius. *discurrere* 50.—20 et

NOTÆ

Poëmata passim.'

15 *Et nos ergo manum, &c.*] Ergo quidni etiam nos scribamus aliquid, cum Grammaticos et Rhetoras audierimus, omnemque illorum disciplinam teneamus?

Ferulæ] Virgultum est levissimum, de quo Plin. XIII. 22. Ex eo fit instrumentum illud, quo manus puerorum in pœnam feriuntur. Sceptra Pædagogorum vocat Martial. Epig. X. 62.

16 *Consilium dedimus Syllæ*] Exercitationis causa, ut fit in scholis, fictas materias tractavimus, in triplici dicendi genere, adeoque in suasorio, *Syllæ* deliberanti suasimus ut Dictaturam deponeret. Quintil. III. 8. 'Solent,' inquit, 'in scholis fingi materiæ ad deliberandum:' et paulo ante, in exemplum affert Priami verba apud Achillem: aut *Syllæ* Dictaturam deponentis in concione.

Syllæ] *L. Cornelius Sylla* nobilis Romanus ex antiqua Scipionum familia, de quo dubitatur, fortiorne fuerit, an felicior, inquit Sallustius: is dum quærebat victorias, Scipionem se Populo Romano, dum sævitiam exercet, Annibalem repræsentavit, ut ait Valerius Maximus IX. 2. Dictaturam adeptus mirum quam impotenter gesserit, et quod eam sponte, ut refert Appianus, deposuerit. Privatus Puteolos concessit, ibique pediculari morbo miserè periit. Vel, ut alii volunt, larvis nocturnis agitatus vexatusque, inter vociferationes animam evomuit. Cicero in Verrem. Plutarch. et alii.

Privatus ut altum dormiret] Ut deposito imperii onere, et liber a curis publicis, animi tranquillitate frueretur.

19 *Hoc decurrere campo*] Allegoria. Id est, cur ea potissimum gaudeam exercitatione, scribendi Satiras, in qua Lucilius versatus est.

20 *Auruncæ*] *Aurunca* urbs vetus Latii, in qua nati plures Satirographi, ipseque Lucilius, de quo nos multa sub finem Sat. I. Persii.

Magnus Auruncæ alumnus] Lucilius Satyricorum Princeps; quicquid sen-

Si vacat, et placidi rationem admittitis, edam.
Cum tener uxorem ducat spado, Mævia Tuscum
Figat aprum, et nuda teneat venabula mamma;
Patricios omnes opibus cum provocet unus,

moderatus est. Quando Eunuchus mollis matrimonium contrahit; quando *Mævia confodit aprum Etruscum, et tela gerit papilla detecta; quando* ille *quo tonsore mihi*

21 absunt a 13. *Aruncæ* 21. 23. 24. 26. 27. 28. 45. 50. 59. 64. Cf. Heyne ad Virgil. Æn. VII. 206. 727. 795. XI. 318. XII. 94.—22 *Jam* 13. *Menia* 19. *Nevia* vel *Nævia* 13. 23. 27. 45-48. 50. 56. 59. 60. 61. 64. 73. 74. Hoc meretricis nomen est ap. Martial. II. 9. et 26. III. 13.—23 *Figit* 13. 46. 48. *ac nuda* 24. *retinet* 13.—24 et 25 a sec. m. ad marg. scripti in 22. et plane

NOTÆ

tiat vetus Schol. qui sic habet: *Turnum dicit Scævæ Memoris Tragici Poëtæ fratrem. Turnus* hic libertini generis, ad honores ambitione provectus est, potens in Aula Vespasianorum Titi et Domitiani: vel Lenium dicit, qui et ipse Satiras scripsit: vel Silium et ipsum sui temporis Satyricum, qui omnes ex *Aurunca* fuerunt.

22 *Cum tener uxorem, &c.*] Cum video pullulare vitia, non possum in ea non invehi.

Uxorem ducat spado] Domitianus legem Juliam revocavit in adulteros, ad coërcendam mulierum libidinem. Hæ, ne Legis pœnam incurrerent, nubebant mœchis suis, inter quos erant et spadones. Sueton. Domitian. c. 7. et 8. Martial. Epig. VI. 2. 'Lusus erat sacræ connubia fallere tædæ,—Nec spado jam nec mœchus erit, te præside, quisquam. At prius, o mores, et spado mœchus erat.' Et Epig. 7. ejusdem libri. 'Julia lex populis ex quo Faustine renata est,—Quæ nubit toties, non nubit: adultera lege est.' Et Epig. 22. 'Quod nubis Proculina concubino Ne lex Julia te notare possit, Non nubis Proculina, sed fateris, Et mœchum modo nunc facis maritum.' De his plura Juvenal. Sat. VI. In his ergo Lex eluditur, et a Satyrico deridetur.

Spado] Vox Græca a verbo σπάω, *avello*, quod a *spadonibus* avulsum sit id quo erant viri.

Tener] Quia effœminati solent esse *spadones.*

Mævia] Quidam, *Nævia:* utraque impudica mulier. Martial. Epig. I. 69.

Thuscum aprum] In Thuscia ferociores *apri.*

23 *Figat aprum*] In arena Romana. Scilicet inter alios ludos exhibitæ venationes, in quibus etiam mulieres pugnare ausæ contra feras, et quædam leones vicere. Martial. Lib. Spectacul. Epig. 6. Cornel. Tacit. Annal. l. XV. Sueton. in *Nerone.*

Et nuda teneat] Quod est contra pudorem et decorum.

24 *Patricios*] T. Liv. I. 8. Patres ab honore, *Patricii* progenies eorum appellati.

Provocet unus] Cinnamus nempe tonsor, qui Juvenalis tempore vivebat, et mulierculæ donis ac muneribus ditatus censum equestrem nactus est. Martial. Epig. VII. 63. Alii intelligunt Licinium Augusti tonsorem et libertum.

Quo tondente gravis juveni mihi barba sonabat;
Cum pars Niliacæ plebis, cum verna Canopi
Crispinus, Tyrias humero revocante lacernas,
Ventilet æstivum digitis sudantibus aurum,
Nec sufferre queat majoris pondera gemmæ:
Difficile est Satiram non scribere. Nam quis iniquæ

adolescenti molesta barba crepitabat, solus divitiis certat cum universis nobilibus: quando pars Populi ad Nilum, quando Crispinus servus Canopi agitat aurum æstivale digitis sudorem emittentibus, scapula reducente Chlamydem Tyriam, neque tolerare potest gravitatem amplioris lapilli; tunc *arduum est Satiram non compo-*

absunt a 7. ut vs. 24-29. a 13. *provocat* 12.—25 *tundente* 21. *gravi juvenis* 50.—26 ante vs. 24. in 24. et 26-29. ante vs. 24. in 17. leguntur. *Cum fæx Niliacæ plebis* emend. Flavius Conjectan. c. 30. quod poëta inf. III. 61. dixerit, *quota portio fæcis Achæi*, quæ tamen verba vulgatæ potius lectioni favent: nam *pars plebis* est id. qd. *portio fæcis.*—28 *Ventilat* 16. 26. Grævius emend. *lacernas Ventilet æstivo digitis sudantibus auro*, ut poëta dicat, Crispinum infirmis tenerisque digitis, qui vel minimo æstivi annuli pondere sudaverint, assidue ventilasse et sublevasse togam, quo annulos et sardonychatam manum ostenderet. Sed quid tum facies verbis *humero revocante!*—30-37 ad duos versus in 13. ita redacti: *Difficile est satiram non scribere, cum tot in urbe Pu-*

NOTÆ

25 *Quo tondente*] Virgil. Eclog. I. ‘Candidior postquam tondenti barba cadebat.’

Sonabat] Metonymia. Id est, forfices sonabant barbam resecantes.

26 *Pars Niliacæ plebis*] Unus e plebe Ægypti, ubi fluvius *Nilus* adeo decantatus ob annuam exundationem, et fœcundationem terrarum.

Verna] Ancillæ filius domi natus verno tempore, *Verna* proprie appellabatur; servus autem qui seu jure belli, seu pretio emptus in domini potestatem veniebat. Ita Festus, et Nonius.

Canopi] Oppidum Ægypti libidinibus infame, ad ostium Nili, quod inde dictum Canopicum. Plin. Strabo l. XVII. Juvenalis Sat. 15. *famosum* vocat. Porro ex Ægypto servi Romam adducebantur.

27 *Crispinus*] E servo factus Eques Romanus, sive a Domitiano, sive a Nerone, ut volunt alii. Dives certe admodum, ut testatur Quintil.

Tyrias] *Purpureas.* *Tyrus* enim urbs Phœniciæ maritima purpura celebris.

Humero revocante lacernas, ventilet] Defluentes nempe, brachia et manus in aëra jactando, quasi ad refrigerationem, re autem vera ad annulorum ostentationem.

Lacernas] Vide infra, vs. 62.

28 *Æstivum aurum*] Annulos æstate gestari solitos, e tenui bractea, secundum morem delicatorum Equitum Romanorum, qui gravitatem annuli æstivo tempore non ferebant, et propterea duplex annulorum genus habebant, alios æstivos leviores, alios hyemales graviores. Turneb. XX. 2. Plin. XXXIII. 1. ubi de Annulorum origine, usu, jure, ostentatione.

29 *Majoris pondera gemmæ*] Hyemalis annuli gravioris et grandior erat lapillus.

30 *Satiram*] Ita scribendum. Quanquam enim nonnulli nec indocti a *Satyris* Diis petulantibus originem hanc

Tam patiens urbis, tam ferreus, ut teneat se,
Causidici nova cum veniat lectica Mathonis
Plena ipso? post hunc magni delator amici,
Et cito rapturus de nobilitate comesa,
Quod superest, quem Massa timet, quem munere palpat

nere. *Ecquis enim ita patienter* ferat *civitatem injustam,* quis *ita durus, ut sese cohibeat? Quando incedit gestatorium recens Mathonis Causarum Actoris, ille impletum, et post illum* alius *accusator summi familiaris, celeriter etiam ablaturus quod restat e Nobilibus devoratis; quem Massa reformidat, cui donis blanditur*

----

pillum removent, qui testamenta merentur, cet.—32 *veniet* 14.—33 *et post* pro *post* 25. 46-50. 54-65. 67. 68. 69. 71-74.—34 *comessa* 19. 22.—

NOTÆ

deduci volunt: at doctiores tamen, vel a *Satura* lege quæ diversa perferebat; vel a *satura* lance, quam variis fructibus plenam Diis Agrorum Veteres offerebant. Scaliger Poët. I. 12. Casaub. lib. de *Satira, &c.*

32 *Lectica*] Vehiculi genus, quo Nobiles præsertim fœminæ humeris servorum sex aut octo portabantur. Unde dicebatur hexaphorum, et octophorum. Vide infra, ad versum 64. et seq.

Nova] Vel quia recens et splendida, quod indicat hominis fastum: vel quia novi hominis, et qui paulo ante pauper, pedibusque incedebat.

Mathonis] Is Forum reliquerat, ut ad Delationes se conferret, cum vidisset Delatores a Domitiano foveri, et proscriptorum spoliis locupletari. *Mathonem* sæpe vellicat Martial. Epig. IV. 80. et 81. VIII. 42. X. 46. XI. 69.

33 *Plena ipso*] Adeo vir erat crassus, pinguis, corpulentus.

Magni delator amici] Non constat quis potissimum ille *delator.* Vetus Schol. sic habet. 'Heliodorum dicit Stoicum Philosophum, qui Licinium Silanum discipulum suum, cum argueretur conjurationis, inficiantem, præter domesticam delationem etiam testimonio oppressit. Alii Philosophum Egnatium celebrem Bareæ Sorani Magistrum, qui ipsum apud Neronem detulit, et damnavit, et ipse postea sub Vespasiano hoc ipsum Musonio Rufo accusante, damnatus est. Nonnulli Demetrium Causidicum, qui multos Neroni detulit.' Huc usque vetus Schol. At præter hos quibusdam intelligi placet M. Regulum, qui sub Nerone et Domitiano multorum Nobilium perniciem machinatus est. Plin. de eo passim, maxime vero l. I. epist. 5. l. II. epist. ultima, ubi de Reguli fraudibus fuse et luculenter.

Magni amici] Nec enim erat quisquam tutus a delationibus, ne Imperatoris quidem propinqui et familiares. Plin. in Trajani Panegyrico. Juvenal. Sat. IV. 'In quorum facie miseræ magnæque sedebat Pallor amicitiæ.'

34 *De nobilitate comesa*] Per delationes proscripta, aliis exilio, aliis morte mulctatis, bonis eorum publicatis, parte delatoribus attributa.

35 *Quem Massa timet*] *Massa* morio, et Carus et Latinus mimi, omnes Cæsarum liberti et nequissimi majorem alium quempiam delatorem metuebant. Et revera illi a Nerone interfecti sunt delationibus Heliodori, ut ait vetus Schol.

Carus, et a trepido Thymele submissa Latino?
Cum te submoveant, qui testamenta merentur
Noctibus, in cœlum quos evehit optima summi
Nunc via processus, vetulæ vesica beatæ?
Unciolam Proculeius habet, sed Gillo deuncem:

Carus, et Thymele a Latino anxio ire jussa: quando te depellunt qui testamenta noctu adipiscuntur, quos cœlo tenus elevat anus opulenta, quæ *modo ratio* est *ingentis quæstus* faciendi *certissima. Proculeius obtinet unciam, at Gillo unde-*

35 *munere pulsat* 45.—36 *Tymele* 19. 25. *Timele* 20. 24. 26.—39 *vessica* 19. 46. 47. 48. 50. 56. 59. 61. 62. 64.—40 extrusus e 13. *Proculeus* 19. 21. 22. *Gilo* 19. Constructio verborum, quoties hunc locum legi, me offendit. Forte hic versus parenthesi includendus est, (et tum *Proculeius* videtur vir bonus esse et legitimus hæres) vel pro *habet* legendum *hebes*, h. e. ad Venerem minus aptus, propter immoderatum ejus usum jam viribus exhaustus et enervatus. Ita et hæc verba vs. 40-44. ut reliqua inde a vs. 32. pendent a conj. *cum*, et vs. 44. signum interrog. ponendum. Vulgo verba vs. 42. eo sensu

NOTÆ

Massa] Plinius l. III. epist. 4. et l. VII. epist. ult. meminit hujus Bæbii *Massæ*, et adversus eum in Foro stetisse et dixisse se ostendit.

36 *Carus*] Metium *Carum* insignem fuisse delatorem innuit Plinius l. I. epist. 5. et l. VII. epist. 27. 'Nisi forte,' inquit, 'quod non fui, reus futurus, si Domitianus, sub quo hæc acciderunt, diutius vixisset. Nam in scrinio ejus de me datus a Caro libellus inventus est.' Martial. 'Ecce reum Carus te detulit.'

Thymele] Mima et saltatrix egregia, cui factum inde nomen nonnulli autumant a voce Græca θυμέλη, ara, et pulpitum Theatri.

Submissa] Ad conciliandam summi illius delatoris gratiam, deprecandumque ne deferret Latinum, Thymeles seu maritum seu amicum, ut volunt quidam.

Latino] Is velut conscius adulterii Messalinæ a Nerone occisus dicitur, apud vetus Schol. attamen adhuc vixisse sub Domitiano declarat Martial. l. I. epig. 5. ubi ad Cæsarem ait: 'Qua Thymelen spectas derisoremque Latinum, Illa fronte precor Carmina nostra legas.'

37 *Submoveant*] Scilicet ab hæreditate legitima.

Qui testamenta merentur noctibus] Stupratores et adulteri.

38 *In cœlum*] Vel ad summas opes: vel ad Imperatoriam gratiam et Dominum, alludendo ironice ad id quod Domitianus voluit se Deum appellari, cujus proinde Palatium *Cœlum* vocetur.

39 *Vetulæ beatæ*] Vel intellige de quavis divite anicula libidinosa: vel de illa Neronis amica, Poppæa nempe Sabina, quam amare fingens Otho Imperium adeptus est. Sueton. Othon. c. 3.

40 *Unciolam*] Minimam hæreditatis partem, nempe duodecimam.

Deuncem] As et libra in partes duodecim dividuntur. *Deunx* igitur significat libram, et assem, seu duodecim partes, una dempta, hoc est, hæreditatem fere integram.

Proculeius, Gillo] Uterque sane stuprator insignis, sed *Proculeius* multo salacior et libidinosior *Gillone*, quapropter dum hic fere nihil aufert, prope totum ille nanciscitur. Quod

Partes quisque suas ad mensuram inguinis hæres
Accipiat sane mercedem sanguinis, et sic
Palleat, ut nudis pressit qui calcibus anguem,
Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram.
Quid referam, quanta siccum jecur ardeat ira,
Cum populum gregibus comitum premit hic spoliator
Pupilli prostantis? et hic damnatus inani

cim uncias, quisque partem suam hæreditatis certe habeat pretium pro *sanguine, atque ita pallidus fiat, sicut qui serpentem calcavit nudatis pedibus, vel Orator recitaturus ad Lugduni aram. Quid dicam, quam magna iracundia ferveat hepar aridum, quando deprædator iste pupilli prostituti gravat plebem turba asseclarum?*

capiunt, ut sit concessio ironica, et mens poëtæ hæc: ego sane non invideo illis hæreditatem, sanguine et pallore partam.—42 *Accipiunt* 13. *sanguine* 19. 20. *at sic* 2. *inquit* pro *et sic* 39. a m. pr. non improb. Barth. Advers. XIII. 13. ut introducatur velut de tabulis loquens vetula testatrix. Sed oratio sic non bene fluit.—43 *Pallent* 13.—44. 46. et 47 ejecti e 13.—46 *premat* 10. 15. 17. 19. 20. 24-27. 45-50. 54-58. 60. 62. 64-68. 71-74. Id præferrem, nisi mox vs. 49. sequerentur *bibit* et *fruitur*.—47 *Pupilli plorantis* non male emend. Plathner coll. XV. 134. sqq. Sed mox vs. 50. idem verbum adhibetur, neque probabilis est hæc lectionis mutatio. *ac hic* 16. *at hic* 10. 11. 15. 17. 19. 20. 24-27. 45-50. 54-58. 60. 62. 64-68. 71-74. prob. Schurzfl.—

NOTÆ

vetularum notat horrendam libidinem. Aliqui intelligunt *Proculeium* Equitem Romanum virum pietate clarum, de quo Horat. Od. II. 2. 'Vivet extento Proculeius ævo.' Sed non ita videtur ad sensum procedere.

41 *Ad mensuram*] Ut quisque salax et libidinosus maxime, ita et maxime gratiosus vetulis, ac proinde per potiora legata ditissimus.

42 *Accipiat sane*] Permissio scoptica. Id est, fiat dives et locupletetur qui volet tam fœdo et turpi pretio.

43 *Palleat*] Viribus fractis et exhaustis immodica libidine.

44 *Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram*] Suetonius in Caligula, cap. 20. ait, Lugduni in Gallia Græcæ Latinæque facundiæ instituta ab eo certamina, in quibus victi victoribus darent præmia, eosque laudarent: et qui incondita scripta proposuisset, ea cogeretur spongia linguave delere, vel certe ferula objurgaretur, aut flumine mergeretur. Non ergo mirum si ex metu pœnæ pallebant illic dicturi Oratores.

45 *Quid referam*] Alias scribendæ Satiræ causas deinceps commemorat, et prioribus adjungit.

Siccum jecur] Præ calore arescens.

46 *Gregibus comitum*] Multitudine servorum et clientum.

Hic spoliator] Quilibet pupilli deprædator.

47 *Prostantis*] Eo redacti post amissam hæreditatem, ut corporis turpitudine quæstum faciat, victus habendi gratia.

Et hic] Quasi indigitat præsentem; et judiciorum corruptelam notat, novam iræ et Satiræ materiam et segetem.

Damnatus] Marius Priscus Afros

Judicio (quid enim salvis infamia numis?)
Exul ab octava Marius bibit, et fruitur Dis
Iratis; at tu victrix provincia ploras?
Hæc ego non credam Venusina digna lucerna?

Atque ille Marius extorris vano decreto condemnatus potat statim *post horam octavam, et gaudet infensis Numinibus; (Enimvero quid* est *dedecus, incolumi pecunia?) Sed tu luges,* o *regio superior.* An *ego ista non putabo mereri lychnum*

48 *Quid, quod obest jam salvis,* cet. 13. *nummis* al. et *νυμμος* monetæ species fuit in Græcia Magna. At rectius, opinor, *numis* scribitur conferturque Græc. *νόμισμα*, Lat. *numisma* s. *nomisma;* quorum tamen vocabul. prima syll. corripitur.—49-68 absunt ab 13.—50 *ac tu* 49.—52 *Heracleas* 1. 31. 32. al.

NOTÆ

Proconsul depeculatus fuerat: illis autem accusantibus, agente C. Plinio Secundo repetundarum damnatus est; et septingenta millia nummum, quæ acceperat, inferre Ærario, atque urbe Italiaque cedere jussus, ut fuse scribit ipse Plinius epist. II. 2.

48 *Judicio*] In quo licet damnatus sit Marius, expostulantibus Afris jus redditum non est, nec ablatæ opes restitutæ.

Quid enim salvis, &c.] Ironia indignationis plena.

49 *Ab octava bibit*] Impense lætatur reus exul, et ante alios epulis indulget, quasi insultans damnatoribus Romanis, et Afris victoribus.

Ab octava] Romæ lavabant hora octava, nona accumbebant mensæ, et cœnabant, Alex. ab Alex. l. v. c. 21. Ergo Marius aliis præibat. Vide quæ Sat. III. Persii, vs. 4. de die naturali et civili explicabimus: unde intelliges accipiendam hic horam octavam diei naturalis, quæ nobis quidem Francis est hora fere secunda pomeridiana.

Fruitur Dis iratis] Ab infensis ille Diis non punitus raptis gaudet et fruitur; infamiam vero parvipendit, quamdiu nummos habet salvos, et partem prædæ maximam, quæ exilium solatur laute victitando.

50 *Victrix provincia ploras*] Quamvis enim in judicio viceris, et reus sit mulctatus, jure doles, et ego stylum tenere nequeo, tam iniquum cernens judicium. Nec enim debebat rapti pars raptori manere, nec pars alia ærario attribui, sed omnia tibi restitui conveniebat.

51 *Venusina digna lucerna*] Digna quæ admota face, e tenebris promantur in lucem, et a me Juvenale reprehendantur, exemplo Lucilii et Horatii, qui sui sæculi corruptos mores defricuerunt Satirico sale. Vel, digna Satira nocturnis vigiliis et ad lychnum elucubrata, qualem scripsit Horatius, oriundus ex urbe Venusia: qui quidem fuit ad notandos mores præcipuus, ut ait Quintilianus x. 1. Persius Satir. I. 'Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico Tangit,' &c.

Venusina] *Venusia* urbs sita in Apuliæ Lucaniæque finibus, Horatii natalibus inclyta. Hinc ipse Vates Venusinus l. II. Sat. 1. 'Sequor hunc, Lucanus an Apulus anceps: Nam Venusinus arat finem sub utrumque colonus.'

Hæc ego non agitem? sed quid magis Heracleas,
Aut Diomedeas, aut mugitum Labyrinthi,
Et mare percussum puero, fabrumque volantem?

Venusinum? An ego ista non damnem? At cur potius referam *Heracleas, vel Diomedeas,* vel *mugitum Labyrinthi, vel mare verberatum* a *Juvene, et volantem ar-*

Herculeas 19. 24. *Herculeias* 14. 15. 17. 20-23. 26. 27. 45-48. 58.—54 *Aut*

NOTÆ

52 *Hæc ego non agitem*] An non insecter, et Satira non proscindam ejusmodi flagitia?

Quid magis Heracleas, &c.] An igitur malim et magis expedire credam fabulas texere?

Heracleas] Fabulas de Herculis laboribus et ærumnis, de quibus Diodorus Siculus v. 2. et sequentibus, et alii. Porro dictus Hercules quasi ἥρας κλέος, eo quod ex odio Junonis gloriam est adeptus, ut norunt omnes.

53 *Diomedeas*] Vel, de *Diomede* Thraciæ Rege equos suos humanis carnibus pascente, quem Hercules devictum suis ipsum equis in pabulum dedit. Vel, de *Diomede* Ætoliæ Rege, ejusque sociis in aves conversis, ut docent Plin. x. 44. Ovidius et alii.

Mugitum Labyrinthi] De Minotauro qui in Cretensi labyrintho inclusus mugiebat, et de Theseo monstri hujus interfectore, notæ Fabulæ ex Æn. vi. Diodor. Sicul. v. 5. Ovid. Metam. Plutarch. in Vita Thesei, et aliis.

Labyrinthi] Plin. xxxvi. 13. ait esse quoddam ædificii genus, quod itinerum ambages, occursus et recursus inexplicabiles continet, crebris foribus inditis ad fallendos occursus, redeundumque in errores eosdem. Addit porro ibidem quatuor fuisse Labyrinthos, primum in Ægypto, alterum in Creta, quem Dædalus construxit ad Ægyptii centesimam tantum proportionem. Tertium, in Lemno: quartum, in Italia: omnes lapide polito fornicibus contectos, &c. Herodotus l. ii. paulo ante finem Ægyptii Labyrinthi descriptionem habet egregiam.

54 *Mare percussum puero*] Historiam Icari altius volare tentantis, et solutis alis, liquefactaque Solis ardore cera, qua illæ adhærebant, decidentis in mare, quod exinde Icarium dictum est: estque pars maris Ægei, inter Samum et Myconem, inquit Plinius, iv. 11. in fine. Ovidius: 'Icarus Icarias nomine fecit aquas.' Horat. Od. iv. 2. 'Ille ceratis ope Dædalea Nititur pennis, vitreo daturus Nomina ponto.'

Fabrumque volantem] Dædalum Atheniensem artificem valde ingeniosum, plurium instrumentorum et machinarum inventorem, ut refert Plinius vii. 56. ubi et vela ab Icaro, malum et antennam a Dædalo reperta esse ait: unde fabulati sunt, sibi filioque suo Icaro alas fabricasse, quibus a Creta ille in Italiam evolavit, ut Minois iram effugeret. Ovid. Metam. viii. Virg. Æn. vi. 14. Horat. Od. i. 3. 'Expertus vacuum Dædalus aëra Pennis non homini datis.' Eusebius vero, propter investigabilem fugam Dædali et Icari, qui navi Minoëm iratum effugerunt, volando fugisse creditos affirmat.

Cum leno accipiat mœchi bona, si capiendi
Jus nullum uxori, doctus spectare lacunar,
Doctus et ad calicem vigilanti stertere naso;
Cum fas esse putet curam sperare cohortis,
Qui bona donavit præscpibus, et caret omni

chitectum? Quando leno facultates mœchi nanciscitur, dum uxori jus nullum restat eas *possidendi, peritus suspicere laquear, gnarus etiam ad pocula rhonchos emittere naribus experrectis: quando expectare catervæ regimen licere credit* is *qui stabulis opes dedit, et omnino non habet patrimonium a majoribus;*

20. 26. *perculsum* 15.—55 *bona mecchi* 15. *sit capiendi* 77. 81. *sed capiendi* 29. Mutavi distinctionem, ut et versus 55-62. et vss. 64-68. pendeant a vs. 63. Oratio, etiam abrupta illa in vs. 64. egregie affectui convenit indignationis, quem totus hic locus totaque pæne Satira spirat; oratorem tamen magis, quam poëtam decere videtur, inpr. ob frequentissimam repetitionem conjunct. *cum*.—57 *sternere* 7. 21.—58 *putat* 26. *spectare* 7. 22. 23. a m. pr. 24.—

NOTÆ

55 *Cum leno accipiat mœchi bona*] Cum video fraudem fieri Legi Domitianæ, et quasi per fideicommissum adulteri bona venire nihilominus ad adulteram, ut ait vetus Schol.

Si capiendi jus nullum uxori] Sueton. c. 8. Domitian. 'Ademit,' inquit, 'probrosis fœminis jus capiendi legata, hæreditatesque.' Quid ergo? Maritus qui suam uxorem quæstus causa prostituerat, ipse ab adultero scribebatur hæres, et mœchi bonis succedebat, quibus alioqui succedere per legem non licebat suæ uxori.

56 *Doctus spectare lacunar*] Connivere, alio aspicere, ebrietatem et somnum fingere peritus, ut locum det atque opportunitatem mœcho exercendarum libidinum cum uxore sua, etiam se præsente. Horat. Od. III. 6. 'Sed jussa coram non sine conscio Surgit marito, seu vocat institor, Seu navis Hispanæ magister; Dedecorum pretiosus emptor.'

57 *Vigilanti stertere naso*] Doctus rhonchos edere etiam cum est maxime experrectus et vigil. Cœl. Rhodigin. XII. 16. locum hunc belle explicat: ibidemque meminit cujusdam Cepii, qui pararhenchon dictus, quod dormientem simularet, quo impunitius uxor mœcharetur: unde illud, *Non omnibus dormio.*

58 *Curam sperare cohortis*] Præfecturam Prætorii: vel, ut ait Vetus Schol. *militum Tribunatum.* Porro cohors peditibus constabat 550. equitibus vero 66. ut aiunt: eratque legionis pars decima. Testis Gellius XVI. 4. ubi sic habet: 'In legione sunt centuriæ sexaginta, manipuli triginta, cohortes decem.' Vide Alex. ab Alex. I. 5.

59 *Qui bona donavit præsepibus*] Quidam explicant, qui libidinibus et lupanaribus suas facultates impendit. Melius tamen videntur alii intelligere eum qui alendis equis bona dilapidavit, sive ille fuerit Tigellinus, qui Neroni ab intimis libidinibus fuisse refertur, et Prætorianarum cohortium Præfectus. Tacitus Annalium l. 14. et pariter sequentibus Libris, item Histor. I. sive Cornelius Fuscus, qui quidem puer auriga Neronis fuerat, postea vero sub Domitiano, ut testatur abunde Suetonius, Prætorio est præfectus, quæ omnia hic

Majorum censu, dum pervolat axe citato
Flaminiam: (puer Automedon nam lora tenebat,
Ipse lacernatæ cum se jactaret amicæ)
Nonne libet medio ceras implere capaces

quando viam *Flaminiam percurrit veloci rheda: etenim juvenis Automedon regebat fræna, quando se ille ostentabat amasiæ chlamydatæ. An non juvat replere ceras amplas* in *mediis plateis: quando nunc portatur collo sextuplici,*

59 *damnavit* 22.—60 *cum pervolat* 11. *axe rotato* 29.—61 *Flamineam* 21. 22. 65. *Flamminiam* 17. *Flammineam* 45. *Autumedon* 23. 24. 26. *Authomedon* 20. 21. 22. 45. *Authimedon* 16. *Autromedon* 14.—62 *dum se* 11. 24. 45.—

NOTÆ

conveniunt: sive Damasippus, de quo Satir. VIII. &c.

Caret omni majorum censu] Nullas habet opes a majoribus acceptas, qui proinde pauperes erant et obscuri. Horat. ad Pisones. 'Census equestrem Summam nummorum.'

60 *Dum pervolat axe citato Flaminiam*] Cum ad Imperatoris villam celeriter currum agit: quippe ad viam Flaminiam illa sita erat.

61 *Flaminiam*] C. Flaminius Consul, M. Lepidi collega, Ligurum victor, viam stravit ab urbe per Thusciam Umbriamque ad Ariminum. Strabo l. 5.

Puer Automedon] Currum Neronis, ut dictum est, rexit Fuscus, ut Achillis *Automedon*, Virgil. Æn. II. Quapropter hic ponitur pro quolibet auriga nobili. Quod Juvenalis indignabundus dicit in Romanos adolescentes e prima nobilitate, qui exemplo Neronis aurigandi studium sectabantur, Sueton. Neron. c. 22. Juv. Sat. VIII. 'Ipse rotam stringit multo sufflamine Consul.'

62 *Ipse lacernatæ cum se jactaret amicæ*] Satirice habitu virili fœminam describit, inquit Vetus Schol. At vulgo indigitari putatur juvenis Sporus, qui Neroni pro uxore fuit, cum dote et flammeo deductus, et Augustarum ornamentis excultus, Sueton. Neron. c. 28.

Lacernatæ] Lacerna vestis exterior supra togam indui solita, ad propulsandum imbrem et frigus. Hac utebantur milites potissimum in castris. Plin. XVIII. 25. Ovid. 2. Fastorum. 'Mittenda est domino (nunc nunc properate puellæ) Quamprimum nostra facta lacerna manu.' Quibus verbis Lucretia hortatur urgetque ancillas, ut maturent contexere *lacernam* Tarquinio Collatino conjugi suo Ardeam obsidenti mittendam. In spectaculis etiam *lacerna* utebantur præsertim candida. Alex. ab Alex. v. 18. Martial. Epig. XIV. 137. 'Amphitheatrales nos commendamur ad usus, Cum tegit algentes nostra lacerna togas.' Porro narrant quendam nomine Horatium, cum solus spectaculis interesset *lacerna* indutus nigra, ceteris alba coopertis, cadente subito nive, concolorem aliis derepente factum. Unde Martial. Epig. IV. 2. 'Spectabat modo solus inter omnes Nigris munus Horatius lacernis; Cum plebs, et minor ordo, maximusque Sancto cum duce candidus sederet, Toto nix cecidit repente cœlo, Albis spectat Horatius lacernis.' *Lacernas* vero honoris causa depositas, testis Sueton. Aug. c. 40. et Claud. c. 6.

63 *Nonne libet medio, &c.*] Passim

Quadrivio? cum jam sexta cervice feratur
Hinc atque inde patens, ac nuda pæne cathedra,

[i] *Hinc et isthinc apparens, atque sella prope denudata necnon magnopere repræ-*

64 *Quadruvio* 14. 16. 17. 20.—65 *et nuda* 15.—66 *Mecenate* 46. 60. *Mecænate*

NOTÆ

occurrente justæ indignationis et Satiræ materia, in plateis per urbem ambulanti mihi. Vel, in ipso populi tumultu medio, in quadriviis, facile Satiras scribam, nec animi tranquillitatem et secessum requiro, ut alias fieri solet, adeo copiosa seges est, et justa indignatio verba et versus abundanter suggerit.

Ceras *implere capaces*] Libros integros implere, seu amplas tabulas ceratas, in quibus Antiqui scribebant, ut docet Priscianus, et alii. De membranis et papyro Plin. XIII. 11. et 12.

64 *Quadrivio*] Locus est publicus in quem viæ quatuor concurrunt.

Cum jam sexta cervice feratur] Cum superbe incedat, et vehatur hexaphoro, seu lectica sex famulis gestata homo flagitiosus, et jam delicatus, qui pauper olim et abjectus erat. Quis vero ille? An Tigellinus, a quo feruntur patrui tres veneno sublati, corrupta illorum testamenta, et occupata hæreditas? An M. Regulus bipedum nequissimus, ut Plinius ait, condendis falsis tabulis et testimoniis famosus; qui ex paupere et tenui ad magnas opes per flagitia processit, &c. Plin. l. II. Ep. 20.

65 *Hinc atque inde patens*] Aperta ex utroque latere lectica, se ostentans. Non pigebit multa hic de lectica observare cum erudito Justo Lipsio, Electorum I. 19. Mitto quod mortuis æque ac vivis ferendis in usu fuerit: quodque videatur e Bithynis aut Cappadocibus petita. Tull. in Verrem 5. 'Nam ut mos fuit Bithyniæ regibus, lectica octophoro ferebatur,' inquit, 'in qua erat pulvinus pellucidus, rosa fartus.' At quod ad rem præsentem magis facit, duplex erat lectica: altera aperta, de qua hic Juvenalis; altera tecta, contra injurias aëris, et hominum aspectum. Hanc Plinius XXXVII. 2. *cubiculum viatorium* vocat; loquens de Nerone, 'Sceptra, personas, et cubicula viatoria unionibus construebat,' inquit. Et Sueton. Octav. c. 78. narrat Augustum, cum per vicos deportaretur, somni indigentem, deposita lectica, interdum per aliquas moras dormivisse. Erat porro lectica tecta velo et pelle munita, plagulis ad fenestras appositis, quas removere fas erat cum libebat prospicere volenti. Patet ex Sueton. Tit. c. 10. 'Cum lectica transferretur, suspexit dimotis plagulis cœlum.' Et Martial. l. II. Epig. 99. 'Lectica nec te tuta pelle, veloque, Nec vindicabit cella sæpius clausa.' Aufidius Bassus de morte Ciceronis in lectica tecta interfecti, 'Cicero paulum remoto velo, videns armatos, Ego vero consisto, ait: accede Veterane, et si hoc potes saltem recte facere, incide cervicem.' Hæc ille. Lectica qui vehebatur jacebat in pulvino resupinus. Patet ex loco Ciceronis in Verrem citato. Item Ovid. I. de Arte. 'Interea sive illa thoro resupina feretur, Lecticam dominæ dissimulanter adi.' Lecticam soli homines portabant qui lecticarii servi dicebantur: nunquam vero jumenta. Unde lævam mentem et supinum er-

Et multum referens de Mæcenate supino
Signator, falso qui se lautum, atque beatum
Exiguis tabulis, et gemma fecerat uda?

sentans delicatum Mæcenatem, iste *subsignator falso*, *qui sese reddidit sumtuo-*

45. *Mecœnate* 27. 47. 49. 50. 63. 64. 71. 78. 77. *Mœcenate* 61. 62. Sed *Μαικήνας* dicitur.—67 *flere* pro *falso* 16. *Signator falso*, *qui* cet. distinxere Prat. Grang. Hennin. et alii, auctoribus Turnebo (Advers. xxviii. 24.) et Gronovio (Obss. ii. 24.), ut *signator falso* scil. testamento dictus sit, qui suppositítium obsignaverit testamentum, signator in falsis tabulis. Meo qualicumque judicio hæc locutio durissima est, et vulgaris distinctio præferenda. Suspicari tamen possis, poëtam scripsisse *Signator falsus*, ut Sallust. b. Cat. 16.—

NOTÆ

rorem exprobrat Just. Lipsius Lambino, qui in vita Ciceronis scribit: 'Ille autem militum adventu ex strepitu et rumore cognito, primum consistere servos et jumenta jussit, deinde aperta lectica,' &c.

Nuda pæne cathedra] Undique patente, adeo ut et pulvinus appareret, et ipse in pulvino molliter recumbens. Attamen Lipsius loco mox citato sellam hic putat a Juvenale intelligi, quam a lectica distinguendam ibidem docet, et duplicem pariter fuisse, aliam potentiorum, quæ laxior et a sex etiam hominibus ferebatur; aliam tenuiorum, quæ minuta et arctior, et a duobus servis portabatur facile, cum in circum aut theatrum ibant; unde et gestatoria sella vocatur, ad sedentariæ sellæ discrimen.

66 *Multum referens*] Magnam habens similitudinem cum delicatulis et luxu perditis.

Mæcenate supino] Seneca Epist. 114. orationem Mæcenatis æque solutam dicit atque ipse discinctus. Juvenal. Satir. xii. 39. 'vestem Purpuream teneris quoque Mæcenatibus aptam.' Horat. Satir. i. 2. *Malthinum* vocat, quasi *μαλθακὸν* aut *μαλθάκινον*, id est, mollem et effœminatum. 'Malthinus tunicis demissis ambulat.'

Supino] Molli et delicato, vestium elegantiam sectanti. Martial. l. ii. Epig. 6. 'Nusquam deliciæ supiniores.' Pers. Satir. i. ad finem. 'Italo quod honore supinus,' &c.

67 *Signator, falso, &c.*] Testamentorum corruptor. Pædianus, *signatores* seu testes septem testamentis, item in causis, subscribere et sigillum apponere oportebat, ait.

68 *Exiguis tabulis*] Brevibus testamentis, in quibus cum ipse se unum falsarius ex asse hæredem scriberet, multa non erat scriptio, ut in aliis, quibus legata plurima et varia diversis attribuuntur. Juvenal. Satir. 12. 'Atque omnia soli Forsan Pacuvio breviter dabit.'

Gemma uda] Annulo signatorio, vel effigiata annuli *gemma*, qua plurimi obsignabant; madefacta vero, ad faciliorem in cera signaculi impressionem. Macrob. vii. 13. 'Veteres,' inquit, 'non ornatus sed signandi causa annulum secum circumferebant.' Et paulo post; 'imprimebatur autem sculptura materiæ annuli, sive ex ferro, sive ex auro foret: postea usus luxuriantis ætatis signaturas pretiosis gemmis cœpit insculpere; ut etiam de augmento pretii, quo sculpendos lapides parassent gloriarentur,' &c.

69 *Occurrit matrona potens*] Alia rursum Satiræ materia, uxores quæ viros veneno interficiunt, et impune quidem. Tit. Liv. viii. 18. narrat veneficium complurium matronarum deprehensum, quarum multæ epotis

Occurrit matrona potens, quæ, molle Calenum
Porrectura, viro miscet sitiente rubetam,
Instituitque rudes melior Locusta propinquas
Per famam et populum nigros efferre maritos.
Aude aliquid brevibus Gyaris et carcere dignum,

sum ac opulentum brevibus codicillis, atque lapillo humido? fit obvia matrona dives, quæ marito sitienti propinatura Calenum dulce, admiscet rubetam; et cognatas ignaras docet peritior Locusta, inter rumorem et plebem, sepelire conjuges atros. Perpetra quiddam grave, quod *mereatur arctam Gyarum et vincula, si cupis haberi*

68 *ac gemma* 22. *fecerit* 21. 25. 26. 49. 57.—69. 70 *quæ molle Calenum, Porrectura virum, miscet sitiente rubeta* corrig. Plathner, ut *sitiens rubeta* sit torrefactum ejus intestinum, quo sensu terra arida Virgilio *sitiens* dicatur, et *porrectura* pro interfectura, quoniam mortui olim in vestibulo ædium pedibus in publicum porrectis (ad januam versis) collocati sint, et *porrecti* inde vocati. Cf. Catull. LXVII. 6. Casaub. ad Pers. III. 103. sq. et Kirchman. de fun. Rom. I. 12. Sed vulgata lectio bene se habet, et explicationem distinctione adjuvi. —71. 72 in 13. contracti in unum: *Instituitque rudes nigros efferre maritos. propinquos* 22. a m. pr.—73 Fuere, qui perperam post *brevibus* comma ponerent.—

NOTÆ

medicaminibus statim perierunt: legem de Veneficio tunc primum constitutam: damnatas fuisse ad centum et septuaginta: rem denique prodigii loco habitam.

Calenum] Vinum e *Cale* oppido Campaniæ, seu ex agro *Caleno*, in quo etiam aquæ scaturiunt quæ vini modo temulentos faciant, teste Plinio, II. 103. Campaniam vero celebratam vino generoso, testantur cum aliis, Strabo l. V. Plin. III. 5. ubi et felicem illam vocat vitiferis collibus, et summum Liberi patris cum Cerere certamen.

70 *Rubetam*] Venenum e *rubeta*, de quo Plinius pluribus locis. Ranæ *rubetæ*, ἀμφίβιοι, vel in terra vel in humore degunt. In *rubetis* maxime et humidis sentibus; unde nomen ductum putatur: plurimis sunt refertæ medicaminibus, quæ deponere et resumere quotidie pastu dicuntur, venena tantum sibi reservantes. Propertius l. III. eleg. 6. ‘ Illum turgentis ranæ portenta rubetæ Et lecta exectis anguibus ossa trahunt.’

71 *Locusta*] Venefica fuit insignis, cujus ope Claudium Imperatorem Agrippina de medio sustulit, ut quidam autumant, et auctor est Cornel. Tacit. Annal. l. XII. ad finem. Vide Sueton. Claud. c. 44. Hanc ipsam familiariter Nero adhibuit, ejusque venenis Germanicum interemit. Vetus Schol. Suetonius, Nero. c. 33. et alii.

72 *Per famam et populum*] Non clam, ut Locusta, de qua mox, sed palam et fama rei adeo vulgata, ut nemo populi ignoraret.

Nigros maritos] Tabe et lue, atque idcirco colore livido, plumbeo, atro infectos, ob sanguinem veneno corruptum.

Efferre] Exportare ad rogum et ad tumulum. Vox funeri propria.

73 *Aude aliquid brevibus Gyaris*] Si vis Romæ esse potens, fac digna exilio et carcere. Nam per scelera duntaxat jam opes et dignitates acquiruntur.

Gyaris] *Gyaros* Insula maris Ægei, una e Cycladibus. Plin. IV. 12. et VIII. 29. in freto Siculo ab aliis statuitur.

Si vis esse aliquis: probitas laudatur, et alget.
Criminibus debent hortos, prætoria, mensas,
Argentum vetus, et stantem extra pocula caprum.

aliquis. Virtus æstimatur, atque friget. Debent hortos sceleribus, Prætoria, mensas, argentum priscum, et hircum e calicibus prominentem. Ecquem sinit quiescere depra-

74 *aliquid*, h. e. magnum, vel eximium quid, 10-17. 19-25. 28. 45-60. 64. 65. et duo Mss. viri docti in Miscell. Obss. crit. Vol. v. T. II. p. 265. qui etiam laudat glossas Mss. *si vis esse alicujus pretii*. Cf. inf. III. 230. Catull. I. 4. Cic. ad Att. IV. 2. ad Div. VI. 50. et de Divin. c. 15. Sic et εἶναί τι, et contra εἶναι μηδὲν, vel οὐδὲν, ut apud Plat. Apol. Socr. c. 33. Καὶ ἐὰν δοκῶσί τι εἶναι, μηδὲν ὄντες, et alios, passimque in Novo Test. Vid. Schleusneri Lexic. N. T. Vol. II. p. 1024. Hindenburg. Obss. ad Xenoph. Mem. Socr. I. c. 4. § 14. Heins. et Burm. ad Ovid. Ep. Her. XII. 31. Sententia est eadem, sed doctior

NOTÆ

Certe hæc solo sterili et rupibus horrens, ac proinde gravioribus destinata exiliis. Apud Cornelium Tacitum Annal. l. III. Gyarum Insulam immitem et sine cultu hominum vocat Tiberius: et ibidem paulo ante: *In Gyarum Insulam relegandum Silanum Piso censet*. *Brevem* et angustam vocat Juvenalis, et Plin. citato loco l. IV. circuitu duodecim millia passuum continere dicit. Alii intelligunt, brevia et syrtes Gyaro inesse.

74 *Esse aliquis*] Celebrari, nominari, memoriam et commendationem adipisci. Pers. Satir. I. ad finem. 'Sese aliquem credens.'

Probitas laudatur, et alget] Egregia sententia. Innocentia quidem et integritas laudes habet a quovis etiam improbissimo, sed non perinde colitur: ea quippe infortunata, misera jacet, dum viri flagitiosi passim locupletari et aliquid posse cernuntur.

75 *Criminibus debent hortos, &c.*] Villas amœnas habent et prædia, in mercedem flagitiorum sibi donata.

Prætoria] Ædes Prætore non indignas, id est, magnificas et splendidas. Martialis l. 10. Epig. 79. 'Ad lapidem Torquatus habet Prætoria quartum, Ad quartum breve rus emit Otacilius.' Sueton. Tit. c. 8. cuncta *Prætoriorum* suorum ornamenta operibus ac templis destinavit.

Mensas] Eas quidem pretiosas ex argento, ebore, citro, marmore, &c. quarum sumtus regerebant viris fœminæ, dum fœminis viri margaritarum luxum exprobrabant. Plin. XIII. 15.

76 *Argentum vetus*] Vasa argentea veteris artificii, vel ab artifice antiquo magni nominis fabricata, insculpta.

Stantem extra pocula caprum] Vasa et pocula signis affabre incisis cœlata. *Poculum* in quo sculptus *caper* tam artificiose et egregie, ut extare videatur. In calicibus olim cœlabant vulgo *caprum*, vitibus scilicet noxium, arrodentem palmites. Hinc Ovid. Fast. I. 'Rode caper vitem: tamen hinc, cum stabis ad aram, In tua quod spargi cornua possit, erit.' Vel etiam effictus Phryxus *Capro* seu *Arieti* velleris aurei insidens et mare tranans cum sorore Helle. De quibus Martial. l. 8. Epig. 51. *De Phiala Rufi*. 'Stat caper Æolio Thebani vellere Phryxi Cultus; ab hoc mallet vecta fuisse soror. Hunc nec Cinyphius tonsor violaverit; et tu Ipse tua pasci vite Lyæe velis.'

Quem patitur dormire nurus corruptor avaræ,
Quem sponsæ turpes, et prætextatus adulter?
Si natura negat, facit indignatio versum,
Qualemcumque potest, quales ego, vel Cluvienus.
Ex quo Deucalion nimbis tollentibus æquor

ruptor avaræ nurus? quem infames conjuges, et adulter prætextam gerens? Etsi deneget natura carmen, ira efficiet, quale quale valebit: sicut ego, aut Cluvienus facimus. *Ab* eo tempore, *quo Deucalion, mari imbribus intumescente, navicula*

lectio nostra.—78 *turpes sponsæ* 21. 22. *sponsi turpes* 11. et codex Ms. Marii Nigri, qui hanc lect. probavit ad Ovid. Am. I. 14. 33. Eandem prætulit Schurzfl. ut designentur *οἱ τερατευόμενοι* et cinædi.—79 *versus, Qualescumque potest* 19.—80 *Cluviennus* 17. *Cluvieus* 22. a m. sec. *Clivienus*

NOTÆ

77 *Quem patitur dormire, &c.*] Quis Satyricus otiosus manere queat, et tacere, videns grassari incesta, aliaque infanda flagitia?

Nurus corruptor avaræ] *Nurum* pecuniæ avidam pretio corrumpens ipse socer, et ad scelus impellens et adulterium cum pueris, ut vult Calderinus, item Mancinellus.

78 *Sponsæ turpes*] Pueri viris nubentes; ut supra diximus de Sporo quem Nero velut uxorem duxit. Sueton.

Prætextatus adulter] Nobilis juvenis adhuc prætextam habens, ac proinde annum ætatis decimum sextum nondum adeptus, et jam adulteriis corruptus, allicientibus illis nuribus improbissimis, ut dictum est, ex impulsu vel soceri vel mariti pæderastiâ laborantium. De prætexta porro vide quæ dicturi sumus ad Persii Satiram v. 30.

79 *Si natura negat*] Cicero pro Archia Poëta, ait, ceterarum rerum studia præceptis et arte constare, at Poëtam natura ipsa valere, mentis viribus excitari, et quasi divino quodam spiritu inflammari Horat. ad Pisones. 'Natura fieret laudabile carmen, an arte, Quæsitum est. Ego nec studium sine divite vena, Nec rude quid prosit video ingenium.'

80 *Quales ego*] Adverte Juvenalis modestiam, qui comparat se ipse cum insulso Poëta.

Cluvienus] Hunc ineptum Versificatorem sui sæculi carpit, quemadmodum Virgil. in Bucol. 'Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Mævi.'

81 *Ex quo Deucalion*] Invalescentia passim a diluvii tempore vitia, sunt materia nostri Satirarum libri.

Deucalion] Thessaliæ Rex, sub quo dicitur contigisse diluvium. Fabula lippis ipsis et tonsoribus non incognita: egregie vero narrata Ovid. Metamorph. I. Justinus lib. 2. 'Amphyctionis temporibus,' inquit, 'aquarum illuvies majorem populorum Græciæ partem absumsit. Superfuerunt, quos refugia montium receperunt, aut qui ad Regem Thessaliæ Deucalionem ratibus evecti sunt: a quo propterea genus humanum conditum dicitur.' Hoc refertur ad sæculum mundi vigesimum sextum: at annis ante illud fere trecentis aliud fuit sub Ogyge Thebanorum rege diluvium majus Deucalioneo. *S. Aug. de Civitate.*

Nimbis tollentibus æquor] Augentibus mare repentinis imbribus. Unde est decantata illa aquarum in Græciâ eluvio: de qua Poëtæ quidem id omne fabulati sunt, quod de vera uni-

Navigio montem ascendit, sortesque poposcit,
Paulatimque anima caluerunt mollia saxa,
Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas:
Quicquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,
Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli.
Et quando uberior vitiorum copia? quando
Major avaritiæ patuit sinus? alea quando

evasit in *montem, et petivit oraculum, atque lapides mollescentes sensim a spiritu calorem habuerunt; et Pyrrha masculis exhibuit puellas nudas: quodcumque homines* exinde *faciunt; desiderium, metus, iracundia, oblectatio, lætitia, discursationes*, hæc *est farrago libri nostri. Ecquando* vero *major* fuit *abundantia scelerum? Quando avaritiæ amplior sinus apertus est? quando alea tales habuit vires?*

45. *et* pro *vel* 17.—82 *sortemque* 26.—83 *animas caluerunt mollia saxa* 12. 16. 23. 25. 46. 47. 48. 57. 58. 59. et tres codd. scripti Nic. Heinsii, qui hanc lect. defendit et exemplis firmavit ad Ovid. Met. VI. 312. sed et conj. *Paulatim inque animas caluerunt m. saxa. caruerunt* 13.—85 *agant* 15. 19. 49.—86 *est* extrusum e 19. *et* pro *est* 77. *nostri farrago libelli est* 61. 62. 63.

NOTÆ

versi orbis inundatione a Mose descripta vel legerant vel audierant.

82 *Navigio montem ascendit*] Parnassum scilicet, ut ait Ovidius Metamorphos. I. Fab. 7. ‘Hic ubi Deucalion (nam cetera texerat æquor) Cum consorte thori parva rate vectus adhæsit.’

Sortesque poposcit] Horat. ad Pisones. ‘Dictæ per carmina sortes.’ ‘Themidis, quæ ante Apollinem responsa dabat,’ inquit Vetus Schol. oraculum consuluit, quo pacto reparari genus humanum posset. Ovid. ‘Dic, Themi, qua generis damnum reparabile nostri Arte sit,’ &c.

83 *Anima caluerunt mollia saxa*] Lapides animati sensim et calorem vitalem concipientes sunt in homines transformati.

84 *Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas*] E lapidibus a se projectis *Pyrrha* fœminas ostendit subito formatas, ideoque nudas; sicut in mares evadebant saxa a Deucalione retro jactata.

Pyrrha] Deucalionis uxor. Horat. Lib. I. Od. 2. ‘Terruit gentes, grave ne rediret Sæculum Pyrrhæ nova monstra questæ.’

85 *Quicquid agunt homines*] Male scilicet, et ex pravis animi affectibus.

Votum] Habendi cupiditas.

Timor, ira, voluptas, &c.] Vide Tusc. q. 4. n. 12. et seq.

86 *Discursus*] Vel hominum inconstantiam animi, vel casus varios notat; imo et labores ad opes aut dignitates parandas.

Farrago] Est proprie quod ex pluribus satis mixtum pabuli causa jumentis datur. Festus.

88 *Sinus*] Laxitas, amplitudo, licentia. Metaphor. a velis, quæ sinu modo ampliori modo contracto ventum excipiunt, ut navigantibus libuerit et commodum fuerit.

Alea] Persius Satir. v. 57. ‘Hunc alea decoquit.’ Vide quæ nos ibidem.

Hos animos? Neque enim loculis comitantibus itur
Ad casum tabulæ, posita sed luditur arca.
Prælia quanta illic dispensatore videbis
Armigero! Simplexne furor sestertia centum
Perdere, et horrenti tunicam non reddere servo?
Quis totidem erexit villas? quis fercula septem

nam nec comite crumena jam *pergitur ad tabellæ fortunam; verum luditur capsa deposita. Quam magna certamina hic aspicies administrante armorum portatore? An vulgaris* est *insania deperdere centum sestertia; et vestem non restituere algenti famulo? Ecquis tot villas extruxit? Quis avorum clam epulatus est dapibus septem?*

67. 71. 72. 73.—89 *nec* 15.—90 *causam* 16. 47. 58. *plena* pro *posita* 2. in interstitio: *quoque* pro *sed* 16. *archa* 21. 22. 24.—91 abest a 13. *illinc* 22.—92 *Quis furor est? simplexne furor talia centum* 13. *sextertia* 19. 21. 22. 24.—93 *algenti* pro *horrenti* 22. a m. sec. *tradere* 26.—94 *et fercula* pro *quis f.* 13.—

NOTÆ

89 *Neque enim loculis, &c.*] Non jam modica pecunia fortuito ludo exponitur, sed ingens, et totum fere patrimonium.

Loculis] Crumena, capsula. Metonym. pro exigua summa in loculis contenta.

90 *Ad casum tabulæ*] Ad aleam, quæ in abaco lusorio, seu in tabula conjicitur. Hanc sic amasse Claudius imperator dicitur, ut et de ea librum conscripserit. Sueton.

Posita arca] Depositis fortunis omnibus luditur, nihilque immune ab aleæ ludibrio: quasi ipsa arca rem omnem familiarem includens ad ludum affertur.

91 *Prælia quanta*] Quot vero jurgia, rixæ, et contentiones ludum sequuntur. Alii intelligunt rixam inter servum et herum ludentem; hic nimirum amissis omnibus, quæ attulerat, etiam famulo vult detrahere tunicam, quam exponat aleæ, sperans amissa tandem recuperare: ex more ludentium.

Dispensatore armigero] Servo subministrante ludi instrumenta, pecuniam, tesseras, alveolum, &c. sicut armiger parat portatque domino bellatori, arma, &c.

92 *Simplexne furor*] An non hæc insania est supra vulgarem et communem, in alea decoquere omnia?

Sestertia centum perdere] Magnam summam, ingentem pecuniæ vim, uno tali jactu disperdere, v. g. centum millia sestertium; vel simpliciter centum sestertia, quæ valent singula sestertios mille, id est, denarios 225.; seu viginti quinque coronatos, qui singuli valent triginta quinque solidos, ad monetæ Gallicæ æstimationem. Budæus, *de asse*. Vide Plin. III. 3.

93 *Horrenti*] Algenti, et præ frigore trementi, spoliato nempe tunica sua, quam in ludo herus perdidit etiam, ut dictum mox: nec aliam reddidit indigenti servo. Vel simplicius intellige de lusore, qui impendit in aleam grandes pecunias, et vix famulo vestem necessariam suppeditat. Pers. Satir., I. 'Scis comitem horridulum trita donare lacerna.'

94 *Quis totidem erexit villas*] An olim impensæ tot fiebant, ut nunc, in insanis substructionibus? quod ait

Secreto cœnavit avus? Nunc sportula primo
Limine parva sedet, turbæ rapienda togatæ.
Ille tamen faciem prius inspicit, et trepidat, ne

Jam in *primo aditu exiguum adest munus a frequentia togata auferendum. Attamen iste vultum antea intuetur, et tremiscit ne accedas suppositititus, atque petas*

95 *Secreto cænavit avus sub tempore prisco* 13. ejectis vss. 96-109.—98 *Suspectus*

NOTÆ

Tullius pro Milone, loquens de P. Clodii fundo.

Fercula septem] Solemnis apparatum convivii, apud Veteres, numerum ferculorum apud varios diversum, pompam et luxum in iis inferendis: vide Gen. dier. Alex. ab Alex. v. 21.

Quis fercula septem secreto cænavit avus] Quis e nostris majoribus lautas instruxit epulas clam, et inter privatos parietes? illi certe in atriis et palam cœnabant frugaliter et parvo contenti. Valer. Max. II. 5. n. 5. 'Fuit illa simplicitas Antiquorum,' inquit, 'in cibo capiendo, ut maximis viris prandere et cœnare in propatulo verecundiæ non esset: nec sane ullas epulas habebant, quas populi oculis subjicere erubescerent: erantque adeo continentiæ attenti, ut frequentior apud eos pultis usus, quam panis esset.'

95 *Nunc sportula primo, &c.*] Olim exhibebatur convivium et publice quidem egenis clientibus; at nunc divites epulantur quidem ipsi privatim, asseclis autem vix munus exiguum distribui in atrio jubent. Domitianus tamen multa novans sportulas publicas sustulit, revocata cœnarum rectarum consuetudine, teste Suetonio, Domitian. cap. 7.

Sportula primo limine parva sedet] Loco cœnæ rectæ, id est, plenæ, integræ, lautæ, pridem exhiberi solitæ clientibus, pro impensis officiis erga patronos, datur nunc solummodo sportula, ex Edicto Neronis, ut testatur Suetonius, pecuniaria quidem, ut ait Turneb. XX. 8. Alex. ab Alex. v. 24. Martial. Epigram. III. 7. et dum justa in pauperes munificentia abrogatur, omnia in luxum ac libidines effunduntur.

Sportula] *Sporta* et *sportella* receptaculum est munerum, inquit Ascon. Pæd. metonym. Pro dato munere ponitur, sive pecunia sit, sive obsonium, et cibus, quæ dabantur olim in sporta, quæ proprie fiscella est et corbis e sporto herba, unde nomen.

96 *Parva*] Quæ centum erat quadrantum duntaxat. Turneb. et Alex. ab Alex. loco mox citato. Martial. Epigramm. III. 7. 'Centum miselli jam valete quadrantes.' Et x. 75. 'Sportula nos junxit quadrantibus arida centum.'

Rapienda] Certatim præripienda; timentibus singulis ne ultimo sibi, ut fit aliquando, nihil sit residuum.

Turbæ togatæ] Quoniam tenniorum toga erat, vestis nimirum vilior: hinc significat hic Clientes, qui mane Patronos salutant, deinde ad forum comitantur, et officia sua præstant, in mercedem vero postea ad cœnam vocantur ab ipsis Patronis, aut sportulam auferunt. Martial. Epigr. x. 18. 'Nec vocat ad cœnam Marius, nec munera mittit:—Heu quam perfatuæ sunt tibi, Roma, togæ.'

97 *Ille tamen faciem prius inspicit*] Is qui sportulis erogandis est a divite aut patrono præfectus; quem balne-

Suppositus venias, ac falso nomine poscas.
Agnitus accipies: jubet a præcone vocari
Ipsos Trojugenas. Nam vexant limen et ipsi
Nobiscum. Da Prætori, da deinde Tribuno.
Sed libertinus prior est: prior, inquit, ego adsum.
Cur timeam, dubitemve locum defendere, quamvis
Natus ad Euphraten, molles quod in aure fenestræ

titulo mendaci. Cognitus percipies. Per præconem acciri imperat ipsos Trojanos. Etenim ipsi etiam nobiscum premunt atrium. Largire Prætori, postea largire Tribuno. At libertinus anterior est. Ego anterior adsum, ait. Quare metuam vel trepidem meum *locum tueri, etsi ortus prope Euphraten, quod* quidem *quamvis*

15. *et falso* 17. 19. 20. 21. 25. 26. 27. 45. 47. 50. 54. 56-60. 64. 65.—99 *Cognitus* 24. *accipias* 16. *libet* 26.—100 *vexant nomen* 7. *illi* 7. 19. 21.—102 *ego sum* 62. 66. 67. 71-74.—103 *Cur dubitem timeamve* 19.—104 *Euphraten* 16. 61. quod

NOTÆ

atorem elixum vocat Martial. Epig. III. 7.

Faciem prius inspicit] Cavens ne quis irrepat alienus, subornatus et ignotus; atque sportulam rapiat solis clientibus administris dari jussam.

Trepidat ne, &c.] Argueretur enim a Domino, si imponi sibi pateretur, forsan et damnum ferret.

99 *Agnitus accipies*] Tunc munus capies, cum legitime petere visus et agnitus fueris.

100 *Trojugenas*] Patricios majorum Gentium, inquit vetus Schol. Optimates Romanos a Trojanis oriundos, quod jactabant ipsi, et auctor est Virgil. Æneid. I.

Nam vexant limen et ipsi] Ipsi nobiles ad sportulam sordide conveniunt, et debitum pauperibus duntaxat munus asportant. Martial. Epig. X. 10. 'Cum tu laurigeris annum qui fascibus intras, Mane salutator limina mille teras, Hic ego quid faciam, &c. Quid faciet pauper, cui non licet esse clienti? Divisit nostras purpura vestra togas.'

101 *Da Prætori*] Distribue mihi primo, inquit Prætor.

Prætori, Tribuno] 'Prætor,' inquit Varro, 'dictus, quod exercitui præeat. Est et Magistratus juridicundo præpositus.' Tit. Liv. Lib. V. Cic. II. de Legibus. 'Tribunus aut Plebis, aut Militum fuit.' De quibus Tit. Liv. et alii. Vide Alex. ab Alex.

102 *Libertinus*] Oriundus e servis in libertatem assertis. Crispinus, de quo supra, vel alius quilibet.

Prior est] Prior accessit, videturque præferendus et Prætori et Tribuno. Vel, opibus potior est.

Prior, inquit, ego adsum] Prosopopeia ironica libertini adversus nobiles contendentis.

103 *Locum*] Jus meum, et ordinem.

104 *Ad Euphraten*] Natus vel ex Armenia, vel e Syria, aliisque regionibus Euphrati proximis, e quibus servorum ingens proventus Romæ fuit. Euphrates fluvius nobilis, e Niphate monte Armeniæ profundus et celer nascitur, inquit Strabo, cum Tigri Mesopotamiam facit, in sinum Persicum illabitur. Stagnationibus suis agros fœcundat, limum tamen

Arguerint, licet ipse negem? Sed quinque tabernæ
Quadringenta parant. Quid confert purpura major
Optandum, si Laurenti custodit in agro
Conductas Corvinus oves? Ego possideo plus
Pallante, et Licinis. Expectent ergo tribuni:

ego non fatear, probabunt tenues fissuræ in auricula mea. At tabernæ quinque mihi *præstant quadringenta. Ecquid purpura dat amplius desiderandum, si Corvinus servat oviculas conductitias in campis Laurenti? Ego habeo majores* divitias, quam *Pallas et Licinii. Igitur Tribuni præstolentur, opes sint victrices, neque*

recepi pro *Euphratem.* Cf. Heins. ad Virg. Ge. IV. 561.—105 *neget* 16. 45.—106 *Quinquaginta* 26. *Quadraginta* 16. 19. 45. solenni errore. Cf. ad II. 117. v. 132. XIV. 326. *parent* 11. *majus* 7. 11. 15. 21. a m. sec. 25. 26. 27. 29. 46. 47. 48. 50. 54-69. 71-74. quod perperam probant Bahrdt et alii, qui *majus* pro *magis* dictum accipiunt, et post *Optandum* notam interr., post *oves* vero comma ponunt. *purpuræ amator* 4. 81. in marg. et cod. Ms. Marii Nigri, quem v. ad Ovid. Am. I. 14. 33.—107 *in arvo* 15. 21. a m. sec.—110 post v. 118. le-

NOTÆ

non invehit, sicut in Ægypto Nilus; testis Plinius XVIII. 17. Euphratem vero describit v. 24.

In aure fenestræ] Foramina scilicet, more patrio, e quibus *inaures* dependent. Plinius II. 37. ait in Oriente, viris aurum gestare auribus appensum, decus existimari. Carpit vero noster Poëta homines libertini generis, qui per scelus opes et libertatem adepti superbiebant quidem, attamen pertusis auribus signa pristinæ servitutis celare non poterant. Quod ait vetus Schol. Plaut. Pœnul. Scena 14. 'Quia incedunt cum annulatis auribus.'

105 *Sed quinque tabernæ, &c.*] Si nobilis non sum, at habeo majores nobilibus ipsis opes, quinque nimirum in foro tabernas. Unde me consolor, inquit libertinus, nec Prætori cedam aut Tribuno, manum ad sportulam mecum porrigentibus.

106 *Quadringenta parant*] Si minus nobilitatem; at censum equestrem præstant, quadringenta nempe sestertia. Vide supra vs. 92. Plin. XXXIII. 2. 'Tiberio imperante constitutum,' inquit, 'ne quis in Equestri Ordine censeretur, nisi cui ingenuo ipsi, patri, avoque paterno sestertia quadringenta census fuisset,' &c. Vide Alex. ab Alex. II. 29.

Quid confert purpura major] Quid vero juvat nobilitas, si nummi desint?

Purpura majus] Sic alii legunt, et explicant, *Quid magis optandum confert purpura?* Alii legunt, *purpura major*, et cum Schol. vet. interpretantur *laticlavium*, seu *latum clavum*, quæ vestis erat Senatoria, tunica vulgari amplior, cui prætexta purpura erat. Fuit et Equitum Romanorum latus clavus sed a Senatorio distinctus, quæ omnia explicat Alex. ab Alex. loco mox citato. Vide Plin. IX. 36. et seq.

107 *Laurenti*] *Laurentum* oppidum est Latii, Lavinio proximum.

108 *Corvinus*] Vir e stirpe insignis illius Valerii Corvini, paupertate adactus ad pascendas oves alienas et conductitias, victus habendi gratia.

109 *Pallante*] *Pallas* ortus ex Arcadia, Imperatoris Claudii libertus, eoque auctore Prætoria insignia con-

Vincant divitiæ : sacro nec cedat honori,
Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis ;
Quandoquidem inter nos sanctissima Divitiarum
Majestas : etsi funesta Pecunia templo
Nondum habitas, nullas nummorum ereximus aras,
Ut colitur Pax, atque Fides, Victoria, Virtus,

sacrosanctæ dignitati concedat qui pedibus albo notatis *haud ita pridem accesserat in istam civitatem : quoniam opum dignitas* est *apud nos sacratissima : quanquam, o perniciosa Pecunia, non manes adhuc* in *æde* sacra, *et nummis altaria nulla extruximus, sicut honoratur Pax, et Fides, Victoria, Virtus, et Concordia, quæ stre-*

gitur in 26. *non* 22. *ne* 17. 19. 45. *nec sacro* 24.—114 *habitat* 19. *exstruximus* quidam, ex interpret.—115 *Concordia* pro *Victoria* 46. 48. 49.—116 *crepitet* 19.

NOTÆ

secutus a Senatu, ut ait Cornel. Tacit. l. xii. Annal. in Aula potens etiam sub Nerone, ut probant seq. Annal. Libri.

Licinis] *Licinii* fuere plures, omnes opulenti, de quibus vide quæ dicturi sumus ad Pers. Sat. ii. 36. 'Nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in ædes.'

110 *Vincant divitiæ*] Nobilitate sint potiores. Horat. l. ii. Sat. 3. 'Omnis enim res, Virtus, fama, decus, divina humanaque pulchris Divitiis parent : quas qui construxerit, ille Clarus erit, fortis, justus, sapiens etiam, et rex : Et quicquid volet.' Et eodem Lib. Satir. 5. 'Et genus, et virtus, nisi cum re, vilior alga est.'

Sacro honori] Prætoriæ vel Tribuniciæ Majestati, quam violare est nefas, et qui læsisset, ejus caput Jovi sacrum erit, et familia venumdatur ; ex lege.

111 *Nuper in hanc urbem, &c.*] Mancipium, servus. Plin. xxxv. 17. 'Vilissimum est cretæ genus,' inquit, 'qua pedes venalium trans mare advectorum denotare Majores instituerant.' Tibullus Eleg. ii. 3. 'Regnum ipse tenet quem sæpe coëgit Barbara gypsatos ferre catasta pedes.'

Pedibus albis] Creta vel gypso notatis pedibus mangonis seu heri signo, vel sigillo Reipublicæ, si publica essent mancipia. Sic enim venum exponebantur in catasta. Vide quæ dicemus ad Pers. Sat. vi. 78. ad vocem *catasta*.

112 *Quandoquidem inter nos, &c.*] Sequentes versus quinque nonnullis suspecti sunt et adulterini videntur ; sed quo jure ?

113 *Funesta pecunia*] Socrates aiebat opes et nobilitatem non solum nihil in se habere honestatis, sed et omne malum ab iis oriri. Diogen. Laërt.

Etsi funesta pecunia templo nondum habitas] Etsi pecunia nec aras nec ædem habuit hactenus, in quibus apud nos ut Numen colatur ; ei tamen obediunt omnia, eam omnes venerantur, ejusque nomen est apud homines sanctissimum. Vide Cœl. Rhodig. xxi. 34. et Turneb. qui ii. 20. pecuniam inter Deas relatam contendit, probatque ex Arnobio lib. iv. adversus Gentes, ubi scribit : 'Quis Deam Pecuniam esse credat, quam velut maximum Numen vestræ indicant litteræ donare aureos annulos,' &c.

115 *Pax*] Vespasianus *Paci* templum erexit foro proximum. Sueton.

Quæque salutato crepitat Concordia nido.
Sed cum summus honor finito computet anno,
Sportula quid referat, quantum rationibus addat:
Quid facient comites, quibus hinc toga, calceus hinc est,

pit reviso nido. At quandoquidem suprema dignitas anno desinente numerat quid sporta afferat, et *quantum adjungat opibus, ecquid agent asseclæ, qui inde tunicam*,

22. *ciconia* pro *Concordia* 2. 11. ad marg. 16. 19. 21. a m. sec. 22. 26. et tres codd. vetustiss. Jac. Susii. Sed hæc lectio glossam redolet, et metrum ei adversatur; vulgata etiam longe præstantior est.—117-134 ejecti ex 13. *honos* 27. 60. 64. 65. *computat* 22.—119 *faciant* 14. 16. 17. *comites*

NOTÆ

Fides] Numa Pompilius *Fidei* solemne instituit. Ad id sacrarium Flamines bigis curru arcuato vehi jussit, manuque ad digitos usque involuta, rem divinam facere, significantes *Fidem* tutandam, sedemque ejus etiam in dextris sacratam esse. Hæc Tit. Liv. I. 21. *Fidem* in Capitolio dedicatam et consecratam ait Cic. de Nat. Deor. II. 61.

Victoria] Dion. Halicarn. l. I. *Victoriæ* templum ab Arcadibus in vertice collis ædificatum ait. Tit. Liv. lib. VIII. *Victoriæ* templum in Palatio fuisse testatur, et Cic. loco mox citato.

Virtus] Tullius loco citato de Natura Deorum sic habet: 'Vides Virtutis templum a M. Marcello renovatum, quod multis ante annis erat bello Ligustico a Q. Maximo dedicatum. Quid Concordiæ, Libertatis, Victoriæ?' Tit. Liv. ad portam Capenam fuisse refert. Item Plutarchus.

116 *Concordia*] *Concordiæ* templum Camillus aliique ædificarunt, testis Ovidius Fastor. I. dedicavit et Tiberius. Sueton.

Salutato crepitat nido] Sensus est: Concordia, in cujus ædis fastigio aves nidificantes sonitum edunt et crepitant, quoties ad nidos redeunt, et pullos quasi salutant, pabulum afferentes. Cornices intelligit Politian. Miscell. c. 67. eo quod inter illas magna sit fides et concordia; et quod Veteres in Nuptiis post Hymeneum cornicem invocabant. Alii tamen inter quos Mancinellus, et Turneb. VIII. 18. Ciconias significari volunt, quia pietas illis inest admirabilis, quam explicant Solinus, et Plin. X. 23. et quoniam Concordia Ciconiæ forma colebatur. Videtur certe Juvenalis respexisse illud Ovidii: 'Ipsa sibi plaudat crepitante Ciconia rostro.' Ceterum mihi non absurdus videatur Flavius Conject. c. 58. locum hunc simpliciter explicans de æde Concordiæ, ad quam non sine strepitu confluebant Patres, cum ibi Senatus interdum haberetur, testibus Varrone et Lampridio.

117 *Sed cum summus honor, &c.*] Cum summi quique viri, Magistratus, Senatores computent, quantum ipsis valeant sportulæ unius anni, et quantum emolumenti afferant; quod sordidum, et indignum; quid facient pauperes, clientes, parasiti, qui non aliunde quam a sportulis habent quo vivant et vestiantur?

118 *Sportula*] Quid sit explicavimus antea.

Quantum rationibus addat] Quantum annuo reditui accedat e sportularum proventu.

119 *Comites*] Vide supra vs. 96. ad

Et panis, fumusque domi? Densissima centum
Quadrantes lectica petit, sequiturque maritum
Languida, vel prægnans, et circumducitur uxor.
Hic petit absenti, nota jam callidus arte,
Ostendens vacuam, et clausam pro conjuge sellam.
Galla mea est, inquit. Citius dimitte. Moraris?
Profer, Galla, caput. Noli vexare, quiescit.

inde calceamenta habent: et panem, atque ignem in domo? Lectica spissisima poscit quadrantes centum; et conjux ægra aut gravida circumfertur, ac virum comitatur. Ille pro absente postulat, peritus doli jam comperti, monstrans sellam inanem et conclusam, loco uxoris, ait: Galla uxor *mea est* intus: *quamprimum abire jube.* Cur *tardas?* O *Galla, ostende caput. Dormit, ne* illam *crucies. Dies ipse dis-*

faciunt 24.—122 *vel* pro *et* 26.—123 Præstiterit *notæ jam callidus artis.*—124 *Ostentans* 11. recte, opinor, judice etiam Schurzfl. *validam* pro *vacuam* 15.

NOTÆ

vocem, *Togatæ*. Clientelas et patrocinia a Romulo instituta sapienter, jam pauperibus inutilia deplorat.

120 *Fumus*] Metonym. pro igne, aut lignis ad fovendum in camino ignem.

Densissima centum quadrantes lectica petit] Ipsi Nobiles et Magistratus *lectica* vecti cum uxoribus gravidis et ægris ad sportulam confluunt, et præripiunt, ut jam dictum, pauperibus victum necessarium, ac vestitum: quin et fraude utuntur ad plures sportulas, ut mox dicetur, rapiendas. O avaritiam et sordes!

Densissima] Vel plena viro, uxore, et filiis; vel potius frequens et multiplex; aut etiam multis clientibus stipata, comitibus, asseclis.

Centum quadrantes] Asses viginti quinque, nam *quadrans* est quarta pars assis; quæ maxima erat sportula. Vide supra.

121 *Lectica*] *Lecticarum* usum primi dicuntur invenisse Bithyni, inquit vetus Schol. et diximus antea.

123 *Hic petit absenti*] Quidam mentiuntur inesse uxores in lectica tecta et clausa undique, et earum nomine sportulam petunt, quæ solis præsentibus dispensabatur.

Nota jam callidus arte] Hæc enim fraus jam detecta fuerat; quapropter dispensator modo rogabit, ut Galla caput e lectica vel sella proferat, aut saltem remotis plagulis per fenestellas lecticæ vultum ostendat, et adesse se testetur.

124 *Ostendens*] Dispensatori indicans sellam, quasi sua uxor in illa sit ex ægritudine quiescens.

Clausam sellam] Vide supra vs. 65. ubi de lectica et sella fuse egimus.

125 *Inquit*] Maritus videlicet.

Est] In lectica.

Citius dimitte] Festina sportulam duplicem dare pro me et uxore mea, quæ ægra huc venit; noli diu morari nos, inquit ille avarus, timens ne dispensator fraudem subodoretur et investiget.

126 *Profer, Galla, caput*] Inquit dispensator dolum cavens, quem alias jam deprehenderat.

Noli vexare] Respondet ille dolosus vir, ne molestus sis ægræ uxori, ne.

Ipse dies pulchro distinguitur ordine rerum:
Sportula, deinde forum, jurisque peritus Apollo,
Atque triumphales, inter quas ausus habere
Nescio quis titulos Ægyptius, atque Arabarches,

cernitur præclara rerum vicissitudine. Primo *sportula; postea forum, et Phœbus juris gnarus, ac triumphales: inter quas nescio quis ex Ægypto, et Arabarches*

clusam 17. *et sellam pro conjuge clausam* 21.—127 *multo* pro *pulchro* 26.—130 *quos* 16. *aut* pro *atque* 7. 14. 15. 19. 20. 24. 50. *Arabarces* 21. 22. 54. 60. 65. *Arabraches*

NOTÆ

excita quiescentem, ne languentem coge caput proferre, et male affectum corpus vexare. Diximus supra lecticam fuisse usui vario et multiplici, et in ea dispositum pulvinar, in quo recumbere, et quiescere licebat.

127 *Ipse dies*] De *die* naturali et artificiali fuse disseremus ad Persii Satir. 3. vs. 4.

Pulchro distinguitur ordine] Ironice hæc dicit. Sensus est: primum clientes mane conveniunt ad salutandos patronos, ut diximus antea ad vs. 96. et rogant sportulam de qua jam non semel. Martial. Epig. IV. 8. 'Prima salutantes atque altera continet hora, Exercet raucos tertia Causidicos. In quintam varios extendit Roma labores. Sexta quies lassis, septima finis erit. Sufficit in nonam nitidis octava palæstris; Imperat extructos frangere nona thoros. Hora libellorum decima est.'

128 *Deinde forum*] Deinde a Clientibus Patroni deducuntur ad *forum*, ubi templum Apollinis Palatini, et Imagines triumphantibus positæ.

Forum] Quod nempe tertium ædificavit Augustus, cum duo non sufficerent hominum et judiciorum multitudini. Sueton. c. 29.

Jurisque peritus Apollo] An quia Juris Civilis Bibliothecam Augustus dedicarat in Æde Apollinis Palatini, ut ait vetus Schol. An potius quod Jus reddebatur ibidem in Augusti foro, ubi Apollinis statua eburnea, cujus meminit Plin. tum alibi, cum 36. 5. Unde Horat. Sat. I. vs. ultimo, 'Sic me servavit Apollo.'

129 *Triumphales*] Ubi et statuæ triumphales erectæ summis viris post victorias et præclare gesta: in rostris nimirum, ut monet vetus Schol.

130 *Nescio quis titulos Ægyptius, atque Arabarches*] Vel Crispinus, de quo antea: vel, ut vult Alciat. Prætermiss. l. 1. Tiberius quidam Alexander, Ægyptius, Ægyptique gubernator: de quo Tacit. Histor. I. et Euseb. l. II. Afferunt alii Josephum Judæorum Ducem, cui triumphalem statuam Vespasianus erexit, ob virtutem, et ingenium. Ex D. Hieron.

Titulos] Effigiem cum elogio.

Ægyptius, atque Arabarches] Hæc duo videtur Poëta junxisse, sicut conjunctæ sunt regiones Ægyptus et Arabia.

Arabarches] Locum hunc egere lucubrationibus Grammaticorum admonet Turneb. XXVII. 25. ubi et legendum putat, cum nonnullis Codicibus atque Auctoribus, *Alabarches*, qui fuerit Alexandriæ Magistratus quidam Judæis Alexandrinis præpositus, probatque ex Josepho, Bel. Jud. XXII. 3. et 5. Alii tamen retinent vocem, *Arabarches;* atque interpretantur, Arabiæ Præfectum, aut Publicanum,

Cujus ad effigiem non tantum meiere fas est.
Vestibulis abeunt veteres lassique clientes,
Votaque deponunt, quanquam longissima cœnæ
Spes homini. Caules miseris, atque ignis emendus.
Optima silvarum interea pelagique vorabit
Rex horum, vacuisque toris tantum ipse jacebit.

ausus est *habere insignia, ad imaginem cujus non licet duntaxat meiere. Antiqui* vero *asseclæ fatigati ex atrio discedunt, et desideria abjiciunt, tametsi viro fuit diuturna spes cœnæ:* atque *egentibus brassicæ, et ignis coëmenda* sunt. *Interim illorum dominus comedet exquisita e sylvis ac mari, atque solus ipse recumbet* in

16. *Alabarches* 70. 74. v. Excurs. I.—131 *mingere* 11. 14. 15. 17. 19. 21. 22. a m. sec. 26. 45.—132 *lapsique clientes* 19.—133 *quamvis* 24. *Votaque deponunt, quanquam longissima, cœnæ. Spes homini* distinguitur in edd. Grang. et Hennin. ut jungantur *vota cœna*, et *quanquam longissima spes homini*, quæ scil. hominem lætum reddat, et semper meliora expectantem ad mortem usque comitetur; unde proverb. *Ægroto dum anima est, spes est*, et Hadriano interrogante, *quid est longissimum?* Epicteti responsio: *Spes.* Ita quoque Rigalt. h. l. interpretatur, qui tamen sic interpungit: *Votaque deponunt. quanquam l. cœnæ Spes h.* Tum vero verba potius sic transponenda: *Votaque deponunt cœnæ longissima quanquam Spes homini:* quo ordine legenda videri possunt.—134 *hominis* 28. *hominum* 11. 26. 45. 59. 60. 64. 65. Neutrum placet, etsi nec τὸ *homini* satis aptum. Forte reponendum *domini;* vel *dulcissima cœnæ Spes homini.* *Caules* 10. 11. 14-17. 19. 20. 22. 23. 24. 27. 48. 54. 59-63. 65. 67. 68. 71. 72. 73. al. quam formam, quia et insolentior, et auribus h. l. gratior est, tantaque auctoritate firmatur, in locum vulgaris *Caulis* substitui, consilio viri docti in Miscell. Obss. crit. Vol. v. T. II. p. 267.—135 *sylvarum* alii scribunt, forte rectius, a Gr. ὕλη, ut *sus* ab ὗς, *serpo* ab ἕρπω, *sal* ab ἅλς et al. Sed *silva* constanter legitur in libris antiquis (qui tamen τὸ *y* respuere solent) et inscriptt. ut *silvester*, *Silvius*, *Silvia*, *Silvanus*. *vorabat* 16.—136 *Rex hominum* 56. 57. *Rex dominus* 13.—137. 138 desunt 13. 46.

NOTÆ

qui vectigali de pecuariis ex Arabia in Ægyptum advectis præerat. Cicero Epist. II. 17. ad Atticum: 'Velim ex Theophane expiscere,' inquit, 'quonam in me animo sit Arabarches:' (Alii Codices habent, *Alabarches:*) ubi Pompeium intelligunt quidam, eo quod Arabiæ partem ille domuisset: alii vero cum Cœl. Rhodig. M. Antonium, qui multa inde tributa exegerat.

131 *Non tantum meiere fas est*] Velut in sacro loco nefas sordes et alvum exonerare. Vide quæ ad Persii Satiram I. vs. 114. ad has voces, *extra meiite.*

132 *Abeunt lassi*] Fatigati e comitatu officiisque diuturnis.

133 *Votaque deponunt*] Rectæ cœnæ spem abjiciunt.

Longissima] Nam tota die cœnam expectarant.

134 *Caules miseris atque ignis emendus*] Ut supra dictum, loco cœnæ rectæ accipientes pecuniariam sportulam, centum quadrantes videlicet, ex iis coguntur miseri coëmere sibi oluscula quibus victitent, et ligna ad ignem oleribus coquendis faciendum: interim dum Patroni delicatissimis epulis vescuntur.

135 *Optima silvarum pelagique*] Ferinas carnes, et pisces exquisitos.

136 *Rex horum*] Clientum Patro-

Nam de tot pulchris, et latis orbibus, et tam
Antiquis, una comedunt patrimonia mensa.
Nullus jam parasitus erit! Sed quis ferat istas
Luxuriæ sordes? quanta est gula, quæ sibi totos
Ponit apros, animal propter convivia natum!

lectis inanibus. Etenim e tot eximiis atque amplis patinis ac tam veteribus, unica in mensa devorant patria bona. Deinceps nullus extabit parasitus. At quis tolerabit hanc intemperantiæ turpitudinem? Quam magna est ingluvies, quæ apponit sibi apros integros, bestiam ad epulas destinatam? Attamen adest supplicium, quando

48. 49. sed in comment. Calder. et Vallæ explicantur.—138 *comedit* 45. Sed vulgaris lectio doctior est, et talis personarum numerique permutatio poëtæ solennis. Cf. inf. ad vs. 157. in Exc. II.—139 *ferat* pro *feret* recepi ex 10. 15. 16. 17. 19. 20. 22. 27. 28. 45-50. 54. 55. 59. 60. 64. 65. et cod. viri docti in Misc. Obss. crit. Vol. v. T. II. p. 267. *ipsas* 22.—140 *totum Ponit aprum* 23. et cod. viri docti modo laudati.—142 *Pœna*

NOTÆ

nus, illorum veluti *Rex* et tyrannus, sine mercede, aut saltem exigua, magna imperans.

Vacuis toris] Pulvinis aut lectis discubitoriis, in quibus stratos veteres cibum sumsisse notum est. *Vacuis* autem, id est, plurium alioqui convivarum capacibus.

Tantum ipse jacebit] Recumbens epulabitur ipse unus, dum præstitorum officiorum justam mercedem, cœnam rectam, Clientes famelici frustra desiderant.

137 *Pulchris orbibus et tam antiquis*] Antiqui artificii, atque artificis, eximii operis, nec non e pretiosa materia; quæ quidem commendare solent vasa et supellectilia.

138 *Una comedunt patrimonia mensa*] Patrimonia absumunt laute epulando, *una* vero in *mensa*, id est patronus solus cum uxore ac liberis, exclusis proinde clientibus, amicis, et aliis quibuslibet: cum e contra majores nunquam soli epularentur, sed pulchre liberales et munifici egenos Clientes, et amicos, mensæ adhibere soliti essent.

139 *Nullus jam parasitus erit*] Bene habet: *Nullus erit* amplius adulator: peribit sic exitiosum illud hominum genus, qui ut gratuitas cœnas aucupentur potentioribus assentantes, veritatem perdunt, et vanitati obsecundant ac superbiæ divitum.

Parasitus] Quasi παρὰ σῖτον dictus, eo quod mensas divitum opiparas sectetur. *Parasitorum* apud Comicos crebra mentio: descriptio luculenta habetur apud Athen. l. VI. ubi et *Parasiti* appellatio pridem sancta et venerabilis dicitur fuisse, et parasitari primus cœpisse Philius Jupiter Cœlitum maximus, c. 8. et 9.

140 *Luxuriæ sordes*] Quid enim sordidum magis, quam per avaritiam debitum egenis negare cibum, sibi vero privatim nihil non lautitiarum indulgere, per helluationem et luxuriam?

141 *Totos ponit apros*] Quod munificentiæ tribuebatur, inquit vetus Schol. Plin. VIII. 51. ait Pub. Servil. Rullum primum extitisse inter Romanos qui solidum *aprum* in epulis apposuit: et hoc Annales notarunt, inquit ille, ad emendationem morum.

Animal propter convivia natum] Alludit ad id quod Varro scribit de Re Rust. II. 4. Suillum pecus donatum ab natura ad epulandum. Itaque iis

Pœna tamen præsens, cum tu deponis amictus
Turgidus, et crudum pavonem in balnea portas.
Hinc subitæ mortes, atque intestata senectus.
It nova, nec tristis, per cunctas fabula cœnas:
Ducitur iratis plaudendum funus amicis.

tu satur vestes abjicis, et in balnearia defers pavonem non coctum. Inde mortes repentinæ, et senecta non testata. Novus et non mœstus sermo vagatur per omnia convivia. Deducuntur exequiæ applaudendæ familiaribus ira percitis. Nihil amplius

gulæ præsens 13. *depones* 25. *amictum* 17. 25. 27. 45. 47. 48. 50. 54-60. 64. 65. —145 *Et* pro *It* quidam. Præstiterit *Es* vel *Est*, vel *Fis*, vel *Fit* . . . *fabula*, ut ap. Tibull. I. 4. 83. *Parce puer, quæso, ne turpis fabula fiam*, et Horat. Epod. XI. 7. *Heu me, per urbem Fabula quanta fui! conviviorum ut pœnitet*, cet. Cf. ej. Epist. I. 13. 9. Tibull. II. 3. 31. 32. Prop. I. 5. 25. 26. II. 24. 1. Terent. Hec. IV. 3. 14. al. Eodem sensu dixit Plaut. Pseud. I. 5. 4. *filius meus sermo est per urbem*, et Prop. II. 21. (20) 7. *et nunc inter eos*

NOTÆ

animam datam esse proinde ac salem, quæ servaret carnem.

Natum] Horat. Od. I. 27. 'Natis in usum lætitiæ scyphis Pugnare Thracum est.'

142 *Pœna tamen præsens*] Continuo sua gulæ instat pœna, et punitio, mors nimirum subitanea atque improvisa, sine testamento.

Cum tu deponis amictus] Quando balnea subis, et lavas cibis distentus ac ingurgitatus.

143 *Turgidus*] Persius Sat. 3. vs. 98. 'Turgidus hic epulis atque albo ventre lavatur—Hinc tuba, candelæ,' &c.

Crudum] Necdum in stomacho coctum, quod quidem valde sanitati noxium ostendemus loco Persii mox citato.

Pavonem] Hunc cibi gratia Romæ primus occidit Orator Hortensius aditiali, sive adjiciali, cœna Sacerdotii. Saginare primus instituit M. Aufidius Lurco circa ultimum bellum Piraticum; et ex eo quæstu reditus sestertium 60000 habuit. Hæc Plin. X. 20. Macrob. autem Saturnalium III. 13. 'Primus Q. Hortensius,' inquit, 'augurali cœna dicitur pavones posuisse. Quorum pretia statim extulerunt multi, ita ut ova eorum denariis væniren quinis, ipsi facile quinquagenis.' Apud Athen. XIV. 20. furiosum esse dicitur alere domi *pavones*, quorum pretio queant emi statuæ.

Balnea] Quantum esset apud Romanos lavandi studium, exponemus ad locum Persii Sat. 3. modo citatum.

144 *Intestata senectus*] Tam repente mors ingruit et præoccupat, ut minime liceat testari, et scribere codicillos ac testamentum.

145 *Nec tristis*] Rident scilicet tuam e nimiis epulis mortem epulantes, quibus idem fortasse fatum imminet.

146 *Iratis*] Quibus ex testamento quidpiam a te sibi pollicentibus nihil tamen reliqueris, eo quod conficiendi testamenti tempus tibi defuerit. Persius Sat. 6. vs. 33. 'Sed cœnam funeris hæres Negliget iratus,' &c.

Plaudendum] Plausu excipiendum ac prosequendum, quia pœna præsens affecerit sordidos helluones; et gula mulctata sit.

Nil erit ulterius, quod nostris moribus addat
Posteritas: eadem cupient, facientque minores.
Omne in præcipiti vitium stetit. Utere velis;
Totos pande sinus. Dicas hic forsitan, unde
Ingenium par materiæ? unde illa priorum
Scribendi quodcumque animo flagrante liberet
Simplicitas, cujus non audeo dicere nomen?

erit, quod posteri adjungant nostris moribus. Nepotes optabunt et perpetrabunt similia. Omne crimen in arduo positum est. Adhibe vela: plicas integras explica. Isthic fortasse dixeris: unde ingenium æquale argumento? Unde ista anteriorum, quicquid vellet mens inflammata, scribendi sinceritas, cujus appellationem eloqui non

sermo es. Mox *mensas* pro *cœnas* 26.—148 *capient* 16. *facient cupientque* 19. 22. 23.—149 *Omne in p. v. stat, nec valet ultra* 13. in quo etiam vss. 150-171 contracti in hos octo: *Quos pungas satira, galeatum serò duelli Pœnitet, huic licet Æneam Rutulumque ferocem Committas. Nulli gravis est percussus Achilles. Quid refert dictis ignoscat Mucius annon? Pone Tigillinum, tæda lucebis acerba. Qui dedit ergo tribus patris aconita, vehatur Pensilibus plumis, atque illinc despiciat nos. Cum veniet contra, digito compesce labellum.*—150 *Dicas hoc* 26.—151 *materiæ est* 25. 27. 45. 46. 48. 49. 57. 59. 60. 65. ne metrum laboret. Sed hiatus solennes Juvenali. Cf. II. 26. III. 70. VI. 274. VIII. 107. IX. 118. X. 11. 54. 281. XII. 36. 110. XIII. 65. XIV. 49. XV. 7. 126. al. Heins. ad Claud. Cons. Stilic. II. 167. et Heyne ad Virg. Æn. III. 211. Vereor tamen, ne pleraque exempla librariorum incuriæ debeantur.—152 *liceret* 26. *libertas* 14.—153 *nunc* pro

NOTÆ

147 *Nostris moribus*] Pravis nostris ac perditis moribus, vitiisque sic invalescentibus, ut nihil addi posse videatur in posterum: unde posteri similia duntaxat perpetraturi sint, non graviora.

149 *Omne in præcipiti vitium stetit*] Nunc vitium omne stat in summo gradu, neque progredi ulterius potest. Unde a Satira scribenda temperare nequeo.

Utere velis] Metaphora. Id est, laxa iram, adhibe omnem animi impetum: omnes animi vires intende.

150 *Totos pande sinus*] Sicut navigantes secundis ventis totos velorum sinus expandunt; sic et tu incumbe totus tam uberi Satirarum materiæ. Vide supra ad vs. 88.

Dicas hic forsitan] Prolepsis, qua respondet ad ea quæ sibi possunt objici.

Unde ingenium par materiæ] Habesne ingenium satis amplum et grave, quod respondeat amplitudini et gravitati materiæ.

151 *Unde illa priorum, &c.*] Non est ea modo Satiras scribendi ac scelera vellicandi libertas, quæ fuit prius; qua præcedentibus sæculis Lucilius, ac deinde Horatius fruebantur, atque usi sunt exemplo Græcorum Comicorum, Eupolidis, Cratini, Aristophanis. Tum certe fas erat vitium quodvis insectari palam, et confodere in ipso vitiosorum ore atque Principum. At non ita modo Horat. Sat. I. 4.

152 *Animo flagrante*] Zelo in improbos exardescente.

153 *Simplicitas*] Παῤῥησία, qua audebant scelus proscindere ac sceleratos summa libertate; homines etiam notare sine ambagibus. Adeo ut opus

Quid refert, dictis ignoscat Mucius, an non?
Pone Tigellinum: tæda lucebis in illa,

ausim? Ecquid interest utrum *Mutius indulgeat iis quæ scribam, an non? Exhibe Tigellinum;* statim *fulgebis in ista face, qua uruntur stantes, qui perfunduntur*

non 81. ad marg. prob. Flavio Conject. Cent. I. *audent* emend. Græviua. Neutrum vero vulgatæ lectioni anteferendum videtur.—154 *Mitius* 22. *Nuntius* 19. *Mutius* 17. 23-27. 45. 46. 47. 49. 50. 57. 60-73. Sed dicitur Græc. Μούκιος.—155 *Tigellinum* pro *Tigillinum* reposui, quoniam hæc scriptura firmatur optimis libris veterum scriptorum, et Romanorum et Græcorum, quibus constanter Τιγελλῖνος dicitur. Cf. Lips. ad Tac. Ann. XIV. 51. et Ramires ad Martial. III. 20. 16. *lucebit* 8. a m. pr. idque recepit Hennin. auctore Grævio. Sed neuter nos docuit, quomodo illud explicari possit; nec, quantum video, commodum inde sensum, nisi fidiculis adhibitis, elicies: unde revocavi communem omnium fere librorum lectionem. *acerba* pro *in illa* 13.—

NOTÆ

aliquando fuerit Edicto frænum injicere licentiæ Satyricorum in veteri Comœdia. Horatius ad Pisones: 'Sed in vitium libertas excidit, et vim Dignam lege regi: lex est accepta: chorusque Turpiter obticuit, sublato jure nocendi.'

Non audeo dicere nomen] Insidiantibus passim et ubique delatoribus, et oppressa per Tyrannos loquendi libertate. Patet ex Sueton. Calig. c. 27. citand.

154 *Quid refert*] Reponit Juvenalis: Irascantur licet vitiosi stylo meo confossi: quid tum?

Mucius] Cui Lucilius nequaquam pepercit. Vide Sat. I. Persii ad vs. 115.

155 *Pone Tigellinum*] Respondet Juvenali monitor quidam: jam Mucii Scævolæ tempora pridem abiere, jam longe mutata sunt omnia. Enimvero si reprehendas ac notes v. g. Tigellinum, aliumve in Aula potentem, id non impune, ut olim, feceris.

Tigellinum] C. Fulcinius *Tigellinus* patre Agrigentino, juvenis egens at valde pulcher, ob flagitia urbe summotus est. Deinde Neronis amicitiam nactus, ac postea Galbæ, ab hoc etiam vindicatus et servatus est, cum mortuo Nerone a Populo Romano ad supplicium deposceretur. Vetus Schol. de illo jam supra ad vs. 59. et seq.

Tæda] Arbor resinam abundanter exudans, unde flammis ac lumini sacrorum grata dicitur, apud Plin. XVI. 10.

Tæda lucebis] Id est, vivus cremaberis jussu Tyranni, et delatorum arbitrio. Hic allusum volunt nonnulli ad Neronis in Christianos immanitatem, de qua Cornel. Tacit. Annal. 15. 'Aut crucibus affixi,' inquit, 'aut flammandi: atque ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urebantur,' Christiani nimirum. Et vetus Schol. 'In munere Neronis arserunt vivi, de quibus ille jusserat cereos fieri, qui lucerent spectatoribus.' Item, 'Maleficos homines tæda, papyro, cera supervestiebat, sicque ad ignem admoveri jubebat ut arderent.' Hinc Sat. 8. vs. 235. *molestam tunicam* appellabit. Et Seneca ad Lucilium: 'Cogita illam tunicam alimentis ignium illitam et intextam, et quicquid præter hæc sævitia commenta est.'

Qua stantes ardent, qui fixo gutture fumant,
Et latum media sulcum diducit arena.
Qui dedit ergo tribus patruis aconita, vehatur

fumo, gula suffixa, atque amplum aperit scrobem in *media arena.* An *igitur qui porrexit venena tribus patruis, feratur plumis suspensis, et inde nos aspernetur?*

156 *et* pro *qui* 11. *fumat* emend. Ascens. et Voss. ad Catull. p. 42. *pectore fumant* 14. *gurgite fumant* 22. a m. pr.—157 *At* 25. *lautum* 19. *diducit* 21. et vetus codex Lipsii, laudatus ab eo ad Senec. de Ira III. 3. extr. aliusque (nisi potius idem est) Heinsii, quem vide ad Ovid. Met. IV. 375. Id recepi, quamvis ita non omnis difficultas tollitur. v. Excurs. II. *deducit* 1. 8. a m. pr. 10. 11. 12. 14. 17. 19. 20. 23-38. 45. 46. 47. 49. 50. 54-69. 71-77. *deducis* 8. a m. sec. 28. 70. et Ms. viri docti in Misc. Obss. crit. Vol. v. T. II. p. 268. *deducet* 16. 22. 48. 82. *producit* 15. *harena* 17. 20. 22. 23. 24.—158 ante vs. 157. legitur in 19. *vehetur* 10. 11. 14. 15. 22. 27. 45-50. 54. 55. 64. 68.

NOTÆ

156 *Stantes ardent*] Alligati palo, aut adacto per corpus stipite, cremantur.

Fixo gutture] Sueton. Vitell. c. 17. 'Reducta coma a capite, ceu noxii solent, atque etiam mento mucrone gladii subjecto,' (alii legunt, *subrecto*) 'ut visendam præberet faciem, neve submitteret.' Turneb. XXIV. 41. rectus enim erat gladii mucro sub mento positus, quo vultum erigere cogebatur. Forsan et respicit Juvenalis ad uncum gutturi noxiorum impingi infigique solitum, quo ad scalas Gemonias trahebantur, ubi pendentium crura frangebantur, et subjecto igne ardebant, ut observat Mancinellus.

Fumant] Circum accenso igne.

157 *Et latum media sulcum diducit arena*] Versus iste creditur a nonnullis adulterinus. Legunt alii, *deducis:* alii, *qui ducit*, ut sit continuus sensus. Lipsius ex vet. Cod. corrigit sic: 'Et latus mediam sulcus diducit arenam.' Interpretari licet vel de sulco in arena facto, cum Rei corpus eo quo dictum est modo raptabatur ad patibulum: vel de scrobe et fossa, in qua defossus affixusque palo vivus comburebatur. Apud Corn. Tacit. Annal. 15. paulo ante finem: 'Cum pœna Flavii Veiano Nigro Tribuno esset mandata, is proximo in agro scrobem effodi jussit, quem nimis angustum Flavius fuisse conquestus dicitur.' Sueton. Neron. c. 49. 'Scrobem sibi fieri coram imperat dimensus ad corporis sui modulum ipse Nero.'

Media arena] Multi quidem in media amphitheatri arena cremabantur. Quemadmodum refert Sueton. Calig. c. 27. de quodam Atellanarum Poëta, ob joci ambigui versiculum, illic igni tradito jussu Imperatoris.

158 *Qui dedit ergo tribus patruis, &c.*] Indignabundus Juvenalis respondet monitori. Ergone mollis Tigellinus impune despiciet nos; neque solum effœminatus sed veneficus et nequam? Vide supra ad vs. 67.

Aconita] Mortiferum herbæ venenosæ succum. De his Plin. pluribus locis multa. L. VI. c. 1. sic habet: 'A Ponti ore distat millibus ducentis

Pensilibus plumis, atque illinc despiciat nos?
Cum veniet contra, digito compesce labellum:
Accusator erit, qui verbum dixerit, hic est.

Quando adversum occurret, digito labia comprime. Qui pronuntiaverit voces, is est: illi *accusator aderit. Fas est* ut *tutus componas Æneam et fortem Rutulum. Nemini*

---

et codex ms. viri docti in Miscell. Obss. crit. Vol. v. T. II. p. 267. *Parum* interest, modo mox reposueris *despiciet*, non, ut alii editores, etiam Henninius, *vehatur* et *despiciet*.—159 *despiciat* 10. 13. 17. 20. 21. 23. 24. 25. 45. 49. 50. 56. 57. 59. 60. 64-67. 71-74. et alter codex viri docti modo laudati: quos secutus sum. *despiciet* al.—160 *Dum* 20. *veniat* 17. 23. 25. 46. 49. 54. 58. 64. *venerit* 24.—161 *verum dixerit* 7. 10. 11. 14-17. 19-22. 24. 26. 45-48. 50-55. 74. 80. prob. Britan. ut poëta tacitæ occurrat responsioni et sensus sit: accusabitur non modo, qui mendacio usus fuerit, et falso aliquem notaverit, sed etiam, qui vera dixerit; vel, non deerit tibi accusator, si verum sequi volueris tuis carminibus, qui dicet: hic est, o Imperator, hic est ille, qui hominum vitia notat. Male! *verum qui dixerit* 23. *verum qui dixerat* 16. Plathner emend. *si verbum dixerit*. Equidem levissima mutatione maluerim: *cum verbum dixerit*. Mox hic *'st* vel *st*, h. e. hic tace, nisi perire velis, (nam *st* silentii nota) legendum videbatur Lambino, Lubino et Grævio. Id merito, opinor, displicuit Grangæo, cujus tamen nota non minus aliena est ab h. l. et obscura: " *Hic est*, fit per demonstrationem, quæ aut laudi, aut vitio vertitur, pro ratione digiti, quo facta fuit demonstratio: indici enim laus, medio vituperium; unde proverbium, *medium ostendere digitum*, de quo v. inf. ad x. 53." Sic quoque Beckius in Obss. philol. in Satiras Juven. duas priores (Altorf. 1782.) p. 10. " Noster ita capiendus est, ut intendat stilum ad morem veterum Romanorum, quo, qui medio digito monstrabatur, vituperationem, qui indice digito ostendebatur, laudem promeruit; utrique vero acclamatum fuit, *hic est!* Hæc acclamatio malo quodam prætereunte si audiatur, reus mox calumniæ eris et injuriæ illatæ: quam calamitatem ut subterfugias, melius est tacere, quam dicendo supplicium mereri." Sed tum h. l. dicendum erat *si verbum dixeris*, vel *si quis verbum dixerit, hic est*, vel denique *Accusabitur*

NOTÆ

portus Acone veneno aconito dirus.' Et XXVII. 3. 'Nascitur,' inquit, 'in nudis cautibus, quas aconas vocant: et ideo aconitum aliqui dixere, eo quod nullus adsit juxta nutriens pulvis, qui Græce, *κόνις*,' *&c.*

159 *Pensilibus plumis*] Sella, lectica, in quibus pulvini, et lecti, ut fuse supra explicatum est. Plin. XXVI. 3. meminit et balinearum pensilium.

Atque illinc] E sublimi culcitra; vel ex eo quod molliter vehatur ipse, dum nos pedibus incedere cogimur; quia non suppetunt divitiæ et opes nobis perinde ac illi, hinc superbe nos intuetur ac despicit? Quasi vero.

160 *Cum veniet contra*] Imo, inquit monitor, si forte obvius fiat tibi Tigellinus iste, vide ne quid in illum mutias.

Digito compesce labellum] Consule tibi, inquam, et ne ullum indignationis aut iræ indicium promas.

161 *Accusator erit, qui, &c.*] Quod si obmurmurat quispiam, et vel, *hic est*, dixerit eo transeunte, statim inveniet accusatorem qui reum agat. Cave ergo ne vel has voculas protuleris, cum Tigellinus occurrerit.

Securus licet Ænean, Rutulumque ferocem
Committas. Nulli gravis est percussus Achilles,
Aut multum quæsitus Hylas, urnamque secutus.
Ense velut stricto quoties Lucilius ardens
Infremuit, rubet auditor, cui frigida mens est
Criminibus, tacita sudant præcordia culpa.

molestus est Achilles vulneratus, aut Hylas investigatus plurimum, atque Hydriam comitatus. Quoties fervens Lucilius insonuit districto quasi gladio, toties *rubescit audiens* ille, *cui animus sceleribus frigescit, et cor sudorem emittit* ob *noxas occultas.*

aut *reus erit, qui, cet.*—162 *Ænean* Græco more scripsi pro *Æneam.* v. Heins. ad Ovid. Epist. Her. VII. 26. idem et Drakenb. ad Sil. II. 413. *Rutilumque* 13. 14. 15. 16. 17. a m. pr. 19. 20. 21. 23. 26. 48. 54. 55. 59. 70. 71. 75. 76. 77. 82. *Rutulumque* recte 17. a m. sec. 22. 24. 25. 27. 45. 46. 47. 49. 50. 56. 57. 58. 60-69. 72. 73. 74. *Rutulenque* 23.—163 *Cum mittas* 21.—164 *Et* 19.—165 *Lucillius* 19. 56. 57. 60. 65. 75. 76.—168 *ira* 11. 21. a m.

NOTÆ

162 *Securus licet Ænean, &c.*] Pergit monitor, quod si te carmina scribendi studium tenet, licet nobilem ànimi ardorem sequi; illustres mortuos versibus tuis exorna, quod fecit Virgilius, minori periculo, majori gloria, quam scribendo Satiras.

Ænean Rutulumque] Certamina Æneæ Trojanorum ducis, et Regis Rutulorum Turni, de quibus in Æneide Virgil. l. VII. et seq.

163 *Committas*] Virum viro opponas, ac velut in certamen deducas.

Nulli gravis est percussus Achilles] Nemo ostendetur carmine de Achillis morte, aut de Hylæ fato.

Percussus] Proprie, nam Paris dicitur post Apollinis effigiem latens emissa sagitta Achillem percussisse, quo ex vulnere occubuit.

164 *Quæsitus Hylas*] Hic Herculis socius atque amasius, ad hauriendam aquam profectus, cum ad flumen Ascanium se inclinaret, simul cum urna undis abreptus est. Ab Nymphis raptum fabulantur Poëtæ ob pulchritudinem. Porro solicite quæsitus Hylas cum non compareret, in ejus honorem Sacra instituit Hercules, in quibus solemniter inclamaretur. Hinc Virgilius Ecl. VI. 'His adjungit Hylam: nautæ quo fonte relictum Clamassent, ut littus Hyla Hyla omne sonaret.'

165 *Ense velut stricto*] Stylo Satirico armatus.

Lucilius] Vide Pers. Sat. I. ad vs. 114. 'Secuit Lucilius urbem.'

166 *Infremuit*] Iram spirans et indignationem in vitium et vitiosos.

Rubet auditor] Seu pudore, seu cupiditate ultionis inflammatus. Cur ruborem pudor et gaudium, metus vero pallorem aspergant, disputat Macrobius VII. 11.

Frigida mens criminibus] Oderunt peccare mali formidine pœnæ, inquit Horatius, atqui metus ex frigore, et ex recedente ad cor omni sanguine; mens igitur improborum frigescit, quæ conscia criminum sibi timet. Vel, frigida mens, quæ diuturno scelerum usu ac veterno consopita languet, torpescit, friget, ac velut immoritur.

167 *Sudant præcordia*] Præ animi

Inde iræ, et lacrymæ. Tecum prius ergo voluta
Hæc animo ante tubas. Galeatum sero duelli
Pœnitet. Experiar, quid concedatur in illos,
Quorum Flaminia tegitur cinis, atque Latina.

Illinc iracundia et fletus. Quapropter ante buccinas, ista tecum antea revolve in *mente. Belli tarde pigit* eum qui jam *cassidem induit. Explorabo quid liceat adversus eos, quorum favilla condita est* ad vias *Flaminiam, et Latinam.*

pr. et duo codd. mss. viri docti in Misc. Obss. crit. Vol. v. T. ii. p. 267.—169 *Nec* 58. *Hæc anima ante tubas* vel *tubam* alii, teste Ascensio. *Hæc animæ ante tubas* 66. *Hæc anime ante tubam* 51. 55. *Hæc anime ante tuba* 54. *Hæc anime ante tubas* 49. 61. 62. 63. 65. 67. 68. 71. 74. 78. 79. Priscian. l. xviii. et antiquiss. codd. teste Mancinello et prob. Rigalt. ut poëta se ipse adhortetur, ut ap. Quintilian. ix. 2. *dura, anime, hodie dura*, et ap. Pind. Olymp. ii. 160. *Ἔπεχε νῦν σκοπῷ τόξον, Ἄγε, θυμέ. Hæc animante tubas* 80. *Hæc animante* (h. e. stimulante) *tuba* 2. 10. 15. 16. 17. 19-28. 45-48. 50. 52. 53. 56-60. 64. 65. 75. 76. *Exanimante tuba* 11. prob. Schurzfl. cujus hæc nota est: "Ait auctor, cum tuba jam militem sonitu suo tantum non exanimat, sero nimis in bellum abiisse pœnitet; et ita sane videtur Schol. vetus legisse, cum explicat metaphoram: *tarde pœnitet indixisse bellum, cum jam pugna commissa.*"—170 *illis* 21. *illo* 22.—171 *Flaminea* 15. 16. 21. 48. *Flamminia* 17. 19. 45.

NOTÆ

anxietate et labore ob conscientiam scelus objicientem, vel ob acres morsus satirici salis.

168 *Inde iræ, et lacrymæ*] Nam et ira et vindictæ cupido lacrymas elicit.

Tecum prius ergo] Quæ cum ita se habeant, antequam te accingas scribendis Satiris, ac veluti classicum canas, ista perpende quæ admonui, nec temere quicquam moliare, cujus deinde suscepti pœniteat sero.

169 *Animo, ante tubas*] Multum hic variant codices. Legunt quidam; *anime, ante tubas;* ut seipsum adhortetur Poëta. Alii, *animante tuba:* sed perperam.

Ante tubas] Ante sonitum et clangorem tubæ: metaphor. a re bellica.

Galeatum sero duelli pœnitet] Jam non licet amplius pugnam detrectare, cum auditur classicum, cum adest hostis, et arma sunt in manibus: serius est tum mutare sententiam.

Duelli] Duorum est certamen proprie, at pro bello etiam ponitur: et e duello factum esse bellum scribit Quintil. l. vii. inde et perduelles dicti, qui patriæ suæ hostes se profitentur.

170 *Experiar, quid concedatur*] Juvenalis verba. Saltem igitur mortuos lacessam, et eos duntaxat Satira vellicabo, qui ulcisci nequeunt: sic profecto in aliena persona et vivi vapulabunt. Sunt qui observant hanc a Poëta nostro revera adhibitam in Satiris suis cautionem, ut neminem notarit, nisi alieno et ficto nomine.

171 *Quorum Flaminia, &c.*] Nobiles viros, quorum sepulchra visuntur ad utrumque latus viarum Flaminiæ ac Latinæ. Nimirum ex quo lege duodecim tabularum graviter sancitum erat, ne quis in urbe sepeliretur, fre-

quentius extructa sunt monumenta ad Flaminiam et Latinam celebres vias. Unde Juvenal. Satir. 5. vs. 55. 'Clivosæ veheris dum per monumenta Latinæ.' Vide Alex. ab Alex. III. 2.

Flaminia] De hac supra ad vs. 61.

Latina] Via lapidibus strata, ut aiunt, ab urbe ad Sinuessam, quod extremum est Latii oppidum. Plin. III. 5. Sita inter Appiam et Valeriam, tendebat per Algidum ac Tusculanos colles ad Ferentinum, Frusinum, aliasque civitates claras. Strabo l. v.

EXCURSUS

AD SAT. I. 130.

Vehementer olim viri docti disceptarunt inter se de *Arabarche* vel *Alabarche* illo, et adhuc sub judice lis est: ad quam dirimendam vix quicquam facient codices, qui haud variant, si paucos exceperis, quorum lectiones supra ad h. l. percensuimus. Qui vulgatam tuentur lectionem, *Arabarchen* dici putant vel mollem Arabiæ præfectum; vel eum, qui præfuerit Arabibus, h. e. servis, ex Arabia Romam advectis; vel præfectum *Arabarchiæ*, h. e. vectigali, pro animalibus solvendo, quorum ingens copia ex Arabia in Ægyptum abduci solita fuerit; (v. cod. Justin. IV. 61. 9.) vel denique magistratum, ab Ægypti Nomo Arabiæ dictum, et Alexandrinum, quod colligunt ex Cic. ad Att. II. 17. ubi in aliis libris *Arabarches* legitur, in aliis *Alabarches*. Cnf. ibi Intpp. et Wesseling. de Archont. Judæorum c. 8. Alii *Alabarches* legendum existimant, et varie interpretantur, v. c. Cujacius, (Obss. VIII. 37.) Ernesti, (in clavi Cic. et quidem in Ind. hist. p. 92.) Brodæus, (Miscell. IV. 2.) et Turnebus (Advers. XXVII. 25.) magistrum scripturæ vel vectigalis e pascuis, ab ἀλάβᾳ, *atramento;* (v. Hesych.) Fuller Miscell. IV. 16. ἐπίσκοπον vel præfectum Principis, ab Hebr. vel Syr. *halax* et *arcin;* (forte אלוף et ארכון, Græc. ἄρχων) Ruffinus præfectum salis, a Gr. ἅλς dictum, unde *Halabarches* quibusdam scribendum videtur. *Ægyptiacus Alabarches*, h. e. scripturæ vel vectigalibus per Ægyptum præfectus, emend. Plathner, provocans ad auctoritatem Gratiani Imp. in L. IX. c. de Vectig. et Com.

'Usurpationem totius licentiæ submovemus circa vectigal Alabarchiæ per Ægyptum atque Augustaneam.'

Quemadmodum autem de ipso verbo ejusque vi inter viros doctos discrepat, ita et de eo, ad quem poëta h. l. respexerit: quanquam inter eos fere convenit, *atque*, non *aut*, h. l. legendum, et *Ægyptium atque Arabarchen* vel *Alabarchen* non diversos, sed unum eundemque hominem esse. Baptista Pius (Annotatt. poster. c. 93.) quemvis designari putabat mollem atque effœminatum; Parrhasius (epist. XXIII.) et Ptol. Flavius (Conjectan. c. 49.) Josephum, ducem a Judæis creatum, et, si D. Hieronymo fides habenda, propter virtutem ac vaticinium de imperio Vespasiani statua triumphali donatum; Gyraldus (in Dialog. XXXIX.) et Alciatus (in Prætermiss. II.) Tiberium Alexandrum, '*Αλαβάρχην* Alexandriæ, fratrem Philonis Judæi, vel ejus filium ejusdem nominis, Procuratorem Judææ et illustrem equitem Romanum; (de quibus v. Joseph. XX. 3. Lips. ad Tac. Ann. XV. 28. et Hist. I. 11. II. 74. 79.) Britannicus autem et alii Crispinum Ægyptium, quem Lubinus mordaciter Arabum principem appellari existimabat, quasi omnium vernarum ex Arabia summum, h. e. pessimum, quem vero *a Nerone Arabiæ principem esse factum* tradit Schol. Ms. laudatus in Miscell. Obss. crit. Vol. V. T. II. p. 267. Quod si verum est, nec potius conjectura, ex h. l. ducta; (quæ tamen ingeniosa videtur et admodum probabilis) non est, quod dubitemus, quin pessimus ille homo significetur, qui mali Principis gratia e servili conditione ad summum fastigium evectus est, et in quem Juvenalis etiam Sat. I. 26. sqq. et IV. 1—28. 108. 109 acerrime invehitur.

Equidem olim suspicabar legendum esse *Ægyptius, atque* vel *aut Alabandus*, ut servi innuantur, qui ex Ægypto et Caria (cujus urbs *Alabanda* inf. III. 70. et passim memoratur) Romam sint deducti, ibique ad amplissimos honores ascenderint. Sed in re tam obscura ignorantiam profiteri malo, quam vanis incertisque conjecturis indulgere.

EXCURSUS

AD SAT. I. 157.

Versus perobscurus, cujus et lectio et interpretatio tam dubia est, atque tam parum commode expedita ab editoribus, ut Pithœus profiteretur, nullum in his Satiris locum esse, quem ex Grammaticorum glossis minus grammatice intellexerit. Varietatem lectionis supra ad h. l. enotavimus: nunc paucis recensebimus virorum doctorum explicationes. Nonnulli h. l. ita legunt et interpretantur: *lucebis* s. ardebis, *et latum media sulcum deducis arena*, frustra laboras, notatione tua ac reprehensione nihil omnino proficis; quod proverbii loco dictum arbitrantur, ut Græc. *ἄμμον μετρεῖν*, vel Lat. *littus arare*. (Cf. inf. VII. 48. 49.) Britannicus: *lucebis* tunica molesta indutus *tæda*, igne, *qua stantes ardent*, aut quia alligabantur stipiti circumjecto igne, aut quia, ut Seneca Epist. XIV. scribit, per medium hominem agebatur stipes, ut per omnes artus emergeret; *et deducit sulcum*, aut quia forte unco trahebantur, aut quod damnati, et *in media arena* amphitheatri, ubi multi cremabantur vivi, (ut Atellanæ poëta teste Suet. Cal. 27.) alligati stipiti pedibus *sulcum* faciebant circum se volventes, terrore ignis admoti. Videtur itaque *τὸ deducit*, secundum Atticam numerorum enallagen, pro *deducunt* positum accepisse, ut Grangæus, qui coll. Virg. Ge. III. 402. 403. putat, maleficos designari, qui unco tracti fuerint per *arenam*, et *sulcum* quendam impresserint; qua usus sit metaphora Lycophron in Cassandra, de Hectore tracto ab Achille, *Λευρὰς βιώτης γατομῶν δι' αὔλακος*. Sic et vetus Schol. ‘adductus cum per arenam traheretur, sulcum corpore suo fecit; vel fossam, in qua stipites fiebant, in quibus ardebant.’ Idem tamen hanc quoque in-

terpretandi rationem proponit: '*Pone* nobilem, ut Tigellinum; quod nisi facias, in rogum corpus tuum mittetur, in quo non jacentia corpora, sed ad lignorum parsimoniam stantia exuruntur. Unde putant dici: *et latum media sulcum deducit arena;* quod parcus ustor subditi ligni inopia scrobe sub terra facto subcavet, ut ardere possit.'—Farnabius *sulcum* accipiebat de scrobe, ad necis adactæ vel spontaneæ necessitatem redactis vel ab aliis vel ab ipsis præparari solita, forte ad evitandum casum ἀσχήμονα in ipsa morte; quo referebat Tac. Ann. xv. 67. Philostrat. vit. Apollon. v. 8. Appian. b. Civ. iv. et Suet. Ner. 49. Cnf. tamen Lips. et Ernesti ad Tac. Ann. i. 61.—Flavius in Conjectan. Cent. i. versus transponendos emendandosque putabat hoc modo: *fumant. Qui dedit—despiciat nos, Et latum media sulcum deducat arena.* Idem et nobis aliquando in mentem venit, sed nunc minus arridet.—Is. Vossius ad Catull. p. m. 42. cum Ascensio *fumat* legi malebat, ejusque sententia Juvenalis dixit, ab incensa tunica molesta tantam liquefactæ tædæ seu picis defluxisse copiam, ut *latus* etiam *in media arena deduceretur sulcus,* et ardens quasi formaretur rivus.—Lipsius ad Senec. de ira iii. 3. extr. ex vet. cod. legendum censebat, *Et latus mediam sulcus diducit arenam,* quod probarunt Scaliger Emend. Temp. l. v. et Ferrarius Elect. ii. 7. qui omnes *sulcum* intellexere de fossa in media arena, qua vivi cremati sint defossi et ad palum defixi.—Vir doctus in Miscell. Obss. crit. Vol. v. T. ii. p. 268. corrigebat: *Et latum media sulcum signabis arena.*—In edit. Variorum Amst. 1684. hæc reperitur nota: Si per parenthesin inserantur verba, *Qua stantes—fumant,* sensus erit concinnus, *Lucebis in illa tæda, et media arena,* per quam tu curris palo alligatus, vel, per quam corpus tuum trahitur comburendum, *deducit* seu *deducet,* (immo *diducet* i. e. patefaciet, monstrabit *latum sulcum:* nec obstat, quod ultima syll. voc. *media* nom. cas. sit brevis; nam per penthemimerin brevis est producta licenter. Id exemplo Virg. Æn. iii. 464. firmavit Beckius in Obss. philol. in Sat. Juven. duas priores (Altorfii 1782.) p. 9. ubi hunc existimavit verborum ordinem esse ac sen-

sum: *Pone Tigellinum*, statim *lucebis in illa tæda, qua stantes ardent*, et *fumant fixo* s. affixo *gutture*, et ab qua tæda *media arena* (non amphitheatri, sed quævis, cremando corpori subjacens) *latum sulcum* adipis cum pice mixti, et ex ustulato corpore descendentis, *deducit*, h. e. derivat, ut ap. Cic. de Div. II. 105. et Virg. Ge. I. 54.—Withofius olim conjiciebat, *pix ducit arena;* quod probavit Schraderus.—Jo. Fr. Gronovius, ab Henninio laudatus, verba poëtæ hoc sensu cepit: Fac eum vixisse ævo Neronis, et pro Mucio posuisse Tigellinum, nihil certius fore spondeo, quam ut luceat in illa tæda molestæ tunicæ, et defossus in *media arena sulcum latum diducat*, vel mediam arenam sulco aperiat ac dividat. Huic explicationi favent similia loca Sen. de ira III. 3. extr. *circumdati defossis* (al. *defixis*) *corporibus ignes*, cet. et Gell. III. 14. *Homines defoderunt* Pœni *in terram dimidiatos, ignemque circumposuerunt:* ad quæ loca vid. Intpp. qui plura hujus crudelitatis exempla congesserunt. Sed hac ratione admissa reponerem: *qui fixo gutture fumant*, vel *fumat, Et latum media sulcum qui ducit arena.* Et ita poëtam omnino scripsisse crediderim; nisi forte totus versus, quem salvo sensu obelo transfigere licet, interpolatrici manui debetur, et plane ejiciendus, non emendandus est.

SATIRA II.

ULTRA Sauromatas fugere hinc libet, et glacialem
Oceanum, quoties aliquid de moribus audent,
Qui Curios similant, et Bacchanalia vivunt.

Juvat isthinc aufugere trans Sarmatas, et mare glacie concretum, quotiescumque de moribus quiddam tentant imperiti valde, qui fingunt Curios, et vitam agunt Bac-

1 *decet* pro *libet* 16.—3 *similant* scripsi pro *simulant*, usu quidem invito, ac

NOTÆ

1 *Ultra Sauromatas*] Cum video hypocrisim et flagitia ipsorum qui sapientes videntur, et esse debent, profecto hinc migrare velim in longinquas maxime terras, adeo cuncta sunt Romæ depravata apud Philosophos, Judices, Nobiles, Sacerdotes.

Sauromatas] Aliter *Sarmatas*, qui populi Boristhenem inter ac Tanaim fluvios, ultra paludem Mæotidem, vagi, feri, equinum sanguinem lacte mixtum potabant; dicuntur ex Amazonibus oriundi, ut fuse narrat Herodot. l. IV. de his Plin. IV. 12. et alibi. Gellius IX. 4. Illic hodie Tartaria parva, et Moscoviæ magna pars.

Glacialem Oceanum] Ad Zonam gelidam, versus Polos, ubi propter assiduum frigus terræ steriles, et hinc rari incolæ, iique egentes et miseri, parvo victitantes, proindeque parum vitiosi.

3 *Curios similant*] Præferunt vitam continentem et sanctam, qualem egit M. ille Curius Dentatus, Sabinorum, Samnitum, Lucanorum, et Pyrrhi Regis triumphator, interim vero Romanæ frugalitatis norma juxta ac fortitudinis specimen, ut ait Valerius Maximus IV. 3. Is oblatam ab hostibus ingentem pecuniæ summam recusavit dicens, malle se aurum habentibus imperare, quam aurum habere. Et cum exegisset ex Italia Pyrrhum, e præda regia, quæ exercitum urbemque ditavit, ille attigit nihil. Porro decretis a Senatu populo septenis cuique jugeribus agri, Curio vero quinquaginta; is popularis assignationis ac mensuræ modum excedere noluit, parum idoneum Reipublicæ civem existimans, qui eo quod reliquis tribueretur contentus non esset. Idem fere narrat Plinius XVIII. 3. Curii quidem post triumphos nota concio est, inquit, perniciosum eum intelligi civem, cui septem agri jugera non essent satis.

Bacchanalia] In quibus seminarium omnis spurcitiæ ac turpitudinis, ut videre est apud Livium XXXIX. 8. et sequent.

Indocti primum; quanquam plena omnia gypso
Chrysippi invenias. Nam perfectissimus horum est,
Si quis Aristotelem similem, vel Pittacon emit,
Et jubet archetypos pluteum servare Cleanthas.
Fronti nulla fides. Quis enim non vicus abundat

chantium: etsi cuncta reperies referta gypso Chrysippi. Etenim præcipuus inter *illos extat, si quispiam pretio comparat similitudinem Aristotelis aut Pittaci: ac mandat armario custodire primos typos Cleanthis. Non* est *ulla faciei fiducia.*

refragg. Diomede I. pag. 362. Gron. Diatr. Stat. c. 6. et Ernesti ad Cic. Invent. I. 28. ad Tac. Germ. 9. et vit. Agric. c. 10. sed etymologia ac vi verbi id postulante, et faventibus libris, nonnunquam omnibus, v. c. in Tac. Germ. c. 9. Assentiuntur nobis Heyne ad Virg. Æn. XII. 224. Barth. ad Claud. Ruf. II. 81. ad Stat. Theb. IV. 261. Scheller in Lex. et præceptis styli, ac alii.—4-6 desunt 13. Post *vicunt* v. 3. punctum posui pro commate.—5 *invenias* restitui pro *invenies* ex 10. 11. 14-17. 19-25. 45-69. 71-74. 77-80. *est* ejectum ex 25. 46. 47. 48. 50. 54-60. 62. 64-67. 71-76.—6 *Pictacon* 10. 22. 45. *Pitacon* 19. 20. 57. 59. 67. *Pithacon* 26. *Pytacon* 25. *Pyctacon* 24.—7 *pluteum*, v. Excursus III. *Cleanthos* 54. 58. 75. 76. *Cleantas* 60. 64. 65. *Cleantes* 25. *Cleantos* 47. 50. *Cleanthas* 13. 26. 27. *Cloantas* 10. 16. 17. 19-24. 45.—8 *Fronti* pro

NOTÆ

4 *Indocti primum*] Nam vere docti sunt, qui et bene docent, et vivunt pariter.

Quanquam plena omnia gypso] Docti volunt audire nonnunquam, eo quod studiose conquirunt doctorum virorum perfecta simulacra. Quasi vero.

Gypso] Imagines e gypso, quæ Chrysippum ejusque similes Sapientes repræsentant, collocant in Bibliothecis, et hinc videri volunt Chrysippi sectari virtutem et sapientiam.

5 *Chrysippi*] Vide Persii Satiram VI. vs. ultimo.

Perfectissimus horum, &c.] Inter illos indoctos præcipuus ac princeps.

6 *Aristotelem similem, vel Pittacon*] Si quis effigiem habet in musæo suo, valde similem Aristoteli, vel Pittaco, aliisve Sapientibus, quæ ad vivum expressa factaque existimetur.

Aristotelem] Cui non notus is Platonis per annos viginti Discipulus, Alexandri Magni Præceptor, Peripateticorum Princeps, ob ingenii et eruditionis portentum, Naturæ Genius appellatus?

Pittacon] *Pittacus* Mitylenens unus e septem Sapientibus, rexit feliciter Mityleneorum Rempublicam annos decem, ac deinde sponte oblatam ultro abdicavit. Is inter alia, hæc præcipiebat: Amico ne maledic, ne inimico quidem. Pudicitiam ama. Veritati stude. Tempus nosce. Dicebat, Necessitati nec Deos reluctari; Principatu virum cognosci; Difficile esse invenire frugi virum; Nec sine labore maximo quemquam fieri bonum, &c. Floruit circa Olympiadem quadragesimam secundam, vixit annos septuaginta, sepultus in Lesbo. Diog. Laërt. I. 5.

7 *Archetypos*] Prototypum, originalem, ut aiunt, effigiem.

Pluteum] Vide Persii Satiram I. vs. 106.

Cleanthas] De eo dicam ad Persii Satiram V. vs. 64.

8 *Fronti nulla fides*] Alii Codices habent, *frontis*. Id est, nulla fides habenda speciei externæ rerum.

Tristibus obscœnis? Castigas turpia, cum sis
Inter Socraticos notissima fossa cinædos.
Hispida membra quidem, et duræ per brachia setæ
Promittunt atrocem animum: sed podice levi
Cæduntur tumidæ, medico ridente, mariscæ.
Rarus sermo illis, et magna libido tacendi,
Atque supercilio brevior coma. Verius ergo,

Nam quæ regio non scatet severis impudicis? Damnas obscœna, quando tu es fovea vulgata inter Socraticos * * *Hirsuti quidem artus ac pili rigidi in brachiis pollicentur mentem severam.* * * *Isti raro loquuntur, atque ingens silendi* habent *desiderium, et capillitium supercilio brevius. Itaque Peribomius magis sincere ac simpliciter* agit.

Frontis reposui ex 46. 48. 49. 50. 56. 59. 60. 64. 65. 69. 73. Certe doctius est. —10 *Sotadicos—cinædos* emend. Leopardus Emendd. XIII. 10. ut ita dicti sint a Sotade, obscœno scriptore, *ὃς ἦρξε πρῶτος κιναιδολογεῖν*, de quo vid. Strab. XIV. Athen. XIV. Suidas, Thys. ad Gell. VII. 9. Columna ad Ennii Fragm. p. 291. Martial. II. 86. 2. et Intpp. Plin. Ep. V. 3. Sed vulgatam lect. præter alios tuetur Rutgers. Var. Lect. VI. 13. cum *Socraticum dogma* exagitarit etiam Martial. IX. 47. al. 48. et *Socraticos pædicones* ex astris arcessiverit Firmic. VII. 14. Socrates autem olim *παιδεραστίας* insimulatus sit, quod notum ex Laërt., Plat. in Apol., Luciano, Senec. Ep. CIV. et de vita beata c. 27.—12 *levi* ubivis scripsi pro *lævi*, quoniam respondet Græco *λεῖος*, si prima syll. producitur.—13 *marissæ* 13. *macastæ* 16.—14 *Raro* 67. *libido* 17. 19-22.

NOTÆ

9 *Tristibus obscœnis*] Hominibus tristitia vultus et frontis specie gravitatem morum et Curii castimoniam præferentibus, dum Bacchanalium impudica imitantur facta et obscœnitates.

Castigas turpia, cum sis, &c.] Illum oportet omni carere vitio, qui castigare vitium atque vitiosos reprehendere vult: ut eloquitur Tullius in Sallust.

10 *Socraticos*] Legunt alii *Sotadicos*, a *Sotade* Cretensi Poëta, qui Phlyacas scripsit, sive de Cinædis, ex Suida. Alii intelligunt ipsum *Socratem*, qui male audiit apud multos quasi pæderastes. Aristophanes lacerat Socratem ac discipulos ejus, cum sit et ipse pejor plerisque, inquit vetus Schol. Vide Persii Satiram IV. vs. 2.

Notissima fossa] Sentina vitiorum, et eo nomine cognitus es cuivis: nec aliter interpretari licet aut libet, ob castitatis reverentiam.

11 *Hispida membra quidem, &c.*] Neglectus exterior cultus, et pilis hirsuta membra corpus robustum indicantia, fortem pariter animum spondere videntur: verum e contra tibi accidit: nam exteriori virtutis simulatione flagitia celas.

14 *Rarus sermo illis, &c.*] Nam et affectata hæc taciturnitas ad morum gravitatem pertinet simulandam; sicut et attonsum caput, ad Stoicam severitatem.

15 *Supercilio brevior coma*] Comam alere probrosum cum esset, Stoicis caput ad cutem tondere solemne erat. Vide Pers. Sat. III. vs. 54. Turneb. XV. 17.

Verius ergo, &c.] Ergo tolerabilior improbitas Peribomii, qui sese ostendit qualis est.

Et magis ingenue Peribomius. Hunc ego fatis
Imputo, qui vultu morbum, incessuque fatetur.
Horum simplicitas miserabilis; his furor ipse
Dat veniam: sed pejores, qui talia verbis
Herculis invadunt, et de virtute locuti
Clunem agitant. Ego te ceventem, Sexte, verebor?
Infamis Varillus ait. Quo deterior te?
Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.

Ego illum fatis attribuo, qui ægritudinem declarat facie et gressu. Istorum ingenuitas miseratione digna est; *istis indulgentiam donat ipsa insania. At deteriores* sunt, *qui vocibus occupant similia Herculis, ac disserentes de probitate.*** An *ego te venerabor, Sexte,****?* *inquit turpis Varillus. Ecqua re sum te pejor? Rectus subsannet obtortos* habentem *pedes*, et *candidus Æthiopem. Ecquis toleraverit Gracchos*

---

25. 57. 58. 60. 64-67. 75. 76. Nil interest.—16 *Verius hiis vivit Peribomius* 13. omisso vs. 15. *Perhibonius* 26. *Peribonius* 4. 5. 6. 11. 19. 23. 24. 25. 27. 45-48. 50. 54-60. 71-74. *Peribomius* 1. 2. 3. 10. 12-17. 20. 21. 22. 49. 70. 75. 76. 77. Nomen forte effictum ex Gr. περιβώμιος, qui circa aram est, (Archigallus) non ex βωμολόχος, scurra, quod Calder. putabat. Vetus Scholion est: 'nomen Archigalli cinædi, quem *magulum* (forte *gallum* s. *gallulum* vel potius *matulam*) *conspurcatum* dicimus, qui publice impudicitiam perpessus (f. professus) est.' —17 *quem* pro *qui* legendum crediderim: *hunc morbum, quem vultu incessuque fatetur, ego fatis imputo.*—18 *Hujus—huic furor* 13. *iis furor* 22. *et furor* 26.—21 *ceventem te* 21. 22. *verebar* 16. Ex hoc versu in 13. duo facti: *Clunem agitant, venerisque novo merguntur in actu. Vituperans ego te ceventem, Sexte, verebor.*—22 *Virillus* 13. *Varilus* 73. *Verillus* et *Barillus* al. *cum dete-*

NOTÆ

16 *Peribomius*] Alii, *Peribonius*; famosus nepos, frontis perfrictæ, ac perditæ turpitudinis.

Hunc ego fatis imputo] Fatalem ejus animi puto cæcitatem, qui sua palam vitia profitetur. Ex Astrorum dominantium necessitate, aut ex ferrea fatorum vi improbus ille esse videatur: at tu ex prava et maligna voluntate, qui improbitatem occultas.

17 *Vultu morbum, incessuque fatetur*] Speculum mentis est facies, et taciti oculi cordis fatentur arcana, inquit D. Hieron.

Morbum fatetur] Impuras affectiones ostentat oculis, fronte, incessu; non celat, ut faciunt ii qui vultu ad severitatem composito, ac incessu gravi, alios se monstrant quam sint, et Curios simulant, et Bacchanalia vivunt.

18 *Horum simplicitas miserabilis*] Nam ii stupent vitio, ut habet Persius Sat. III. nesciunt quid perdant, et hinc carere videntur culpa, et ob furorem mereri veniam.

19 *Verbis Herculis*] Dignis Hercule cum virtutis iter arduum maluit ingredi quam vitiorum proclive. Vide Persii Sat. v. vs. 35.

21 *Te, Sexte, verebor*] Te perinde ac ego infamem, licet forte ignobilis nobilem scilicet verebor?

22 *Varillus*] Homo nequam et flagitiosus.

23 *Loripedem rectus derideat, &c.*] Solus ille culpet aliorum vitia, qui sine vitio est. Nec enim decet ut varicus

Quis tulerit Gracchos de seditione querentes?
Quis cœlum terris non misceat, et mare cœlo,
Si fur displiceat Verri? homicida Miloni?
Clodius accuset mœchos? Catilina Cethegum?
In tabulam Syllæ si dicant discipuli tres?

expostulantes de tumultu? Quis non confundat cœlum cum *terris, et mare* cum *cœlo; si raptorem damnet Verres, homicidam Milo, Clodius vituperet stupratores, Cethegum Catilina; si contra Syllæ leges loquantur tres* ejus *discipuli? Qualis*

rior sit 13.—24 ante vs. 23 legitur in 19. et plane excidit ex 17. et 20. quoniam sequens versus idem principium habet: quod millies factum docent Burm. ad Lucan. IX. 907. Dorvill. ad Chariton. VI. 4. p. 552. Drakenb. ad Liv. IX. 11. 11. et Schrader in Obss. p. 7. Conf. inf. ad III. 69. VI. 191. 483. VIII. 159. 160. X. 294. 295. et XVI. 9. *Gracos* 22. *Graccos* 64. ut passim in nummis, unde hanc scripturam probabat Nic. Heins. ad Sil. IV. 495. Sed vid. quos ibi Drakenb. laudavit, Cic. Orat. c. 48. Quintil. Inst. Orat. I. 5. et Charis. Instit. Gram. I. p. m. 78. Aspiratio usu recepta. *loquentes* pro *querentes* 15. —26 Post *Verri* inseritur *si* in 45. *aut* in 13. 65. et *atque* in 68. 70. Sed hiatus Juvenali frequens. Cf. sup. ad I. 151.—27 *Cladius* 13. *Claudius* 11. 13. a m. sec. 15. 21. a m. sec. 22. 45. non improb. Schurzfl. quia talia narret Suet. Sed famosum illum *P. Clodium* notari, vix est quod dubitemus. *Clodii* autem ex eadem gente *Claudia* fuerunt. Veteres enim Romani *au* plerumque pronuntiarunt *o:* unde nomina illa nihil differunt, et sæpe permutantur. Cf. mox ad vs. 30.—28 abest a 13. *tabula* 16. *Scyllæ et si* 14.—29 *Nuper erat*

NOTÆ

varicum, niger nigrum derideat. *Loripes* dicitur is, qui pedes in modum lori tortos habet.

Æthiopem] Macrob. de Somn. Scip. II. 10. 'Vicinia Solis,' inquit, 'usque ad speciem nigri coloris exussit Æthiopas, torridæ nimirum Zonæ subjectos.' Plin. II. 78. ait Æthiopas vicini sideris vapore torreri, adustisque similes gigni. Hos aiunt ortos a Chami filio Chus, quem Hebraice nigrum interpretantur. Multa de *Æthiopibus* Diodor. Sicul. IV. 1.

24 *Quis tulerit Gracchos, &c.*] Exemplis conglobatis illustrat quod dixit.

Gracchos] Et ipsos seditionibus et rebus novis semper studentes. Tiberius Gracchus Tribunus plebis prorogari sibi potestatem et Magistratum cupiens seditionem movit, Capitolium petiit, ubi oppressus est a Scipione Nasica, ejusque cadaver in Tiberim fuit projectum. Caius autem Gracchus accitus a Senatu ire noluit, imo armata familia Aventinum occupavit; unde fugiens seu ab ipso seu a servo interemtus est. Aurel. Victor *de Viris Illustribus*. Plutarch. *in eorum Vita*.

25 *Quis cœlum terris, &c.*] Quis non exclamet præ indignatione, ut est apud Terentium, 'O cœlum! o terra! o maria!'

26 *Verri*] Siciliæ deprædatori, dum ibi esset Proconsul.

Miloni] Qui P. Clodium interfecit.

27 *Clodius*] Adulteriis, incestis, aliisque flagitiis famosus. Cicero pro Milone, et alibi.

Catilina Cethegum] Quandoquidem ambo æque patriæ hostes, æque sceleribus infames, et ejusdem conjurationis participes et conscii.

28 *In tabulam Syllæ*] In qua pro-

Qualis erat nuper tragico pollutus adulter
Concubitu, qui tunc leges revocabat amaras
Omnibus, atque ipsis Veneri Martique timendas,
Cum tot abortivis fœcundam Julia vulvam
Solveret, et patruo similes effunderet offas?

haud ita pridem erat adulter inquinatus tragico stupro, qui tum restituebat decreta cunctis acerba, et Veneri etiam Martique metuenda: quando Julia fertilem uterum exonerabat tot abortivis, et ejiciebat offas patruo consimiles. Ergo numquid non

tragico quidam p. u. 13. *tragico nuper* 10. 16. 17. 19-22. 26. 74. quod concinnius videtur.—30 *revocaret* 16. *revocarat* 10. 11. 14. 15. 17. 19. 20. 22-25. 27. 46-50. 54-69. 71-74.—31 *ipsi* 13. a m. sec. 63. *Marti Venerique* 16.—32 *Dum*

NOTÆ

scriptionis leges erant scriptæ. De *Sylla* jam diximus Sat. I. vs. 16. Vide Appian. Flor. III. 21. Valer. Max. IX. 2.

Discipuli tres] Triumviri libertatem et Rempublicam, pariter ac Sylla fecerat, opprimentes, an Syllæ tyrannidem insectari ausint? Cæsar, Pompeius, Crassus, qui Syllæ fuere discipuli: aut certe Augustus, Lepidus, Antonius, qui per cruentum fœdus juncti cum Rempublicam invasissent, Syllam imitati, Senatum et Equestrem Ordinem proscripsere. Vetus Schol.

29 *Nuper*] Vox ista satis innuit non intelligendum hic Claudii Imperatoris cum Agrippina incestum, de quo Tacit. Annal. XII. multo minus Caligulam sororem consuetudine abutentem, ut refert Suidas.

Tragico] Scelerato, nefando, Tragœdia digno. Sic Phædræ novercæ in Hippolytum amor, et Thyestæ cum Ærope Atrei sui fratris uxore adulterium, Tragœdiarum argumenta fuere. Seneca.

Adulter] Procul dubio Domitianus, qui Juliam fratris Titi filiam alii collocatam ultro corrupit; quin et causa mortis illi extitit coactæ conceptum abigere, ut ait Sueton. Domit. c. 22.

30 *Qui tunc leges revocabat amaras*] Cui primum pudico adulatur Martial. Epig. IX. 7. postea vero quæ vetabat infanda ipse perpetravit.

Leges amaras] Juliam Legem contra adulteros, de qua jam Satir. I. Item aliam, qua mares vetuit castrari, ut habet Sueton. Domitian. cap. 7. Martial. Epig. VI. 2. sic adulatur Domitiano: 'Lusus erat sacræ connubia fallere tedæ, Lusus et immeritos exsecuisse mares, Utraque tu prohibes, Cæsar,' &c.

Amaras] Impuris hominibus nempe, et mangonibus, de quibus Martial. Epig. IX. 7. 'Non puer avari sectus arte Mangonis Virilitatis damna mœret ereptæ. Nec quam superbus computet stipem leno, Dat prostituto misera mater infanti.'

31 *Veneri Martique timendas*] Utpote Diis adulteris, qui et a Vulcano deprehensi vinctique, aliorum Deorum ludibrio expositi sunt, ut aiunt Fabulatores.

32 *Julia*] Titi filia, Domitiani neptis, de qua modo.

33 *Solveret*] Partum abigens toties, at tandem ea ratione sceleris pœnas luens, ut mox diximus.

Offas] Est proprie carnis frustum: hic vero significat embryones et immaturos fœtus, Domitiano patri simul et patruo similes: alii explicant, in-

Nonne igitur jure ac merito vitia ultima fictos
Contemnunt Scauros, et castigata remordent?
Non tulit ex illis torvum Laronia quendam
Clamantem toties: Ubi nunc lex Julia? dormis?

legitime et juste Scauros extrema scelera dissimulantes aspernantur et redarguunt condemnata. Laronia non passa est quempiam de istis torvo vultu *sæpius vociferantem: Ubi* es *modo lex Julia?* An *somno indulges? Ad quem* respondit illa

60.—36 *hypocritam* pro *ex illis* 13. *Laronia* 4. 6. 14-17. 20. 21. 22. 23. a m. pr. 27. 46-55. 58. 61-82. ut ap. Martial. II. 32. et Gruter. Inscr. p. DCXLVI. 2. *Latonia* et *Latronia* quidam libri, nescio qui, si fides habenda Ascensio, et Turnebo Advers. XV. 17. qui posterius probabat, quod etiam apud Martial. l. l. in libris Mss. reperitur. *Lauronia* 2. 3. 5. 10. 11. 13. 19. 23. a m. sec. 24. 25. 26. 45. 56. 57. 59. 60. 65. duo codd. Mss. viri docti in Misc. Obss. crit. Vol. V. T. II. p. 269. et quidam libri in Martial. l. l. ubi v. Rader. Beckius in Obss. philol. in Juven. Satt. duas priores (Altorf. 1732.) p. 15. '*Lauronia*,' inquit, 'in *Laronia* facillime permutari potuit tribus quidem modis, quibus *au* in *o*, *u*, *ao* immutari potest. Sicut *caudex* in *codex*, *caulis* in *colis*, *saurex* in *sorex*, ita *Lauronia* in *Loronia* mutatum, ex quo *Laronia* procul dubio factum est. (Cf. sup. ad vs. 27. et inf. ad III. 112. et VI. 345.) Pro *claudo* veteres dixere *cludo*, quod adhuc legitur in codd., et ex compositis *occludo*, *concludo*, patet; hinc *Luronia* quoque, pro quo propter similitudinem τοῦ *a* et *u* in literis minusculis lectum *Laronia*. *Laomedon* nunc est pro *Laumedon*, *Laodicea* pro *Laudicea*, observante Voss. in etymol. ita forte *Laoronia* pro *Lauronia*, quod imperitus librarius ejecta litera *o* in *Laronia* contraxit. *Lauron* vero est urbs Hisp. Tarrac. ubi Pompeius a Cæsare victus est cæsus. *Lauronia* itaque civem hujus urbis, vel inde oriundam, significat: nam poëtis solenne est, victis personis a loco nativitatis nomen imponere, ut *Sybaris* apud Horat. Od. I. 8.' *quondam* 26.—37 *lex nunc* 15.—38 *Atque ita subridens* 14. 17. 19.

NOTÆ

stur Domitiani deformes.

34 *Nonne igitur, &c.*] Quæ cum ita sint, an non jure detestamur hypocritas, Scauri similes?

Vitia ultima] Id est, supremæ improbitatis.

35 *Scauros*] M. Æmilius Scaurus, homo nobilis, impiger, factiosus, potentiæ, honoris, divitiarum avidus, ceterum vitia sua callide occultans. Sallust. de Bello Jugurth. Vide Ascon. Pæd.

Castigata remordent] Nonne merito vitiosi quando a vitiosis æque mordentur, eos remordent, reprehensi reprehendunt, ac vicissim castigant?

36 *Ex illis*] Ex hypocritarum numero et farina.

Torvum] Severa fronte, aspero vultu et indignabundo, torvis oculis.

Laronia] Alibi legitur, *Lauronia*, alibi et *Latronia*, mulier seu meretrix verbis procax, et nummis potens, de qua Martial. Epig. II. 32. 'Abnegat et retinet nostrum Laronia servum; Respondes, orba est, dives, anus, vidua.'

Quendam] Adversus impuras mulieres debacchantem.

37 *Lex Julia*] De ea jam supra ad vs. 30. a Julio Cæsare dicta lex plura capita complectitur, et plures titulos, de Ambitu, de Annona, de Repetundis, &c. De adulteriis autem coërcendis non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, sed et eos, qui cum masculis nefandam libidinem exercere audent; &c. l. IV.

Ad quem subridens: Felicia tempora, quæ te
Moribus opponunt! Habeat jam Roma pudorem!
Tertius e cœlo cecidit Cato. Sed tamen unde
Hæc emis, hirsuto spirant opobalsama collo
Quæ tibi? ne pudeat dominum monstrare tabernæ.

modice ridens: O sæculum fortunatum, quod te committit contra pravos *mores! Nunc Roma verecundia suffundatur:* en *tertius Cato ex Olympo delapsus est. Attamen unde ista comparas opobalsama, quæ tibi pilosa cervice exhalant? Ne pigeat*

20. 21. 26. 68. 70. 75. 76. 82. *Ad quem subridens* 10. 15. 23. 24. 25. 45-67. 69. 71-74. 77-80. ut ap. Virg. Æn. x. 742. quam lectionem revocavi, quia et doctior est, et optimorum librorum auctoritate firmatur: nisi forte ex Virg. l. l. margini ascripta et textui deinde illata videri possit. *Ad quem ita subridens* 11. 16. 68. prob. Schurzfl. et omnino suspicari licet, ex hac lectione reliquas esse ortas. Sed nostram Beckius l. l. non male ita defendit: 'Cum scriptum esset antiquitus, *ad quem subridens*, superflua vox *ita* vel intelligenda tantum, vel nasutulo cuidam necessaria visa, postea ipsis poëtæ verbis inserta fuit: deinde elidente eo, qui dictabat, syllabam *quem*, scribens audivit *atquita*, et sic *atque ita* scripsit.' *Ad quæ subridens* 27. quod exquisitius videtur, et in quibusdam libris etiam legitur ap. Virg. l. l. probante Nic. Heins. *Adque* 22. —39 *exponunt* 73. *pudores* 47. 55.—41 *tibi ab* pro *emis* 18.—42 *nec pudeat* 23.

NOTÆ

Institut. de publ. Jud. Vide Alex. ab Alex. IV. 1.

Dormis] An manes inutilis quando tot punienda mulierum adulteria? Expergiscere.

38 *Ad quem subridens*] Alii Codices habent, *Atque ita subridens:* per amarum et salsum jocum ulciscitur Laronia, et viros insectatur.

Felicia tempora] Ironice.

39 *Opponunt*] Nasci fecerunt, et statuunt quasi murum firmissimum ad sistendos frangendosque vitiorum incursus, gravitate tua ista Censoria.

Habeat jam Roma pudorem] Coram te scilicet, ut olim præsente Catone, in Floralib. Vide Persii Satiram v. ad vs. 178.

40 *Tertius Cato*] Gravis et severus morum Censor. *Tertius* vero, quia duo fuere insignes hujus nominis viri; alter M. *Cato* a censura cognominatus, alter M. item *Cato* Censorii pronepos, qui bello civili se ipse interemit Uticæ in Africa, unde Uticensis dictus. Plutarchus, et alii. Macrob. lib. II. *in Somn. Scip.* cap. ultimo, *Catones* ambos otiosis pariter et actuosis virtutibus inclaruisse ait.

Sed tamen unde, &c.] Nimirum Censorem agis verbo tenus, at re mollis es et effœminatus, proindeque flagitiosus: ut notant unguentis delibuta cervix, et opobalsama; quamvis piloso collo vir appareas, et videri velis.

41 *Opobalsama*] Ab ὀπὸς *succus*, et βάλσαμον *balsamum*. Vide Plin. XII. 25.

Spirant] Odorem suavissimum spargunt.

42 *Ne pudeat dominum monstrare tabernæ*] Quæso nobis indica myropolam, a quo possimus et nos tam boni odoris unguenta emere. Certe fœminas ista decebunt magis quam te virum.

Tabernæ] In qua emisti tam pretiosa balsama.

Quod si vexantur leges, ac jura, citari
Ante omnes debet Scatinia. Respice primum,
Et scrutare viros: faciunt hi plura; sed illos
Defendit numerus, junctæque umbone phalanges.
Magna inter molles concordia. Non erit ullum
Exemplum in nostro tam detestabile sexu.
Tædia non lambit Cluviam, nec Flora Catullam:
Hispo subit juvenes, et morbo pallet utroque.

indicare magistrum officinæ. Quod si excutiuntur decreta, et sanctiones, afferri præ cunctis oportet legem *Scantiniam. Viros primo contemplare atque examina. Illi plura perpetrant: at istos tuetur multitudo ac turmæ scuto conjunctæ. Summa* est *consensio inter effœminatos. Nullum extabit exemplum adeo nefandum in sexu*

non pudeat 26.—43 *Quid si* 13. *et jura* 23. 46. 48. 49.—44 *Scatinia* recepi e 10. 11. 13. 15. 17. 19. 20. 21. a m. sec. 22. 23. 25. 26. 27. 43. 49. 50. 52. 53. 56. 57. 59-62. 64-69. 71. 72. 73. 79. 80. probantt. Christio in hist. legis Scatin., Hoffmanno (Comm. ad leg. Jul. de adult. I. 26.), Beckio l. l. et al. *Scantinia* I. 46. 47. 48. 51. 54. 55. 58. 63. 70. 74-78. 82. probb. Britan., Lubino, Grang. et Schurzfl. Cf. Ferrar. ad Cic. Phil. III. 6. et Interpp. Sueton. Dom. 8. et Quintilian. Institut. IV. 2. VIII. 4. *Statinia* 16. *Schatinia* 24.—45 *faciunt ii plura* 11. prob. Schurzfl.—46 *vinctæque* 28. a m. pr.—48 *fragili* pro *nostro* 13.—49-62 desunt 18. *Tedia* 27. 60. 64. *Tedea* 16. *Tædia* 17. *Teclia* 21. *Media*

NOTÆ

43 *Quod si vexantur leges*] Si excitantur, si ad executionem revocantur, sane præ ceteris vigere debet lex contra viros infandæ libidini servientes rite constituta.

44 *Scatinia*] Lex lata adversus Scatinium ejusque similes. Valerius Max. VI. 1. n. 7. sic habet: 'M. Claudius Marcellus Ædilis Curulis C. Scatinio Capitolino Tribuno Plebis ad populum diem dixit, quod filium suum de stupro appellasset.....Citatus ille Scatinius Reus uno teste qui tentatus erat, damnatus est.' Suetonius, *Lege Scatinia* quosdam ex utroque ordine a Domitiano condemnatos ait. c. 8. *Domit.* Statuebat illa, ut qui ingenuum stuprasset, decem millia sestertium solveret.

45 *Scrutare viros*] Hypocritas illos et Censoriam gravitatem ostentantes intus inspice, quot eheu flagitia deprehendes?

Illos defendit numerus] Quia plures sunt, et numero prævalent, hinc impune peccant illi, et inulti abeunt, etsi gravioribus pœnis obnoxii. Lucanus. 'Quicquid multis peccatur, inultum est.'

46 *Junctæque umbone phalanges*] Metaph. a re militari, in qua milites conglobati urbis obsessæ muros aggressuri sublata supra caput scuta scutis conjungunt, ac testudine facta ab hostium telis tuentur. Vide Lips. Epistolic. quæst. Lib. IV. Epist. 13. magis vero ejusdem Poliorcet. lib. I. Dialog. 5. et 8.

47 *Non erit ullum exemplum, &c.*] Noster muliebris sexus nihil agit ita detestandum, ut est id quod viri inter se perpetrant.

Numquid nos agimus causas? civilia jura
Novimus? aut ullo strepitu fora vestra movemus?
Luctantur paucæ; comedunt coliphia paucæ.
Vos lanam trahitis, calathisque peracta refertis
Vellera: vos tenui prægnantem stamine fusum
Penelope melius, levius torquetis Arachne:

nostro.* * *An nos causas peroramus; Leges Civiles scimus; vel agitamus fora vestra crepitu aliquo? Non multæ certant, non multæ coliphia manducant. Vos netis lanam, et* in *cophinis vellera absoluta reportatis. Vos fusum subtili filo gravidum solertius volvitis* quam *Penelope*, et *agilius* quam *Arachne; quale peragit con-*

75. 76. *Clucam* 23. a m. pr. *Cliciam* 23. a m. sec.—50 *Hippo* 1. 56. 70. 74. 81. 82. Sed *Hispo* restitui ex 10. 11. 15. 16. 17. 19. 20. 21. a m. sec. 22. 23. 24. 26. 27. 45-55. 58. 61-69. 71. 72. 73. 77-80. Hoc nomen memoratur a Tac. Ann. I. 74. Gruter. Inscript. DXCVII. 1. forte et Cic. ad Div. XIV. 1. *Ispo* 14. 25. 57. 59. *Hyspo* 21. a m. pr. *Ipso* 60. 65. 75. 76. *subdit* 47.—52 *fora nostra* 23.—53 *colliphia* 61. 62. 63. 68. 69. 71. 73. *colyphia* 23. 24. *colephia* 49. *caliphia* 77. *colunphia* 16. *luctilia* 15.—54 *trahitis lanam* 21. 22. 68. *calatisque* 21. 22.—56. 57 transpositi in

NOTÆ

51 *Numquid nos agimus causas*] Nos mulieres virorum officia non invadimus; cur, o viri, occupatis muliebria?

52 *Fora vestra*] Vobis propria, et viris convenientia, non fœminis, ut patet, non attentamus: nec enim Juris captamus scientiam, aut in Foro causas agimus. Valerius Max. VIII. 3. fœminas aliquot affert ausas in Forum venire, et ibi apud Judices perorare; nimirum Amœsiam, Afraniam, Hortensiam; quibus et eo nomine inusta impudentiæ nota.

53 *Luctantur paucæ*] Vide Sat. I. vs. 22. VI. vs. 245. et seq. Martial. Lib. Spectac. Epig. 6.

Coliphia] Horum meminit Plautus in *Persa* Scen. 3. et Martial. Lib. VII. Epig. 66. panes athletarum fuisse dicuntur, appellati sic eo quod eorum membra, Græce κῶλα, reddant ἴφια, id est, *robusta*. Panes aiunt cum recenti caseo commixtos fuisse *coliphia*. Alii etymologiam deducunt a κόλλιξ, quod pastilli seu placentæ genus celebratur Athenæo lib. III. Item XIV. 13.

54 *Calathis*] Quidam aiunt *calathum* proprie dici quasillum seu sportellam, ubi reponuntur lanæ tinctæ et purpureæ, Græcis κάλλη.

Peracta refertis] Diurnum pensum quotidie *refertis*, et vellera evoluta seu pertexta.

55 *Prægnantem*] Filo turgentem circumvoluto.

Stamine] Vide quæ notabimus Pers. Sat. VI. vs. 73. ad vocem *trama*.

56 *Penelope*] Ulyssis uxor lanificii peritissima, quæ procos absente viro sapienter elusit, eis se promittens obsecuturam absoluta tela, quam singulis noctibus retexebat.

Levius torquetis Arachne] Alii legunt, *melius*.

Arachne] Lydia puella, quæ, ut fabulantur, in certamen artis textoriæ Palladem ausa provocare, in araneam transformata temeritatem luit. Ovid. Metam. 6. Ceterum Arachne

Horrida quale facit residens in codice pellex.
Notum est, cur solo tabulas impleverit Hister
Liberto; dederit vivus cur multa puellæ.
Dives erit, magno quæ dormit tertia lecto.
Tu nube, atque tace: donant arcana cylindros.

cubina inculta sedens in stipite. Compertum est quare Hister codicillos repleverit uno liberto, et quare vivens plurima donarit adolescentulæ. Opulenta erit, quæ cubat tertia in cubili amplo. Tu matrimonium contrahe, et sile: secreta dant

21. *melius levius* 28. et al. *melius, melius* 46. 48. 49. 61. 62. 63. 65-69. 71-74. *melius meliusque* 19. *Aragne* 21. 22. 26.—57 *cortice* 2. 3. 5. 6. 7. *corthice* 16. *cotice* 19.—58 *soli* 19. 20. 22. 23. a m. sec. 26. 45. 50. 59. 64. 68. 74. *Hyster* 21. a m. pr. 23. 24. 45. *Ister* 22.—60 *Dives eris magno quæ dormis tertia lecto*

NOTÆ

linum ac retia invenit, fusos autem in lanificio Closter Arachnes filius, auctore Plinio, VII. 56.

57 *Codice*] Truncus erat ligneus, cui alligati insidebant servi, et operi vacabant.

Pellex] Ea proprie dicitur quæ pellicit et præripit uxori suum virum. Pro famula hic poni contendunt aliqui, quippe cum hero sæpe adulterium committebant servæ: hæ vero deprehensæ a matrefamilias dure habebantur, et ad arboris truncum alligatæ cogebantur lanificio insistere.

58 *Notum est, cur, &c.*] Sic Ecl. 3. Virgilius, 'Novimus et qui te.'

Solo tabulas impleverit Hister liberto] *Libertus* nimirum impudicus, flagitioso domino nefarie obsecutus, tabulas ejus testamenti unus implet; cum in mercedem sceleris hæres ex asse scribitur.

Hister] *Hister* Pacuvius Sat. 12. vs. 128. homo dives, et flagitiis notus.

59 *Dederit vivus cur multa puellæ*] Per leges viro non licet uxori legare quicquam ex testamento: nec apud Romanos ex lege Voconia licebat, saltem multa: hinc vivus dat. Alex. ab Alex. VI. 16.

Puellæ] Uxori liberti adolescentulæ, ut aiunt aliqui; vel potius uxori propriæ, ut taceat scelus mariti cum liberto, cujus est conscia, neve revelet infandam illam turpitudinem.

60 *Tertia*] Scilicet uxor cum viro et liberto.

61 *Tu nube, atque tace*] Si nosti connivere ad nefarias mariti libidines, expedita tibi est ad opes acquirendas via et ratio. Porro est etiam egregia Laroniæ indignatio, quasi diceret: Quæ vero deinceps nubere velit, et quæ nupta tacere et ferre possit ejusmodi virorum nequitiam? Sic Virgilius Ecl. 1. 'Insere nunc, Melibœe, pyros, pone ordine vites.'

Donant arcana cylindros] Si arcanum tegas, si taceas secreta viri tui scelera, flagitiosi silentii præmium nanciscere a marito.

Cylindros] Inaures, gemmas, lapillos, in modum *cylindri* oblongos. Elenchos vocat Sat. VI. vs. 457. id est, margaritas in similitudinem pyri turbinatas, ex Plin. IX. 35. 'Elenchos,' inquit, 'appellant fastigiata longitudine, alabastrorum figura, in pleniorem orbem desinentes. Hos digitis suspendere et binos ac ternos auri-

De nobis post hæc tristis sententia fertur.
Dat veniam corvis, vexat censura columbas.
Fugerunt trepidi vera ac manifesta canentem
Stoicidæ.. Quid enim falsi Laronia? Sed quid
Non facient alii, cum tu multicia sumas

lapillos. Et post ista severum de nobis fiet judicium. Censura corvis indulgentiam tribuit, columbas autem exagitat. Stoici verecundi profugerunt increpantem vera et comperta. Enimvero quid falsum protulit *Laronia? Ecquid autem non agent alii, quando tu,* o *Cretice, induis serica, et adversus Proculas ac Pollineas*

1. Non male!—62-78 Hi versus in 13. contracti in tres: *Da veniam corvis, vexat censura columbas. De parvis vitiis tristis sententia fertur: Sed magis alta nocent; dedit hinc contagio labem.* Farnabius, Bahrdt, et alii post *fertur* colon ponunt, ut sensus sit: postremo, vel si porro ita fiet, de nobis valebit, quod vulgo proverbii loco dicitur, *dat veniam corvis* cet. Bahrdt vertit: *Uns trifft zuletzt der harte Spruch: Die Tauben fängt man ein, die Raben lässt man laufen.*—64 *trepidæ*—*Stoicides* forte 1. *loquentem* quidam pro *canentem.* —65 *Lauronia* 10. 11. 15. 16. 19. 22. 23. a m. sec. 24. 26. 45. 59. 60. v. sup. ad vs. 36.—66 *faciant* 14. 17. a m. pr. 45. *faciunt* 47. 58.

NOTÆ

bus, fœminarum gloria est.' Hæc Plinius. Quid vero proprie *cylindrus*, indicat Virgil. Georg. 1. 'Area cum primis ingenti æquanda cylindro.' Nempe lapis est oblongus et teres, qui supervolvitur et æquat aream.

62 *De nobis*] De mulieribus.

Post hæc] Postquam nota sunt infanda virorum crimina.

Tristis sententia] Lex Julia; vel severi impurorum hypocritarum sermones contra mulieres haud pudicas.

63 *Dat veniam corvis, &c.*] Sententia, et adagium. Id est, leviora coërcentur in infimis, at impune graviora divites committunt.

Censura] Morum castigatio, animadversio, punitio, quæ penes Censorem.

Corvis, columbas] Discrevit sexum per aves, inquit vetus Schol. porro per *corvos* impuri notantur: per *columbas* autem muliercularum simplicitas, qua fit ut a viris facile in adulterium impellantur. Seu quod in tutela Veneris sunt columbæ, per has bene significat adulteras: per corvos autem et colorem nigrum, atrocia virorum et contra naturam flagitia, eoque minus veniam merentia.

64 *Fugerunt trepidi*] Ad has Laroniæ voces arcana flagitia exprobrantis aufugerunt illi conscientia sua perculsi.

65 *Stoicidæ*] Sicut Priamidæ, Æacidæ, Scipiadæ. Veros autem Stoicos non indicat aut ferit, sed hypocritas, qui Stoicam probitatem simulantes nefarie vivunt.

Laronia] Vide supra vs. 36.

Quid non facient alii] Si tu Judex et Censor mollitiem præfers, quid alii non audebunt? Et molles qua fronte mollis ipse damnabis?

66 *Multicia*] Vestes bombycinas, subtiles, pellucidas, quibus nec defendi corpus aut pudor possit, ut ait Seneca *de Benef.* 7. Nec puduit has vestes usurpare etiam viros, levitatem propter æstivam; in tantum a lorica gerenda discessere mores, ut oneri sint etiam vestes, inquit Plin. xi. 23.

Cretice, et hanc vestem populo mirante perores
In Proculas, et Pollitas? Est mœcha Fabulla:
Damnetur, si vis, etiam Carfinia. Talem
Non sumet damnata togam. Sed Julius ardet;
Æstuo. Nudus agas! minus est insania turpis.

dicis, plebe vestimentum istud admirante? Fabulla est adultera: condemnetur quoque, si lubet, Carfinia. Certe *condemnata non induet ejusmodi togam. At Julius incalescit: efferresco. Nudus incede. Stultitia est minus infamis. Ecce*

---

multitia 21. 60. 64. ut 21. 27. inf. vs. 76., et 19. 59. inf. XI. 186.—67. 68 *transpositi* in 19. *Critice* 10. a m. pr. et inf. vs. 78. in 10. 28. a m. sec. et 67. Id Calderino aliisque legendum videbatur, sed ab h. l. alienum est et metri legibus adversatur. *peroras* 16. 22.—68 *Pollutas* pro *Pollitas* 7. 26. *Pollucis* 19. *Pollucas* 14. 45. *Polluces* 15. *Polluicas* 11. 17. 19. 22. 23. *Polliucas* 10. *Pelricas* 24. *Pelluicas* 27. *Pulluitas* 16. *Polluvicas* 21. *Pollineas* 25. 49-57. 59-74. 78. 79. 80. *Pollineas* 46. 47. 48. 58. *Pollenias* conj. Beckius in Obss. philol. in Juven. Satt. duas priores, quia nomen *Pollenius* obvium aliquoties in antt. marmm. v. c. ap. Gruter. Inscr. p. DCCCXVI. 3. *Fabulla* 1. 70. 75. 76. 77. 81. 82. quæ lectio firmari videtur Martial. I. 65. et XII. 93. al. 94. et 95. Labulla 10. 11. 14-17. 19-27. 45-69. 71-74. 78. 79. 80.—69 *Damnetur etiam, si vis* 11. 26. *Carphinia* 10. 21. 22. 45. 46. 49. 54-57. 60. 62. 66-69. 71-74. *Corphinia* 47. 50. 58. 64. *Corvinia* 25. *Calphinia* 27. *Calphurnia* 24.—70 *sumat* 16.—71 *Ah æstuo* 16. *nude* 47. 58. *infamia*

NOTÆ

67 *Cretice*] O critice, o Judex severe, instar Æaci, Minois, Rhadamanti, in Creta pridem, et nunc apud Inferos Judicum, ut aiunt. Porro fuit Julius Creticus sub Cæsaribus illustrium causarum Actor, teste vet. Schol.

Et hanc vestem populo mirante perores] Sic Hortensius clarus ille Orator ob nimiam habitus munditiem probris jactatus, et ludibrio exceptus, atque saltatriculæ nomine Dionysia appellatus fuisse dicitur. Gell. I. 5.

68 *Proculas, et Pollitas*] Impudicas mulieres.

Fabulla, Carfinia] Nomina mulierum impudicarum, quarum hæc illa videtur indicari et induci velut turpior ac nequior.

69 *Talem*] Ita pellucentem, ac tenui substamine, ut est illa tua, o Cretice.

70 *Damnata*] Mulier adulterii convicta, virilem togam induta cogebatur prodire in publicum, atque sui flagitii pudorem et pœnam ferre. Auctores sunt Acron, et Porphyrio in Horat. Hinc ipse Flaccus lib. I. serm. 2. 'Quid inter Est in matrona, ancilla, peccesve togata?'

Togam] *Toga* virorum erat, stola mulierum. Hinc Tullius in Anton. 'Sumsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti.'

Sed Julius ardet] Respondet et excusat se Creticus; at ego nonnisi propter æstum, et gravem Julii mensis et Caniculæ ardorem illa multicia levioresque togas assumo.

71 *Nudus agas*] Reponit Juvenalis, quod si ita est, et graviorem æstate nequeas vestem ferre, profecto satius est ut nudus, et sine ullo integumento procedas, agas, perores.

En habitum, quo te leges ac jura ferentem
Vulneribus crudis populus modo victor, et illud
Montanum positis audiret vulgus aratris.
Quid? non proclames, in corpore judicis ista
Si videas? Quæro, an deceant multicia testem?
Acer, et indomitus, libertatisque magister
Cretice perluces. Dedit hanc contagio labem,
Et dabit in plures; sicut grex totus in agris

vestem, in qua te leges et jus portantem auscultaret populus nuper victor, recentibus plagis, atque plebs ista montana, dimisso vomere. Ecquid non exclames, si aspicias illa in corpore Judicis? Rogo utrum serica testi conveniant. O Cretice, trans appares vehemens, ac invictus, et libertatis auctor. Contagium immisit istam maculam, et in plures sparget: quemadmodum grex integer perit unius scabie, atque

---

24. 26. 81. Non male, ut sensus sit: minus turpis infamia, si nudus perores, quam multicia indutus. Sed *insania* et auctoritate et vi præstat, quamvis Grangæus albis dentibus ridendos judicaverit, qui ita legerent.—72 *et* pro *ac* 16.—73 *populi* 45.—76 *deceat* 16. 26. 75. 76. *multitia* al. Cf. ad vs. 66. —78 *Critice* quidam. v. ad vs. 67. *pelluces* 17. a m. sec. 19. 22-25. 27. 46. 47.

NOTÆ

Minus est insania turpis] Quamvis enim ita nudum te insanum existiment, minor erit infamia, quam si mollis et flagitiosus per vestes illas sericas videare. Legunt quidam, *infamia*, pari sensu. Utrobique amara est ironia et permissio.

72 *En habitum, quo, &c.*] Ironice admodum. En te sic vestibus pellucentem, velut alterum Quintium Cincinnatum, audient Romani quasi Legislatorem, et Imperii vindicem.

73 *Crudis*] Vel recentibus, vel crudelibus et sævis. Non incruenta pugna victoriam adeptus.

74 *Montanum vulgus*] Quod montes et agros incolit, et in urbem confluere solet, ad triumphi pompam spectandam, aut ad leges quæ promulgantur, excipiendas.

Positis aratris] Relicto opere rustico cupide accurret.

Audiret] Te mollem et effœminatum ille asper et induratus militia et labore populus auscultaret.

75 *Quid? non proclames*] Ut supra, Quis cœlum terris non misceat, exclamando: O cœlum! &c.

In corpore Judicis ista si videas] Si indutum sericis Judicem aspexeris.

76 *Quæro an deceant multicia testem*] An igitur in teste, qui inferior Judice est, tolerabis pellucentem togam, et bombycina vestimenta, quæ in ipso Judice non feras?

77 *Acer, et indomitus, &c.*] Per sarcasmum et subsannationem crebram exagitat mollem Creticum Juvenalis: scilicet in isto habitu vindex libertatis omnino videris, inquit.

78 *Perluces*] Ut per togam sericam et subtilem perspiciuntur membra tua, sic et animus tuus virilis apparet elucetque. Ironice.

Dedit hanc contagio labem] Eheu luem hanc mollitiem nempe afflavit tibi et affricuit mollium consuetudo: et tu illam in alios transmittes.

Unius scabie cadit, et porrigine porci,
Uvaque conspecta livorem ducit ab uva.
Fœdius hoc aliquid quandoque audebis amictu.
Nemo repente fuit turpissimus. Accipient te

sues prurigine; et racemus ab alio *racemo visus lividum* colorem *contrahit. Quidpiam illa veste turpius aliquando perpetrabis. Nullus subito fœdissimus evasit.*

49. 50. 54-58. 60-69. 71-74. 77. *polluces* 45. *tabem* 19. 25. 57.—80 *prorigine* 10. 11. 48. 49. 51. 55. 80. *prurigine* 13-16. 17. a m. pr. 19. 27. 44-47. 54. 56-58. prob. Turnebo. Eadem lectionis varietas deprehenditur in simili loco Colum. R. R. VII. 5. ubi *porriginem* præferebant Ursinus coll. Celso de med. II. 7. VI. 2. Grævius (in Sylloge Burm. T. IV. p. 295. et ad Justin. XXXVI. 2.) Keuchen. et Burm. (in Poët. Lat. min.) ad Seren. Sammon. de medic. III. 35. Beckius in Obss. philol. in Juven. Satt. duas priores hæc notavit: 'Isidorus in cutis vitiis Etym. IV. 8. *Prurigo*, inquit, *vocata a perurendo et ardendo.* Hoc sensu rectissime usurpatur de suibus, quoniam ob prurientem cutem luto volutantur, et quibusvis lapidibus ac truncis sese affricare gaudent. Celsus contra VI. 2. *porriginem* describit, ut sit, *ubi inter pilos quædam quasi squamulæ surgunt, eæque a cute resolvuntur; et interdum madent, multo sæpius siccæ sunt.* At enim vero si paulo post edocearis, *fere id in capillo fieri, rarius in barba, aliquando etiam in supercilio;* qua ratione suibus capillos, barbam, supercilia, affingas? Vetus glossa *porrigo* vertit πιτυρίασις, πίτυρα τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ. *Porrigo* autem et *prurigo* differunt tanquam genus et species, quorum hæc totum corpus, illud caput tantum afficit.'—81 *confecta* 14. *contacta* 48. a m. sec. et Sarisber. quod etiam malebat Marshall. ut commodior esset sensus et apertior. *compacta* non nemo emend. teste Hennin.—82 *aliud* pro *aliquid* conj. Lubin.—83-170 in 13. contracti in quinque: *Nemo repente fuit turpissimus, immo morose Quæ secreta placent, liceat modo vivere, fient Cuncta palam, cupient homines in acta referri. Dii melius, quod nil animis in corpora juris Natura indulget, nec obedit parva volenti. fit* 19. 45. *fiat* al. *venit* pro *fuit* vett. codd. Rigalt. et Pontani, quem v. ad Macrob. Sat. III. 10. Illud omnino doctius, quam ut librariis debeatur, hoc ex glossa ortum videri potest. *Venire*, ut ἔρχεσθαι, gravius verbum pro *esse*. Satirici tamen poëtæ doctiora non sectari solent, et illud *venit* a docta forte manu

NOTÆ

80 *Scabie*] Trita similitudo. Cornelius Celsus *de Scabie.* 'Durior est,' inquit, 'cutis rubicunda, e qua pustulæ oriuntur quædam humidiores, quædam sicciores, exeunte ex aliquibus sanie,' &c.

Porrigine] Morbus est porcorum simul et hominum, quo squamæ veluti quædam inter pilos exurgunt, interdum madentes, alias siccæ, ut habet idem Celsus.

81 *Uvaque conspecta livorem ducit ab uva*] Sicut etiam uva corrupta proximam uvam corrumpit ex contactu. Aliter explicat Hadrian. Turneb. XV. 17. vultque Poëtam loqui ex opinione vulgi existimantis maturescente et livescente una uva, aliam vicinam ex æmulatione quadam statim livescere. Favet vet. Schol. dicens: 'hoc e Proverbio sumitur: Uva uvam videndo varia fit.'

82 *Fœdius hoc aliquid, &c.*] Hæc vestium mollities ad aliquid pejus te deducet, nimirum ad infandas libidines.

83 *Nemo repente fuit turpissimus*] Gradus sunt virtutum sic et vitiorum.

Accipient te] Suum in consortium

Paulatim, qui longa domi redimicula sumunt
Frontibus, et toto posuere monilia collo,
Atque Bonam teneræ placant abdomine porcæ,
Et magno cratere Deam. Sed more sinistro
Exagitata procul non intrat fœmina limen.
Solis ara Deæ maribus patet. Ite profanæ!
Clamatur: nullo gemit hic tibicina cornu.
Talia secreta coluerunt Orgia tæda

Sensim te admittent qui in ædibus longas tænias accipiunt temporibus, ac tota cervice torques aptant: et Bonam Deam conciliant ventre suis molliculæ, atque patera capaci. At perverso ritu longe pulsa mulier januam non ingreditur. Ara Deæ unis est aperta masculis. Vociferantur: Abscedite profanæ. Illic nulla tibicina cornu

margini ascriptum ac textui postea illatum est.—86 *bonam Cererem* 16. *temere* 60. 65.—89 *profani* 71. 73.—91 *caluerunt* 45.—92 *Ceropiam* 60. 65. *Cetropeam*

NOTÆ

te assument impuri mystæ, quorum instituit collegium Domitianus ad Quinquatria Minervæ quotannis in Albano celebranda: ex Sueton. Domit. cap. 4. Horum lasciviam hic a Poëta potissimum reprehendi nonnulli contendunt.

84 *Longa redimicula*] *Redimiculum*, muliebris capitis ornamentum; fasciolæ seu tæniæ a mitra dependentes. Tull. Verr. 5. hæc civitas mulieri *redimiculum* præbeat. Virgil. Æn. IX. 'Et tunicæ manicas, et habent redimicula mitræ.'

Domi sumunt] Hinc patet non publica sed privata fuisse conventicula hominum impurorum et mollium, qui muliebriter ornati easdem inter se libidines et spurcitias committant, quas solebant mulieres in Sacris Bonæ Deæ.

86 *Atque Bonam teneræ, &c.*] Describit ritus a fœminis servari solitos in Sacris illis nocturnis.

Bonam Deam] Seu Maiam, seu Proserpinam, Opem, &c. Macrob. Saturnal. I. 12.

Abdomine porcæ] *Porcæ* sumen optimum Antiqui abdomen vocabant, inquit Plin. II. 37. Porro quid proprie *abdomen* describit Corn. Cels. IV. 1. 'Ipsa,' inquit, 'ilia inter coxas et pubem posita sunt, a quibus abdomen sursum ad præcordia pervenit.'

87 *Cratere*] In Sacris vinum fundebatur. Virgil. passim. Æneid. V. 'Vina liquentia fundam.' Vide Sat. XII. vs. 8. et ibid. Annot.

More sinistro] Contrario prorsus ac inverso. Nam Bonæ Deæ solæ fœminæ sacrificabant, at hic soli viri admittuntur.

89 *Maribus*] Et quidem effœminatis.

Ite profanæ] Sicut in mulierum Sacris e contra: Procul ite profani. Proprie hic, quasi Porro a fano este, ite, discedite.

90 *Tibicina cornu*] Varia instrumenta, tuba, cornu, tibia in Sacris adhibebantur.

91 *Talia secreta coluerunt, &c.*] Quæ ab illis mollibus et effœminatis viris patrantur Romæ flagitia in fictis Bonæ Deæ Sacris, talia sunt, qualia exercebantur in Cotyttiis apud Athenienses.

Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotytto.
Ille supercilium madida fuligine tactum
Obliqua producit acu, pingitque trementes

insonat. Baptæ assueti fatigare Cotytto Cecropiam celebrant ejusmodi Orgia, arcana face. Hic acu incurva supercilium extendit humida tinctum fuligine, ac pingit

17. *Cyclopiam* 26. *jussi* pro *soliti* 46. 48. *baptæ soliti* 20. *Battæ* 14. 26. *batæ* 19. *balte* 21. a m. sec. 22. 24. *laxare* 45. *Cotitto* 67. *Cotyto* 74. *Cotyton* 1. 49. 56. 57. 59. *Cotytton* 50. 70. *Cocyton* 10. 11. 17. 19. 20. 21. 23. 24. 25. 27. 45-48. 51. 52. 54. 55. 58. 75. 76. quod male defendit Dómit. Calder. cujus nota est hæc : 'Ceres ita dicta est a verbo Attico, quod *lugeo* significat, quamvis alterum *c* elidatur, ut corripiatur syllaba : nam Cererem raptu Proserpinæ mœstam, qualis apud Arcades lugubri habitu colitur, ut scribit Pausanias, lacrymis et gemitu placasse dicuntur : inde reddita agris fertilitate, instituta sunt illius sacra a *Cocyto*. Aviam et antiquissimam familiæ auctorem Attici *Cocyam* appellarunt, auctore Suida : nam et *Cocyto*, h. e. Ceres, deorum sacrorumque antiquissima et prima dicitur Ovid. Fast. I. 349. et ut ex Varr. de R. R. discitur, *Initia* dicuntur sacra Cereris, quoniam prima fuerunt.' *Cociton* 14. 15. *Coccyton* 16. *Cocithon* 26. *Cochiton* 22.—93 *tactum* 2. 3. 5. 17. 19. 20. 21. a m. pr. 26. 47. 58. 61. 62. 67. 70-79. 81. 82. *tinctum* 10. 11. 14. 15. 16. 21. a m. sec. 22-25. 27. 45. 46. 48-57. 59. 60. 64. 65. 66. 68. 69. 80. Sed illud exquisitius est, hoc glossam redolet. *tectum* 63. *factum* legebat Gonsal. ad Petron. p. 271. et 366.—94 *tingitque* suspicari possis coll.

NOTÆ

Orgia] Bacchi Sacra, sic dicta ab ὀργῆς *furore*. Vide quæ de Bacchanalibus dixi initio hujus Satiræ.

Secreta] Mystica ; nisi potius nocturnas et clandestinas libidines Sacrorum illorum notat.

Tæda] Vide Satir. I. vs. 155. seu Plin. XVI. 10.

92 *Cecropiam*] A *Cecrope* primo Atheniensium rege denominatur sæpe id omne quod ad Athenas atque universam Atticam regionem pertinet.

Cotytto] Accusat. Græc. 4. Declinat. Ea fuit saltatrix spurcissima, post mortem in Impudentiæ Deam consecrata Athenis, et nocturnis Sacris omni libidinum genere plenis culta.

Lassare] Ea nempe Sacra saltationibus impudicis ad satietatem usque et lassitudinem peragebantur.

Baptæ] Ἀπὸ τοῦ βάπτειν, *lavare*, dicti : quia aqua calida tingebatur illis Sacris Cotyttus initiati. Politian. Miscell. c. 10. Porro, Baptæ, titulus Comœdiæ Eupolidis Poëtæ, in qua viros Athenis ad imitationem fœminarum saltantes inducit et psaltriam lassantes. Vet. Schol. Cum autem Baptarum lasciviam Eupolis proscripsisset, ab illis in mare præcipitatus et submersus fuisse dicitur.

93 *Ille supercilium, &c.*] Quidam ex illis denigrant *supercilia*: nam color niger in oculis et crinibus olim laudabatur, teste Horatio ad Pisones. 'Spectandum nigris oculis nigroque capillo.' Xenophon in Pædia Cyri ait a quibusdam oculorum palpebras fuco pingi, et sic decorem in aspectu contrahi. Sanctus Cyprianus *de Habitu Virginum*, docuerunt oculos circumducto nigrore fucare, genas mendacio ruboris inficere, et mutare adulterinis coloribus crinem.

94 *Obliqua acu*] *Acu* crinali, vel calamistro, ut volunt alii.

Pingitque] Supercilia, et oculorum

Attollens oculos: vitreo bibit ille Priapo,
Reticulumque comis auratum ingentibus implet,
Cærulea indutus scutulata, aut galbana rasa,
Et per Junonem domini jurante ministro.
Ille tenet speculum, pathici gestamen Othonis,

tremulos erigens oculos. Iste potat Priapo e vitro; et reticulum inauratum replet densis capillis, vestitus cærulea chlamyde *scutulis distincta, vel galbano raso; atque famulo jurante per Junonem heri* sui. *Iste velut exuvias Actoris Aurunci gestat*

Plin. XI. 37. s. 56. *Mulieribus tanta est decoris affectatio, ut tingantur quoque oculi.* Sed præstat vulgata lectio, quia modo præcessit *tactum*, h. e. tinctum.—97 *galbina* 1. 48. 70. 75. 76. 82. ut in optimis libris Martialis, Petron. c. 56. et 64. Vopisci, probb. Ferrar. R. V. III. 22. Scalig. et aliis. *galbana* 10. 11. 14-17. 19-25. 27. 45. 46. 47. 49-69. 71-74. 77-81. Recte, si color hic a galbano, resina ferulæ Syriacæ, dictus est.—98 *domino* 14.—99 *tenens* 22. *patici* 21. 22. 26.—100 *Arunci* 17. a m. pr. 19.

NOTÆ

pilos. Tanta est decoris affectatio, ut tingantur oculi quoque, inquit Plinius.

Trementes attollens oculos] Timentes lædi adhibito fuco.

95 *Vitreo bibit ille Priapo*] Alius bibit in scypho vitreo obscœnæ figuræ, more impudicarum mulierum. Plin. in Prooemio lib. XXXIII. 'Artem auxere,' inquit, 'vitiorum irritamenta: in poculis libidines cælare juvit, ac per obscœnitates bibere.' Et alibi, 'vina ex libidine hauriuntur.'

Priapo] Is Liberi patris ac Veneris filius, quem velut hortorum Deum olim coluerunt. De eo plura dicere vetat pudor.

96 *Reticulumque comis*] Muliebris ornamentum capitis adhibet, *reticulo* aureo comam colligit ac religat. Plin. XII. 14. sic habet: 'Persona adjicitur capiti, densumve reticulum.'

97 *Cærulea indutus*] Subauditur, *vestimenta*.

Scutulata] Orbiculis notata. Plin. VIII. 48. plurimis liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria instituit, scutulis dividere, Gallia.

Galbana] A colore floris Galbani, Galbana dicta sunt vestimenta muliebria galbanei coloris, qui sublucidus et subalbus est cum pallore. Hinc Martial. Epigramm. I. 97. effœminatum notans, 'galbanos habet mores,' inquit. De *Galbano* Plin. pluribus locis XII. 25. Dat et *galbanum* Syria, e ferula ejusdem nominis, resinæ modo. Salmasius, aliique legunt, *Galbina*, id est, viridis coloris.

Rasa] Non villosa, pilos non habentia. Plin. VIII. 48. mox citat. Togas rasas Divi Augusti novissimis temporibus cœpisse scribit Fenestella.

98 *Et per Junonem*] Non domino tantum, sed etiam ministro jurante, &c.

Per Junonem jurante] Hæc omnia muliebriter. Nam solæ mulieres per Junonem jurabant; viri per Jovem, per Herculem. Vide Plin. II. 7. 'Servi illi jurant quomodo solebant ancillæ Neronis, ipsi adulantes, per Junonem tuam,' inquit vetus Schol.

99 *Ille tenet speculum*] Ad quod se comat, instar mulierum.

Actoris Aurunci spolium, quo se ille videbat
Armatum, cum jam tolli vexilla juberet.
Res memoranda novis annalibus, atque recenti
Historia, speculum civilis sarcina belli.
Nimirum summi ducis est occidere Galbam,
Et curare cutem summi constantia civis,
Bebriaci in campo spolium affectare Palati,

speculum, quod *portabat Otho* * *; *quo is sese aspiciebat armis indutum, quando jamjam levari signa imperabat. Res celebranda monumentis recentibus ac nova historia, speculum civilis belli sarcina. Nempe magni Imperatoris est Galbam interficere, atque magni civis fortitudo pellem expolire; appetere palatii spolia in*

23-27. 45. 50. 55. 56. 57. 59. 60. 64. 65. 74-77. *Aruncii* 28.—102 et 103 transpositi in 19.—105 *civis constantia summa* 16.—106 *Bebriaci campo* 14-17. 19.

NOTÆ

Gestamen Othonis] Quo utebatur *Otho* Imperator. Sueton. cap. 12. 'Tanto,' inquit, 'Othonis animo nequaquam corpus aut habitus competiit ..... munditiarum fuit pæne muliebrium ...... Quin et faciem quotidie rasitare, ac pane madido linere consuetum, idque a prima lanugine, ne barbatus unquam esset.'

100 *Actoris Aurunci spolium*] Ironice locum hunc inserit ex Æneide XII. Sensus est: isque tam gloriatur, speculo ab Othone accepto, quam Turnus prærepta Actori Aurunco ingenti sua hasta, apud Virgilium.

Quo se ille videbat armatum] In quo se armatum contemplabatur perperam et insulse Otho, discrimini vitæ sese mox objecturus in pugna.

101 *Tolli vexilla juberet*] Ad committendum prælium.

102 *Annalibus*] Hoc habent Annales supra historiam, quod per annos digestas res contineant. Gell. v. 18.

103 *Speculum civilis sarcina belli*] Sarcastice. Res, inquit, nova: inter instrumenta belli, Otho speculum gestat, muliebriter sese exornans in ipsis castris, quando cum Vitellio de Imperio dimicat, ab eo mox profligandus. Cornel. Tacit. 'Nec deerant,' inquit, 'qui ambitione stolida luxuriosos apparatus conviviorum, et irritamenta libidinum, sicut instrumenta belli mercarentur.'

104 *Summi Ducis*] Othonis, qui Galbam Imperii mense septimo, in medio urbis Romæ foro obtruncavit. Ipse vero Otho manu propria occubuit apud Brixellum clade suorum per Vitellianos audita, tertio Regni sui mense. Euseb. Sueton. Cornel. Tacit. Histor. l. II.

105 *Et curare cutem*] Muliebri sollicitudine decorem procurare.

Summi constantia civis] Ejusdem scilicet Othonis, qui et muliebriter munditiem amabat, et virtutes pariter civiles et Imperatorias nihilominus exercebat, ut supra ex Sueton. et Cornel. Tacit. Histor. I. sed non erat Othonis mollis, et corpori similis animus. Quod sane mirandum juxta ac satirico sale dignum judicat Juvenalis.

106 *Bebriaci in campo*] Ubi Otho profligatus a Vitellianis. Oppidum est Cremonam inter et Veronam, in

Et pressum in faciem digitis extendere panem:
Quod nec in Assyrio pharetrata Semiramis orbe,
Mœsta nec Actiaca fecit Cleopatra carina.

agro Bebriacensi, atque compressum digitis panem in vultum porrigere: quod neque Semiramis pharetram gerens in regione Assyriorum fecit, neque Cleopatra

24. 26. 45. 52. 61. 70. 74-77. 82. *Bebriaci in campo* 10. 25. 27. 46-51. 53-63. 65-69. 71-73. 78-81. Præpositio *in* propter elisionem dictantis facile excidere potuit. *spolia* 21. *aspectare* 22.—107 *Expressum* 19. *in faciem* 14. 15. 25. 45. 46. 47. 49. 50. 56. 57. 58. 60-69. 71-74. *in facie* alii, etiam Hennin. Sed illud præstat, et jungenda verba *pressum in faciem.* Litera autem *m* excidit ob

NOTÆ

Ducatu Mantuano, quod aliis *Bebriacum*, aliis, *Bedriacum*, *Betriacum*, *Bretiacum*, *Metriacum*. Bebriacensium bellorum civilium meminit Plinius x. 49. *Bedriacum* autem appellat Tacitus Hist. l. II.

Palati] Id est, Imperii Romani, cujus pacificum regimen spondebat sibi Otho victis hostibus, Vitellio cum suis, immemor a se illatæ non ita pridem Galbæ necis; suæ vero luxuriæ semper memor, et affectati decoris stolide tenax.

107 *Et pressum in faciem, &c.*] Super genas ac faciem extendere micam panis asinino lacte madidi, ad nitorem cuti procurandum. Sueton. loco supra citato. Plin. II. 41. ait, lac asininum conferre aliquid candori in cute mulierum. Unde Poppæa Neronis uxor fœtas secum asinas quingentas quocumque trahere solebat, eo lacte corpus totum macerans, extendi etiam cutem credens. Et XXVIII. 12. Cutem in facie erugari ac tenerescere, et candorem custodire lacte asinino putant, &c.

108 *Quod nec in Assyrio, &c.*] Quod quidem illæ mulieres bellatrices et luxuriosæ, Semiramis et Cleopatra, non fecerunt in bello: quibus proinde Otho mollior et effœminatior extitit.

Assyrio] Assyria regio majoris Asiæ Medis, Armenis, et Mesopotamiæ contermina. Ptolem. Syriæ pars, Plinio v. 12. At Strabo longe ampliores Assyriæ fines assignat, l. VI. Ab Assur filio Sem denominatam ait Isid. Etymol. et S. Aug. l. XV. *de Civit. Dei.* Assyriorum inclyta sub Belo Babylonis conditore cœpit Monarchia omnium prima, anno post orbem constitutum fere bis millesimo, floruitque per sæcula circiter quindecim; postea vero ad Persas migravit sub Cyro.

Semiramis] Uxor Nini Assyriorum Regis fortis et bellicosa, unde pharetratam vocat. Hæc Imperium propagavit, ac Babylonem amplificavit ornavitque; pro filio diu regnavit, ab eo tandem sublata est, quod ejus concubitum concupisset. Valer. Max. IX. 3. de ea sic habet: 'Semiramis Assyriorum Regina, cum ei circa cultum capitis occupatæ nuntiatum esset Babylonem defecisse, altera parte crinium adhuc soluta, protinus ad eam expugnandam cucurrit, nec prius decorem capillorum in ordinem, quam tantam urbem in potestatem suam redegit. Quocirca statua ejus Babylone posita est illo habitu, quo ad ultionem exigendam celeritate præcipiti tetendit.' De ea etiam fuse, Justinus, Eusebius, Diodorus Siculus l. III.

109 *Mœsta nec Actiaca*] Nec Cleopatra Ægypti Regina, mœsta quod

Hic nullus verbis pudor, aut reverentia mensæ.
Hic turpis Cybeles, et fracta voce loquendi
Libertas, et crine senex fanaticus albo

in *Actiaca navi tristis. Illic verecundia nulla* in *sermonibus, vel mensæ observantia.* Illic *Cybelæ fœda, atque enervata voce dicendi libertas: ac vetulus furens cano*

compendium scripturæ.—108 *falerata* 16. *urbe* 22.—111 *Hic turpis Cybele est, et fracta* cet. 11. probb. Hennin. et Beckio Obss. philolog. in Juvenal. Satt. duas priores p. 33. Illius nota est: 'Si quid video, omnino ita legendum, plano sensu: nimirum dolet, Romæ tantas invaluisse in moribus corruptelas, ut etiam avide receperint *turpissimam* Deorum Matrem ejusque ceremonias, quæ usque adeo omnem profligaverant verecundiam, ut vel in iis e Veterum memoria repetendis, ipsum quodammodo prostituatur ingenium.' Hujus vero: 'Ipsa orationis series videtur hanc lectionem postulare, quia plurima nomina in casu recto sese excipiunt, *libertas, senex, antistes sacrorum,* cet. Sic et *Cybele,* potissimum cum et ipsa *turpis* esset, et sacra illius detestanda. Origo autem depravationis duplex esse potuit. Una debetur lectori, vel dictanti, pro ratione metri, *hic turpis Cybelest,* quod dum librarius idiota, vel oscitans, ut audivit, in album conjecit, in causa fuit, ut τὸ *est,* loquor cum Henninio, resolveretur in *s,* et adjiceretur τῷ *Cybele.* Altera ex antiquitate critica desumitur, et antiquo illo per compendia scribendi more, quando, quoties ultima litera vocis cujusdam cum prima sequentis eadem erat, ambæ in unam ceteris aliquantulum majorem conflatæ sunt; de quo v. Gasp. Scioppii art. crit. pag. 61. edit. Amst. 1662.' Meo qualicumque judicio illa lectio ab h. l. prorsus aliena est: nam vox *Hic* non referenda ad Romam, sed, ut v. 110. ad consortium et conventus turpissimorum hominum, qui describuntur v. 84. sqq. Vulgata autem lectio non est quod displiceat, modo epith. *turpis* cum *libertas,* non, ut vulgo fit, cum *Cybeles* jungatur.—

NOTÆ

ab Augusto victa cum Antonio, navali prælio fuisset, ad Actium Epiri urbem et promontorium, atque sibi mortem admotis aspidibus parans, ne duceretur in triumpho. Hanc eleganti admodum forma primo adamavit Julius Cæsar, post M. Antonius eam deperiit, ac fugientem in Ægyptum consecutus ibi sese interemit. *Plutarchus.*

110 *Hic nullus verbis pudor*] Apud Albanos illos Sacerdotes Flaviales, de quibus supra, nulla moderatio luxuriæ: impudicitiæ, aut gulæ modus nullus.

Aut reverentia mensæ] Nimiis enim indulgent epulis; adeo ut ex proverbio, Albanæ dapes et mensæ pro lautis et abundantibus ponantur.

111 *Hic turpis Cybeles*] Turpis etiam sermonis libertas inter illos viget: obscœna quævis loquuntur, qualia usurpant et cantant Cybelæ Sacerdotes in ejus Sacris atque ludis. Diodorus Siculus IV. 5. Ovid. Fast. IV.

Cybeles] Hæc aliis nominibus vocatur *Ops, Rhea, Vesta, Magna Mater, Berecynthia, Dindymene:* Cybele vero, a Cybelo monte Phrygiæ, ubi instituta putantur illius Sacra: hinc et *Dea Phrygia* nuncupatur.

Fracta voce] Lasciva, effœminata, ad mollitiem enervata et fracta.

112 *Fanaticus*] Quasi sacro furore percitus, a Furiis exagitatus, Entheus.

Sacrorum antistes, rarum, ac memorabile magni
Gutturis exemplum, conducendusque magister.
Quid tamen expectant, Phrygio quos tempus erat jam
More supervacuam cultris abrumpere carnem?
Quadringenta dedit Gracchus sestertia, dotem
Cornicini; sive hic recto cantaverat ære.

capillo est Sacrorum præses, non vulgare et dignum memoria exemplum ingentis gulæ, et præceptor accersendus. Attamen ecquid morantur illi, *quos jam tempus aderat amputare gladiolo carnem superfluam, Phrygio ritu? Gracchus sestertia quadringenta* in *dotem donavit cornu canenti, seu is cecinerat ære directo. Obsig-*

113 *et* pro *ac* 11. 24. 45.—115 *expectent* 26. 60. *quis* 15. quod præstiterit. *quo* 16. *erit jam* 26.—116 *abscidere* pro *abrumpere* 14. 17. *abscindere* 15. 16. 19-22. 24. 45. 46. 48. 49. 61-69. 71. 72. 73. ut in simili loco Claudiani in Eutrop. I. 279. 280. *Cymbala ferre licet, pectusque illidere pinu, Inguinis et reliquum Phrygiis abscindere cultris:* propter quæ verba Plathner h. l. malebat *Phrygiis . . . cultris*, h. e. testaceis et lapideis. Heyne ad Tibull. I. 4. 70. Sed *abscindere* glossam redolet, et *abrumpere* aptius videri potest, si lapideis, non ferreis, cultris se castraverunt Galli.—117 *Quadraginta* 11. 14. 15. 16. 17. a m. pr. 19. 23. 24. 25. 45-49. 55. 57. 58. 59. Cf. ad I. 106.—118 *cantaverat* 2. 3. 5. 10. 15. 16. 17. 19. 20. 21. 26. 46. 48. 56. 61. 62. 63. 65-77. 81. 82. *cantaverit* 11. 14. 22. 23. 24. 25. 27. 45. 47. 49. 50. 54. 55. 57. 58. 59. 60. 64. 65. et duo codd. mss. viri docti in Misc. Obss.

NOTÆ

113 *Sacrorum Antistes*] Sacris illis infandis ac cæremoniis futilibus præsidet.

114 *Gutturis exemplum*] Ob voracitatem et helluationis prodigium.

Conducendusque magister] Quasi insignis gulæ et obscœnitatis præceptor, advocari dignus et pretio conduci, si abesset, aut sorte ductus non esset, ex more.

115 *Quid tamen expectant*] Verum si ita illi Sacra Cybeles, ejusque impuros mystas æmulantur in obscœnitatibus ac helluationibus, quin etiam pergunt, et ipsi sibi virilia abscindunt, eorum ad instar?

Phrygio more] Ut faciunt Sacerdotes Deæ Phrygiæ, qui seipsos castrant, exemplo Atys pueri Cybele dilecti. Diodor. Sic. IV. 5.

Quos tempus erat jam] Quos pridem oportebat amputasse sibi pariter eam carnem, qua viri sunt, ipsis inutilem muliebria sectantibus.

116 *Cultris*] More Judæorum in circumcisione præputii, lapideis cultris, testa Samia; quod et prior fecit Atys.

117 *Quadringenta sestertia*] Equestrem censum, decem millia coronatorum. Vide Sat. I. vs. 92. item vs. 106.

Gracchus] Vel nobilis quilibet, vel unus e Gracchorum familia. Vide supra vs. 24.

Dedit dotem] Quasi uxor suam dotem viro portat.

118 *Cornicini, sive hic recto, &c.*] Cuidam canenti vel ære curvo, id est, cornu; vel recto ære, id est, tuba: cornicini vel tubicini. Ovid. Met. 'Non tuba directi, non æris cornua flexi.'

Signatæ tabulæ: dictum Feliciter! ingens
Cœna sedet: gremio jacuit nova nupta mariti.
O proceres, censore opus est, an haruspice nobis?
Scilicet horreres, majoraque monstra putares,
Si mulier vitulum, vel si bos ederet agnum?
Segmenta, et longos habitus, et flammea sumit,

natæ sunt *tabulæ. Acclamatum* est; *fauste. Lautæ dapes appositæ:* denique *recens nupta quievit* in *sinu conjugis. O Optimates, egemusne Censore, an haruspice? Nimirum abhorreres, et crederes graviora prodigia, si fœmina* pareret *vitulum, aut si vacca agnum gigneret?* En *segmenta, vestesque longas, atque flammeum*

crit. Vol. v. T. II. p. 271.—119 *dictum est* 47. 48. 54. 55. *feliciter est* 58.—120 *marito* 26. *ingens Cœna, sedet: gremio* cet. distinguendum putabat Pithœus, *ingens Cœna: sed et gremio* cet. emend. Lips. Epistol. Quæst. IV. 25. At vulgata et distinctio et lectio exquisitior.—121 *auruspice* 21. *aruspice* 23. 24. 61. 62. 68. Sed *haruspex* in lapidd. legitur, dictusque non ab *ara*, sed *haruga* sive *haruiga*, hostia in *hara*, stabulo, includi solita, et *inspicienda*, si fides habenda Festo, et Donato ad Terent. Phorm. IV. 4. 28.—124 *flammca* 14. 15. 16. 17. 19. 21. 22. 24. 58. 61. 62. 63. 64. 67-73.

NOTÆ

119 *Signatæ tabulæ*] Matrimonii tabulæ, instrumentum, contractus, confecta et subsignata sunt.

Dictum, Feliciter] Faustæ precationes adhibitæ ex Majorum instituto, quod felix, faustum, ac fortunatum sit: vel, hæ nuptiæ feliciter ac bene cedant vertantque.

Ingens Cœna sedet] Nuptiale convivium paratum et appositum est: vel, frequentes assederunt ad epulum nuptiarum. Lipsius Epistolic. quæst. l. IV. epist. 25. separat vocem, *sedet*, et legit: *Ingens Cœna: sed et gremio jacuit, &c.*

120 *Gremio jacuit nova nupta mariti*] Gracchus traditus est Cornicini, sicut Sporus Neroni, de quo ante.

121 *Proceres*] Vocem hanc explicabimus in Persio.

Censore opus est, an haruspice] *Censore*, qui mores istos corrigat; *an haruspice*, qui hæc libidinis portenta, et scelerum prodigia expiet. De Prodigiorum expiatione et procuratione Tit. Liv. passim.

Haruspice] Hostia ab *hara* seu stabulo dicitur *Haruga*, hinc *Haruspex* dictus qui inspicit hostiarum exta, atque inde Deorum voluntatem et futura rimatur. Sat. VI. 'Commagenus Haruspex Pectora pullorum rimatur, et exta catelli.'

Majora monstra] Quam cum viro vir nuptui datur.

124 *Segmenta*] Alii explicant monilia, cum Servio: alii fimbrias et fasciolas aureas vestis extremitati ornatus gratia assutas. Alii dicunt *segmenta* poni pro segmentatis vestibus pretiosis, quæ vermiculato opere compositæ erant e bracteolis aureis aut argenteis, item e purpuræ segmentis. Valer. Maxim. v. 2. n. 1. refert Matronis permissum uti purpurea veste, ac aureis segmentis. Ovid. III. de Arte. 'Quid de veste loquar? Non jam segmenta requiro. Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.'

Longos habitus] Vittatas vestes, quibus operiuntur sponsæ, inquit vetus Schol.

Arcano qui sacra ferens nutantia loro
Sudavit clypeis ancilibus. O pater Urbis,
Unde nefas tantum Latiis pastoribus? unde
Hæc tetigit, Gradive, tuos urtica nepotes?
Traditur ecce viro clarus genere, atque opibus vir:

accipit is, *qui retinaculo secreto vacillantia portans sacra sudorem emisit*, sub *ancilibus scutis. O parens civitatis, unde scelus tam nefandum pastoribus Latinis? O Mars unde urtica illa affricuit tuos posteros? En viro datur vir illustris prosapia*

flamea al.—125 *migrantia* 16.—126 *Sudabit* 17. a m. pr.—*pater orbis* 16.—129

NOTÆ

Flammea] Velamen erat rubei, aut lutei potius coloris, quo novæ nuptæ solebant obtegi; 'Dictum vero flammeum,' inquit Festus, 'quod eo assidue utebatur Flaminica, id est, Flaminis uxor, cui non licebat facere divortium: unde boni ominis causa nubentes flammeo velantur.' Plin. XXI. 8. 'Lutei video,' inquit, 'honorem antiquissimum in nuptialibus flammeis totum fœminis concessum.' Martial. Epig. II. 79. 'Flammea texuntur sponsæ.' Vide Alex. ab Alex. II. 5.

125 *Arcano qui sacra ferens, &c.*] Ille ipse Gracchus muliebres et nuptiales sumit vestes, qui Salius fuit, et Martis Sacerdos. Hunc ab adjunctis Poëta describit et notat.

Sacra ferens nutantia] Subsilientia ad motum Saliorum ancilia. Nempe sub Numa Pompilio refertur e cœlo scutum Romæ cecidisse, responsumque ab haruspicibus ibi fore orbis Imperium, ubi illud servaretur. Itaque Numa undecim alia illi similia prorsus jussit fabricari, quibus immistum nec internosci, nec subripi facile posset: duodecim quoque Sacerdotes instituit, qui solemni ritu per urbem tripudiantes et canentes illa duodecim ancilia scuta circumferrent; unde Salii dicti sunt a *saliendo*. Illa vero in Templo Martis custodiri imperavit. Tit. Liv. I. 20. Horat. Epist. II. I. vs. 86. 'Jam Saliare Numæ carmen,' &c. Vide Alex. ab Alex. I. 26.

Arcano loro] *Loro* intus innexo suspensa scuta Saliorum collo portabantur. Hinc dicit, *arcano*, vel potius quia, ut dictum est, cœleste scutum cum aliis confusum haud dignoscebatur.

126 *Sudavit*] E corporis agitatione et saltatu.

Clypeis ancilibus] *Ancile* dictum, quia ab omni parte recisum ac rotundum erat. Hæc eleganter Ovidius describit Fast. III. 'Quis mihi nunc dicet, quare cœlestia Martis Arma ferant Salii,' &c.

Pater urbis] Mars, e quo Rheaque Sylvia nati Remus et Romulus urbis Romæ conditores.

127 *Latiis pastoribus*] Hominibus simplicibus et innocuis, quales primi urbis incolæ.

Unde hæc tetigit, &c.] Militiæ laboribus et ærumnis duratos cur luxuria nunc invadit ac enervat?

128 *Gradive*] Vel a *gradiendo* Mars ita vocatus; vel a κραδαίνειν, hastam vibrare. Alii vocem deducunt a Thracibus, apud quos velut bellicosissimos Poëtæ Martis sedem locant: fortem significari aiunt eo vocabulo.

Urtica] Herba est notissimæ mordacitatis: hic significat pruritum libidinis.

129 *Traditur ecce, &c.*] Gracchus

Nec galeam quassas, nec terram cuspide pulsas,
Nec quereris patri? Vade ergo, et cede severi
Jugeribus campi, quem negligis! Officium cras
Primo sole mihi peragendum in valle Quirini.
Quæ causa officii? Quid quæris? nubit amicus,
Nec multos adhibet. Liceat modo vivere: fient,

et divitiis: neque cassidem commoves, neque humum hasta percutis, neque expostulas parenti? Ito igitur, ac desere jugera agri austeri, quem non curas. Crastina die, diluculo præstandum mihi est *obsequium in Quirini valle. Quænam obsequii ratio? Quid percontaris? Nubit familiaris* meus: *neque plures advocat.* Heu *si detur*

ac opibus 10.—130 *nec tempora cuspide pulsas* in quodam cod. ms. legit Lipsius, nec improbavit in Epistol. Quæst. II. 9. ubi monet in more militari fuisse, hastis scuta galeamque concutiendi in ira. Hinc leviori mutatione Plathner conj. *nec parmam cuspide pulsas.* Non male! Sed nec vulgata lectio spernenda. —131 *Et quereris* 24. *et* deest 16.—133 *in valle Quirini est* 11. Suspicabar olim *in colle Quirino*, h. e. Quirinali, ut ap. Ovid. Met. XIV. 836. et nunc invenio *in valle Quirina* in 11. Sed *collem Quirini* dixit etiam Horat. Epist. II. 2. 68. unde h. l. conjicere possis *in colle Quirini:* nisi potius τὸ *valle* doctius est.—134 *causa est officii* 22. *causa officii est* 21.—135 *Nec adhibet multos* 45.

NOTÆ

Tubicini, ut supra: vel Neronem perstringit Doriphoro liberto nubentem, et e contra ducentem Sporum. Ex Sueton. Ner. c. 29.

130 *Nec galeam quassas, &c.*] Neque ulla præbes indignationis argumenta, nec istam coërces licentiam improbitatis.

131 *Patri*] Apud Jovem, cujus ac Junonis filius es: qui Deorum summus scelera ista vindicet, ac degeneres a te tuaque virtute in ordinem redigat.

Cede severi jugeribus campi] Si Romanos ita negligis, eorumque virtutem frangi sinis, ergo etiam cede campo Martio, quem Tarquiniorum ante agrum urbem inter ac Tiberim tibi consecrarunt. Liv. II. 5.

Severi] In quo judiciorum armorumque severitas ac labor exercentur et vigent.

132 *Officium cras*] Dialogus inter colloquentes de prodigiosis istis virorum nuptiis. Cras, inquit unus, officium amico præstiturus sum.

133 *In valle Quirini*] Ad *Quirini* seu Romuli Templum, vel porticum, ubi multi negotiorum causa convenire solebant. Templi meminit Plin. XV. 29. ubi inter antiquissima fuisse delubra dicit Alex. ab Alex. I. 14. Romuli templum in Quirinali omni tempore clausum ait, quasi arcanum fieri vellent, an humo tectus, an inter Deos translatus fuerit. De Porticu vero Martial. Epig. II. 1. ad Librum suum. 'Vicini pete porticum Quirini; Turbam non habet otiosiorem Pompeius,' &c.

134 *Quæ causa officii*] Et quod officii genus præstare habes amico? rogat alter.

Quid quæris] Respondet ille: Quid enimvero id curas ac sciscitaris amplius?

Nubit amicus] Velut uxor matrimonium init.

135 *Nec multos adhibet*] Paucos testes vocat, eosque ex intimis familiaribus; ne evulgari contingat rem lege Scantinia vetitam.

Fient ista palam, cupient et in acta referri.
Interea tormentum ingens nubentibus hæret,
Quod nequeunt parere, et partu retinere maritos.
Sed melius, quod nil animis in corpora juris
Natura indulget. Steriles moriuntur, et illis
Turgida non prodest condita pyxide Lyde,
Nec prodest agili palmas præbere Luperco.

vitam producere: hæc agentur, agentur publice; atque optabunt in commentariis scribi. Interim magna pœna sequitur nubentes, quod non possunt parturire, ac fœtu conjuges servare. At præstat ut natura potestatis nihil dederit mentibus in corpora. E vita discedunt sine partu, neque istis proficit crassa Lyde medicato vasculo, neque juvat manus porrigere Luperco celeri. Illud etiam portentum transgressa est

---

fiant 45.—137 *obstat* pro *hæret* 14.—139 *Dii melius* 13. *in corpore* 2. 3. 5. 10. 14. 15. 16. 25. 45-50. 55-61. 63. 65-69. 74. prob. Schurzfl. ut Græco more dictum sit. Sed *in corpora* 4. 6. 7. 8. 9. 17. 19-24. 26. 27. 54. 62. 64. 65. 70. 71. 72. 73. 75. 76. 77. 81. 82. et tres codd. mss. Nic. Heinsii, qui ad Ovid. Am. I. 1. 5. hanc lect. recte defendit post Turneb. Advers. xv. 17.—140 *morientur* 10. 14. 15. 17. 19. 20. 21. 24. 26. 45.—141 abest a 75. *condita pyxide Lyde* 2. 4. 63. 67. 69. 70. 71. 73. 77. 81. 82. prob. Turneb. l. l. *condita in pyxide Lyde* 10. 14. 21. a m. sec. 22. 23. 24. 49. 60. 65. et cod. viri docti in Misc. Obss. crit. Vol. v. T. II. p. 271. *in pyxide condita Lyde* 15. 16. 47. 50. 54-59. 61. 62. 64. 65. 66. 68. 72. *nec pyxide condita Lyde* 46. 48. *nec condita pyxide Lyde* 45. *in condita p. L.* 27. Plathner laudat conject. C. Bachmanni, pro *Lyde* substituentis *lite*, quod medicamenti nomen sit.—142 *Nec potest* 45. *Non*

NOTÆ

Liceat modo vivere, fient, &c.] Si paulo diutius vita est incolumis, videbimus hæc scelerum monstra palam exerceri, sine metu ac pudore; eo tandem erumpet impudentia.

136 *In acta referri*] In Annales, in Commentarios publicos, ut facti memoria ad posteros transeat.

137 *Nubentibus*] Effœminatis illis maribus.

138 *Partu retinere maritos*] Fastidientes aliquando tenere ac sibi conservare. Sunt enim liberi maximum conjugii vinculum, et amoris pignus perpetui: et sterilitas uxorum etiam repudii sæpe fuit causa. Claudianus: 'Fœmina cum senuit retinet connubia partu, Uxorisque decus matris reverentia pensat.'

139 *Sed melius, quod, &c.*] Melius tamen est, quod isti molles pœnam ferunt, nec pro arbitrio naturam suam muliebri possunt mutare, et parere.

141 *Condita pyxide*] *Pyxis* vas e buxo, in quo medicamina fœcunditatem conferentia reponantur apud istam Lyden.

Lyde] Unguentaria quædam jactans se medicamentis auferre sterilitatem. Turneb. xv. 17. Porro Lydiæ mulieres crassæ fuisse dicuntur. Alii nescio quid comminiscuntur de Arachne Lydia, aiuntque sterilitatem emendari, si mulier inclusam pyxide araneam in sinu portarit.

142 *Palmas præbere Luperco*] *Luperci* Panos Sacerdotes mense Februario in Lupercalibus per urbem discurrebant, credebanturque sterilibus fœcunditatem afferre, et partum adjuvare gravidarum, obvias percutiendo seu ferula, seu hircina pelle: discur-

Vicit et hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi,
Lustravitque fuga mediam gladiator arenam,
Et Capitolinis generosior, et Marcellis,

fuscina Gracchi tunica induti; atque gladiator, qui *mediam arenam fugiendo circuivit*, *fortior et Capitolinis*, *et Marcellis*, *et posteris Catuli ac Pauli*, *et Fabiis*, *et*

NOTÆ

rentibus igitur mulieres occurrebant ac verberibus seu palmas seu uteros offerebant. Hinc Ovid. Fast. 2. 'Nupta quid expectas? Non tu pollentibus herbis, Nec prece, nec magico carmine mater eris. Excipe fœcundæ patienter verbera dextræ; Jam socer optatum nomen habebit avi.'

143 *Vicit et hoc monstrum, &c.*] Monstrosis illis marium nuptiis pejus aliquid videre est Romæ, scilicet Nobiles qui arena se polluunt, et plebeiis imo indignis exercitationibus. Nam scelera ista portentosa quidem sunt, sed occulta; at publice exercentur infames isti ludi, et hoc exempli pejoris et gravioris periculi: quod a Nerone quidem Romani Imperii monstro ac portento profluxit. Is enim amavit edere ludos omnis generis, ac inter alios gladiatorium munus. Suetonius c. 12. et alibi. Sub Vitellio prohibitum fuit, ne Romani Equites Ludo et arena polluerentur. Cornel. Tacit. Domitianus quidem nullum coëgit ad pugnandum in arena; sed multi sub Nerone pridem his pugnis assueti sponte in arenam descendebant. Quod hic damnat Juvenalis, et Sat. VIII. vs. 200.

Tunicati] Gladiatores induti simplici tunica decertabant, quo essent expeditiores. Vide Sat. VIII. vs. 207.

Fuscina] Tridens telum quo utebatur Retiarius.

Fuscina Gracchi] Gracchus, vel quilibet alius e Patriciis ac Nobilibus, armatus reti ac fuscina more Gladiatorum, ac tunica leviter obtectus, et in arena depugnans cum sordidis ac infimis. In Amphitheatro nempe componebantur Gladiatorum paria: alter Mirmillo dicebatur et secutor; habebatque pro armis, gladium, clypeum, galeam: alter Retiarius reti ac fuscina armatus, reti quidem involvere caput Mirmillonis conabatur, ac fuscina captare, humique affligere: quod pugnæ genus fertur inventum a Pittaco uno e septem Græciæ Sapientibus.

144 *Lustravitque fuga, &c.*] Declinans Mirmillonem infesta cuspide appetentem. Vel intelligit Gracchum non Retiarium tantum egisse, sed et Mirmillonem, qui fugam simulabat ante Retiarium: unde consueverat Retiarius identidem increpare: non te peto, piscem peto, quid me fugis, Galle? Nimirum vertici illius galeæ inerat piscis effigies.

Gladiator] Gracchi filius Retiarius fuit, et ad infamiam usque Gladiator. Vetus Schol.

Arenam] Aream Amphitheatri Rom. arena stratam, ne sanguis ibi fusus in Gladiatorio præsertim munere spectantibus horrori esset, si humi defluere ac decurrere cerneretur.

145 *Et Capitolinis generosior*] Gracchus, inquam, nemine Romanorum inferior genere, virtute, præstantia, componitur cum Gladiatore, ac in arena decertat. Per indignationem hæc ait.

Capitolinis] Manliis, quorum unus defenso Capitolio Capitolini cognomen ac decus invenit. Tit. Liv. l. v.

Marcellis] Quam illustris Marcellorum familia Romæ fuerit, quorum

Et Catulis, Paulique minoribus, et Fabiis, et
Omnibus ad podium spectantibus. His licet ipsum
Admoveas, cujus tunc munere retia misit.
Esse aliquid Manes, et subterranea regna,

cunctis spectatoribus ad podium; quamvis illis adjungas eum, cujus in ludis tum retia injecit. Existere quosdam Manes, et Imperium sub terra, et perticam, et

16. 19. 20.—146 *Catuli* 75. 76. *Paulique minoribus* 22. 70. 75. 76. 77. 81. 82. ut jam emend. Lips. Epistol. Quæst. IV. 25. In reliquis libris *Paulisque minoribus*, prob. Beckio in Obss. philol. in Juven. Sat. duas priores p. 35. ut *minores*, h. e. nepotes vel posteri, h. l. etiam dicantur *Capitolini*, *Marcelli*, *Catuli* et *Fabii*, quorum gentes in posteris suis semper Romæ floruerint. Male Calderinus: duo, inquit, fuere Pauli columina familiæ, alter qui ad Cannas cecidit, alter qui Persea vicit; et hic *minor* dictus. *atque Fabiniis* pro *et Fabiis*, *et* 6.—147 *iis* pro *his* 21. *ipsum* 26.—148 *Admoneas* 46. 48. 50. 54. 60. 64. 73. probb. Calder. et Junio, ut sensus sit: potes hæc verba, scil. quæ sequuntur, referre ipsi Imperatori; si crederet esse inferos is, cujus jussu tot millia trucidantur, non exhiberet gladiatores cum tanta carnificina, sed certe crederet, si saperet. Male! *retia serrat* 14. *retia pulsat* ex Ms. emend. Schegkius ad Vell. I. 13.—149 *Esse aliquos* omnes libri præter 11.

NOTÆ

unus Syracusas expugnavit, quinquies Consul fuit, Annibalem in Italia primus vicit! Vide Plutarchum.

146 *Catulis*] Q. Lutatius Catulus primum bellum Punicum gloriose confecit, demersis aut captis hostium sexcentis navibus.

Paulique] Paulus Æmilius fortiter in acie dimicans Cannensi clade occubuit. Ejus posteri pluribus triumphis nobilitati sunt. Plutarch.

Fabiis] Hi numero sex et trecenti ex eadem familia, cum viderent populum detineri Veientium bello, hoc sibi mandari poposcerunt: verum post multas victorias in insidias delapsi omnes simul intercidere. Ovid. Fast. l. 2. 'Una dies Fabios ad bellum miserat omnes: Ad bellum missos perdidit una dies.'

147 *Ad podium spectantibus*] Quibusvis Nobilibus qui Ludos spectant e podio Theatri loco, ubi primus ordo subselliorum; ita ordinante Augusto. Sueton. c. 44.

Podium] Projectura quædam est, ceu projectum e muro ædificium, a pede dictum est, quia velut pes e pariete sæpius ab ima ædium parte exstruitur podium, procedit, ac porrigitur. Vide Vitr. l. v. Alex. ab Alex. v. 16.

His licet ipsum admoveas] Ne excepto quidem Prætore vel Munerario, qui Gladiatorium munus edit. Neronem forsitan aut Domitianum notat: ac Nero quidem in Gladiatorem ipse pugnavit, et cantavit in Scena, citharœdi habitu, et auriga fuit. Vet. Schol.

148 *Cujus munere retia misit*] In cujus ludis ac munere Gladiatorio, Retiarium agens, retia immisit, et Mirmillonis caput apprehendere ac impedire nisus est. Vide supra.

149 *Esse aliquid Manes*] Quare vero tot scelera grassantur Romæ? Nimirum, inquit Poëta, quia metus Deorum nullus coërcet, et Inferorum supplicia veluti anilia commenta et fabulæ accipiuntur.

Manes] Vide Persii Satiram v. ad vs. 152.

Subterranea regna] Ubi digna meri-

Et contum, et Stygio ranas in gurgite nigras,
Atque una transire vadum tot millia cymba,
Nec pueri credunt, nisi qui nondum ære lavantur.
Sed tu vera puta: Curius quid sentit, et ambo
Scipiadæ? quid Fabricius, manesque Camilli?
Quid Cremeræ legio, et Cannis consumta juventus,

ranas atras in fluvio Styge, ac tot millia flumen tranare una navicula, neque pueruli fidem habent, præter eos *qui non adhuc lavant pecunia. At tu crede vera. Quid existimat Curius, atque ambo Scipiones? Quid Fabricius, et anima Camilli? Quid legio Cremeræ, ac juvenes ad Cannas cæsi, tot animæ bellicosæ? Quotiescunque*

v. Excurs. ad h. l.—150 *pontum* et *cantum* alii. v. Excurs. ad h. l.—151 *vana* pro *una* 16.—152 *Hæc* 24. *Nec credunt pueri qui nondum ære lucrantur* 16.—153 *quod* 47. 50. 57. 60. 65.—154 *quod* 16. 17. 56. 57. 59. 60. 65. *et quid* 45. *Fabritius* 21. 23. 24. 27. 57. 60. 64. 65. Sed in marmorr. *Fabricius*, et Græcis Φαβρίκιος dicitur. A *fabricando* nomen huic genti inditum putatur.—155 *quod* 17. 19. 45. 60. 65.—156 *Tot bellatorum* 24.—158 *Sulphura* 26. 60. 65.

NOTÆ

tis rependunt, et facta quævis dijudicant severi Judices, Minos, Rhadamanthus, Æacus. Vide Sat. I. vs. 9.

150 *Contum*] Quo Charon impellit cymbam, ac transmittit Umbras seu Animas ad alteram Stygis ripam, qua pergant ad regnum Plutonis. Virgilius 'Ipse ratem conto subigit,' &c.

Stygio] *Styx*, fons in Arcadia nimio frigore tam exitiosus, ut statim enecet potantes. Plin. XXXI. 2. et II. 103. Vitruv. VIII. 3. Poëtæ vero fabulantur Paludem esse Inferorum, e qua profluit Cocytus. Virg. Æn. VI. 'Cocyti stagna alta vides, Stygiamque paludem.'

Ranas nigras] Atrum et nigrum appellatur quicquid Inferorum est. *Ranas* in palude Styge Poëtæ locant. Testis Aristophanes in *Ranis*, Comœdia.

151 *Vadum*] Cocyti alveum.

Tot millia] Animarum, quæ locum non occupant, ut corpora.

152 *Nondum ære lavantur*] In Thermis nondum lavant; vel, quod pueri non solvunt balneaticum seu quadrantem, vetus Schol.

153 *Sed ut vera puta*] Licet improbi ut scelerum conscientiam sublevent, nulla esse apud Inferos tormenta dicant: tu tamen ne dubita vera esse illic præmia bonis, et malis supplicia.

Curius] Vide initio hujus Sat. vs. 3.

154 *Scipiadæ*] Cneius, et Publius Scipiones, de quibus Tit. Liv. l. XXIII. et seq. et Virgil. 'Duo fulmina belli Scipiadas.'

Fabricius] Hunc laudat Valerius Maximus IV. 3. n. 6. honoribus atque auctoritate cunctis majorem, censu autem cuique pauperrimo parem dicens. Hic Samnitum et Pyrrhi dona sprevit. Ejus filiæ de publico dotatæ, gloriam domesticam viris duntaxat cum publica pecunia detulerunt.

Camilli] Is quinquies Dictator fuit, Veios expugnavit, Gallos bis fregit, tam clarus per omnia, ut alter Romulus diceretur.

155 *Cremeræ legio*] *Cremera* fluvius Hetruriæ, ad quem intercepti, ut

Tot bellorum animæ, quoties hinc talis ad illos
Umbra venit? Cuperent lustrari, si qua darentur
Sulfura cum tædis, et si foret humida laurus.
Illuc, heu! miseri traducimur. Arma quidem ultra
Littora Juvernæ promovimus, et modo captas

isthinc ad eos transit anima ejusmodi scelerata, *optarent purgari, si quæpiam offerrentur sulfura cum tædis, sique adesset laurus madida. Eheu infelices illuc transportamur. Certe arma protulimus trans Hiberniæ ripam, atque Orcadas nuper*

forte rectius; quoniam *sulpur* scribitur in Vatic. cod. Virg. ut *triumpus* et alia ejusmodi vocabula, quibus, convicio aurium flagitante, aspirationem datam esse docet Cic. Orat. c. 48. Vox tamen nostra est Latina, non Græcæ originis. *umida* 21. ut *umens*, *umectare*, *umerus* et al. in antt. codd. Cf. Quintilian. Inst. Orat. I. 5. Broekhus. ad Tibull. I. 4. 44. Drakenb. ad Sil. II. 125. —159 Semper putavi, legendum esse *Illis*, in inferis: et nunc video, id extare in 21. 22. 28. a m. pr. Tum verbum *traduci* eo sensu capiendum, de quo dixi in Comm. ad Sat. VIII. 17. *Arma quid ultra ... Britannos?* 2. 3. 5. 10. 11. 26. 45. 46. 47. 49. 50. 54. 56. 57. 58. 60-69. 71. 72. 73. 74.—160 *Littora* scribunt alii. De origine ac propria vi vocis v. Ernesti ad Suet. Tib. c. 40.

NOTÆ

dictum est, insidiis Veientium Fabii tantum non perdiderunt nomen, uno impubere domi relicto. Tit. Liv. II. 48. et seq. Ovidius Fastorum secundo: 'Ut celeri passu Cremeram tetigere rapacem.'

Legio] Vide Sat. III. ad vs. 132.

Cannis] Ad *Cannas* vicum Apuliæ Romanos exercitus, ipsosque Consules Paulum Æmilium, et Terentium Varronem, tanta clade affecit Annibal, cæsis quadraginta hominum millibus, et Equitibus Romanis tanto numero, ut annulorum tres modios miserit Carthaginem. Cannarum rudera etiamnum ostenduntur, vulgo, *Canna destrutta*.

156 *Talis umbra*] Quales ante notavimus infames libidine ac sceleribus.

Ad illos] Ad viros illos, de quibus mox, tot virtutibus insignes, et notæ castitatis et innocentiæ, jam in Campis Elysiis degentes, apud Inferos.

157 *Cuperent lustrari*] Quia simplex ejus aspectus, aut certe consortium polluit ac fœdat.

158 *Sulfura cum tædis*] De *tædis* ante diximus. *Sulfur*, ignis, et aqua, adhibebantur ad eos purgandos, qui contaminati fuerant aliquo piaculo. Ovid. Metam. VII. 2. 'Terque senem flamma, ter aqua, ter sulfure lustrat.' De *Sulfure*, testatur etiam Plin. XXXV. 15.

Humida laurus] Aspergillum e lauro, aqua intinctum, Plin. l. XV. capite ultimo, laurum purificationibus adhiberi affirmat; et paulo ante, ex Massurio, cædis hostium purgationem esse, ait. Vide Cœl. Rhodig. VI. 12.

159 *Illuc, heu! miseri traducimur*] Cum migramus ex hac vita, ad Inferos imus non ex opinione, sed reipsa; ibique experimur miseri ea quæ viventes credere noluimus, et quæ ad Fabulatores rejicienda putavimus. Horat. ad Pisones, 'Debemur morti, nos, nostraque.'

160 *Juvernæ*] Id est, Hiberniæ seu Irlandiæ, de qua vetus Schol. ita scribit: 'Insula est Britanniæ, a qua non

Orcadas, ac minima contentos nocte Britannos:
Sed quæ nunc populi fiunt victoris in urbe,
Non faciunt illi, quos vicimus. Et tamen unus
Armenius Zalates cunctis narratur ephebis

subactas, et Britannos brevissimam noctem satis habentes. Verum illi quos subegimus non perpetrant ea quæ aguntur in civitate populi triumphantis. Ac nihilominus memoratur unus Zalates ex Armenia universis impuberibus effœminatior ac

Juvernæ revocavi e 2. 3. 5. 10. 14. 15. 17. 20. 21. 23. 24. 25. 27. 45-51. 54-69. 71. 72. 73. 74. 78. 79. 80. 81. Ita scriptum ap. Mel. III. 6. et Ptolem. in cod. Palat. Ἰουουερνία; nam in vulgatis ejus libris legitur Ἰουερνία, ut ap. Agathem. II. 8. *Juberna* 1. 16. 26. 70. 75. 76. 77. 82. *Viverna* 11. 29. probb. Schurzfl. et Beck. qui hoc nomen, addito duplici digamma, (FIFEPNH) effictum putant ex Gr. Ἰέρνη, quo Hiberniæ nomine utuntur Aristot. de mundo, Strabo l. II. et IV. Claudian. Cons. Hon. IV. 33. et de laud. Stilic. II. 252. *Inverna* 53. *Viberna* 52. *Hyverne* 22. ad marg. *Hiberniæ* 19. *Laverne* 22. —161 *Archadas* 45. *Orchadas* 10. 17. 19-24. 49. 60. 65. Sed in optimis exemplarr. Romanorum scriptorum *Orcades*, et Gr. Ὀρκάδες dicuntur. *et* pro *ac* 10. 29.—162. 163 absunt ab 60. 65. *Si* pro *Sed* 72. *fiunt populi* 11.—163 *ipsi* 45. *vincimus* 21. a m. pr. Post *vicimus* majorem posui distinctionem. v. Comm. *attamen* 16.—164 *Zalaces* 17. 21. 24. 52. 70. 75. 76. 81. *Zelates* 23. a m. sec.

NOTÆ

longe sunt Orcades aliæ triginta Insulæ, quas Mela scribit.' Alii legunt, *Jubernæ*.

161 *Orcadas*] Vetus Schol. ex Mela, triginta numerat, quadraginta vero Plinius, IV. 16. modicis inter se discretas spatiis. Sitæ sunt ultra Scotiam, in Oceano Septentrionali, seu Caledonio. Undecim referuntur aliis majores, cum minoribus aliquot, apud recentiores, et titulo Ducatus nuper insignitæ dicuntur.

Modo captas] Nuper ab Imperatore Claudio subactas. Is et de Britannis triumphavit eo tempore, et inde Britannicum vocari filium suum voluit.

Britannos] Majoris Britanniæ populos, qui modo sunt Angli et Scoti. Virgil. Ecl. I. 'Et penitus toto divisos orbe Britannos.' Cornelius Tacitus in vita Julii Agricolæ, non longe ab initio, describit ac mire laudat eam Insulam.

Minima contentos nocte] Septentrionales terras ac Insulas intelligit ad Britanniam majorem pertinentes, ubi circa Solstitium æstivum nox brevis est, sicut hyemali longior, et dies fere nullus: quod facit Sphæræ inclinatio, et Solis super horisontem mora longior aut brevior. Vide Plin. II. 75. Idem l. VI. capite ultimo. Cornel. Tacit. loco mox citato. 'In Britannia,' inquit, 'dierum spatia ultra nostri orbis mensuram: et nox clara, et extrema parte Britanniæ brevis, ut finem atque initium lucis exiguo discrimine internoscas.'

162 *Populi victoris*] Apud Romanos Gentium Dominos, dominantur vitia quælibet turpissima.

164 *Zalates*] Nomen proprium Armenii pueri molliculi, tenelli, inter alios obsides Romanis traditi.

Ephebis] Imberbibus pueris, ab ἐφηβέω, pubesco.

Mollior ardenti sese indulsisse Tribuno.
Aspice, quid faciant commercia! venerat obses.
Hic fiunt homines. Nam si mora longior Urbem
Indulsit pueris, non unquam deerit amator:
Mittentur bracæ, cultelli, fræna, flagellum.
Sic prætextatos referunt Artaxata mores.

tradidisse Tribuno flagranti. Contemplare quidnam afferant consortia. Ille obses accesserat. Hic homines perficiuntur. Etenim si diuturna commoratio pueris concedat civitatem, nunquam deficiet qui *depereat. Abjicientur femoralia, cultri, habenæ, scuticæ. Atque ita mores Prætextatos reportant* ad urbem *Artaxata.*

---

26. 49. 55. 60. *Zelaces* 14. 19. 23. a m. pr. *Celates* 10. *Zalaches* 22. *Galaces* 45. *Talaces* 10. *Jelaces* 20. *Galathes* 15. *Galates* 16. *Zelotes* 54. prob. Sabino, qui hos Armeniæ populos esse monet. Sed *Zalates* h. l. est potius nomen propr. obsidis.—166 *venerat hospes* 26.—167 *Sic* 4. *Hic fiunt omnes. si mora* cet. 14.—168 *nonnunquam* 10. 49. 63. *nunquam* 17. 24.—169 *bracæ* 23. 24. 45. 46. 48. 49. 56. 59. 61. 62. 63. 68. 69. 71. Gr. *ἡ βράκα* et *τὸ βράκος*, ap. Diodor. II. 30. Strabon. et al. *braccæ* alii; eaque scriptura usitatior. *brachæ* 47. *bracchæ* 27. 60. 65. *clitellæ* ingeniose conjec. Schrader. *Cultelli* certe male junguntur cum *bracis*, *frenis* ac *flagellis*.—170 *Si* 4. *Hic* 61. Possis suspicari *Hinc*, h. e. Roma, et *referent*. Sed vulgata quoque lectio bene se habet.

NOTÆ

165 *Ardenti*] Insano amore depereunti.

Sese indulsisse] Sui corporis nefarie copiam fecisse, facile nimium.

166 *Aspice quid faciant commercia*] Sanctus Gregorius Magnus, Moral. I. c. 1. 'Bonum esse cum bonis, haud valde laudabile est,' inquit: 'at immensi est præconii, bonum etiam inter malos extitisse.'

Venerat obses] Zalates nempe integer venit, at brevi depravatus est apud nos.

167 *Hic fiunt homines*] Sarcasmus. Non sine causa multi e longinquis terris Romam petunt, ubi veluti fiant, ac perficiantur, ex consortio Nobilium Romanorum, et ex mora in urbe orbis Domina. Ironice admodum.

Nam si mora longior, &c.] Si paulo diutius hic Romæ commorentur, aderit continuo, qui pueros illos advenas infandis libidinibus implicet et corrumpat.

169 *Mittentur bracæ, &c.*] Ab illis nequam et corruptoribus mittentur dona et munera pueris innocentibus eorum indoli congrua, quibus capiatur, ac in obsequium male pelliciatur animus puerilis, cereus in vitium flecti, ut ait Horatius ad Pisones. Vel, *mittentur*, id est, omittentur deinceps ac negligentur patrii mores et prisca integritas, cum primum voluptatibus irretiti fuerint hi pueri.

Bracæ] Quas in usu non Gallis tantum, sed et Phrygibus, Lydis, Persis, aliisque comperimus. Vide Persii Satiram 3. vs. 53. Diodor. Sicul. VI. 9. Joseph. Scaliger. in Propertii l. IV.

Cultelli] Munuscula, quibus utplurimum delectantur pueri.

Fræna, flagellum] Quibus equos agitent, ac venationi insistant.

170 *Prætextatos mores*] Duo contraria omnino vox ista significat, et

mores nimirum bonos, qui deceant Nobiles adolescentes prætextam gerentes; et per antiphrasin, pravos admodum mores etiam, nobili viro indignos: quo sensu quidem hic accipe, nisi mavis intelligere de moribus nobilium Romanorum valde corruptis ac perditis, quos infelices illi pueri facile induunt ex eorum consortio, ac in patriam reportant. De *prætexta* dicemus ad Persii Sat. 5. vs. 30.

Artaxata] Vox pluralis numeri. Urbs est primaria majoris Armeniæ ad Araxem fluvium, quam, sub Nerone, Tacit. Annal. l. XIII. refert a Corbulone captam ac direptam, Rege Tiridate belli fortunam nusquam auso experiri. Hodie vocatur *Teflis*, vel *Tiflis*.

EXCURSUS

AD SAT. II. 7.

MEMORABILIS est lectio *puteum* in 59. et 60. Ita jam olim conj. Vales. et Græv. qui idem persuaserat Nic. Heinsio, ut sensus sit: *jubet Cleanthas servare puteum*, habet imagines Cleanthis, ex puteo aquam haurientis, vel hauriendis aquis apud puteum stantis. Nam Cleanthes, ab inopia vexatus, ut interdiu studiis literarum vacare posset, operam suam locavit Atheniensi cuidam, cujus hortum noctu aqua, ex *puteis* hausta, irrigaret, unde et Φρεάντλης dictus est: v. Suidas, Diogen. Laërt. et Sen. Epist. 44. Id omnino arridere potest: sententiam tamen illam paulo durioribus obscurioribusque verbis expressam esse facile intelligitur; (nisi forte *puteum Cleanthis* legendum) neque vulgata lectio inepta videtur. *Pluteus* s. *pluteum* proprie dicitur asser, parieti affixus, vel armarium, repositorium, scrinium, parieti inclusum, in quo imagines seu libri reponebantur; et hinc ipsa quoque bibliotheca aut museum. Sic forte ap. Pers. I. 106. et ap. Sidon. cujus verba Britann. laudavit: 'Hic libri affatim in promtu: videre te crederes aut grammaticales pluteos, aut Athenæi cuneos, aut armaria exstructa bibliopolarum et bibliothecarum.' Lipsius in Synt. de biblioth. c. 10. huc etiam refert vetus distichon, imagini Virgilianæ subscriptum, 'Lucis damna nihil tanto nocuere poëtæ, Quem præsentat honos carminis et plutei,' (h. e. videtur vivere, qui in libris et imagine vivit) et *sigilla plutealia* ap. Cic. ad Att. I. 10. ubi tamen optimi libri *sigillata putealia* exhibent.

EXCURSUS

AD SAT. II. 149-157.

Esse aliquid pro vulg. *aliquos* olim suspicabar tanquam exquisitius, et nunc recepi e cod. Schurzfl. Probavere hanc lect. Schurzfl., Schraderus, et Burm. ad simil. loc. Prop. IV. 7. 1. qui haud dubie Juvenalis animo obversabatur: 'Sunt aliquid Manes; letum non omnia finit, Luridaque evictos effugit umbra rogos.' Utrique forte præivit Homerus Il. Ψ. 103. 104. Ὢ πόποι, ἦ ῥά τις ἐστὶ καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισι ψυχὴ καὶ εἴδωλον· ἀτὰρ φρένες οὐκ ἔνι πάμπαν. Ibi in antiquiss. cod. Ms. Lips. pro τις legitur τι, quod non spernendum judicabat Ernesti, ut sensus esset: Non ergo falsum est, apud inferos esse ψυχὰς, cet. Eodem sensu Græci scriptores passim dixere εἶναί τι, et Ovid. Met. VI. 543. 'si numina Divum Sunt aliquid.'

Vs. 150. *pontum* 1. 70. 75. 76. 81. 82. sed *contum* 2-12. 14. 15. 17. 19-27. 44-69. 71-74. 77-80. quod restitui, quoniam tanta auctoritate firmatur, aptiusque videtur h. l. ubi Juvenalis subtiliter illas fabulas et commenta poëtarum explodit. Respexit, opinor, verba Virg. Æn. VI. 302 'Ipse [Charon portitor] ratem conto subigit, velisque mi nistrat, Et ferruginea subvectat corpora cymba.' Eundem Maronis locum, ubi etiam, ut h. l. versu seq., de magna umbrarum, transmitti cupientium, turba agitur, contulit vetus Schol. sed perperam, memoriæ forsan vitio, ita ascripsit: *Ipse ratem ponto subiit,* cet.—Nic. Heinsius pro *Et pontum* vel *contum* malebat *Et Porthmeum* vel *Porthmeaque et*; (v. Burm. ad Virg. l. l.) at Sterke in Actis literariis societatis Rheno-Trajectinæ Lugd. Bat. 1793. 8. T. I. p.174. *Et cantum et Stygio ranas,* cet. h. e. ranas cantantes. Ita legitur in cod. 16. idque placere potest propter exquisi-

tam loquendi formam, et locum Aristoph. de Ranis Act. I. Sc. 4. ubi Charon, ad remum agendum excitans Bacchum, suavissimos dicit ab eo auditum iri ranarum cantus, si remo incumberet. Sed nostra omnium fere librorum lectio non videtur solicitanda, eaque numerus rerum fabulosarum augetur.

Vs. 153. sqq. Olim suspicabar, poëtam scripsisse: *Sed tu vel reputa, Curius quid sentiat, ambo Scipiadæ quid, Fabricius manesque Camilli, Quid—animæ, quoties hinc talis ad illos Umbra venit?* Tum sententia h. l. est: Nemo quidem hodie præter infantes credit, Manes ac inferos esse: sed vos quoque, turpes et effoeminati homines, reputate, quæso, si vera essent, quæ falsa vobis et inania videntur, quid sentirent, quos animi sensus conciperent præstantissimi illi viri, virtutum exemplaria, *si talis umbra hinc ad illos veniret?* At nunc, re solertius perpensa, vidi nulla lectionis mutatione opus esse.

SATIRA III.

QUAMVIS digressu veteris confusus amici,
Laudo tamen, vacuis quod sedem figere Cumis
Destinet, atque unum civem donare Sibyllæ.

Quanquam turbatus sum *discessu antiqui familiaris, nihilominus probo quod decreverit domicilium statuere* apud *Cumas inanes, et Sibyllæ unum dare civem.*

1-20 omissi in 13.—2 *sedem ponere Cumis* 24.—3 *Destinat* 26. rectius, opinor.

NOTÆ

1 *Quamvis digressu, &c.*] Fingit Poëta Umbritium Haruspicem amicum suum urbe cedere, tot vitia pertæsum, et scelera, quæ Romæ grassantur, et in dies serpunt.

2 *Cumis*] Hæc est Campaniæ urbs maritima, non procul Puteolis, Sibyllæ antro et Sacello inclyta. Hoc se vidisse testatur Justinus Martyr, Orat. Parænet. ad Græcos, aitque admiratum se fuisse maximam Basilicam uno lapide incisam opere eximio: ubi ostendebantur adhuc in Templi medio vasa tria eodem in lapide incisa, quibus aqua repletis lavabatur Sibylla, acceptaque stola recedebat in abditissimam ejus Templi partem, oraculum illic editura. Onuphrius postea citandus subjungit, fanum illud perstitisse ad annum Christi millesimum quingentesimum trigesimum nonum: quo tempore quassata ingenti terræ motu Campania, Puteolis minutissimo pulvere cinereque e mari surgente, totum illud coopertum est, collisque satis editus enatus est, ubi celebre fuerat Sibyllæ Fanum: et cum Puteolos Baiasque profectus essem, inquit ille, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo, regionis peritos mercede conduxi, qui Templi locum, et formam, aliaque omnia narraverunt, quæ Justinus Martyr annis ante mille trecentis se vidisse scripsit, priusquam arcanum id ac templum ingens vi terræ motus obrutum esset.

Vacuis] Vel quia desertæ videntur præ populosa Roma: vel quod otio magnaque tranquillitate fruantur Cumæ, præ magno populi fremitu ac tumultu, qui est Romæ.

3 *Unum civem*] Seipsum nempe.

Sibyllæ] Fremat licet Blondellus, quamvis et multa docte quidem P. Simonius, aliique Eruditi, non ita pridem contra Sibyllas moliti sint; bonam sane causam tot sæculorum testimonio comprobatam egregie nuper propugnasse visi sunt complures haud inferioris litteraturæ, inprimisque Isaacius Vossius libello *de Sibyllæ Orac.* Oxoniæ edito an. 1680. Ergo Sibyllas extitisse, ac vaticinatas esse, maneat certum, cum e profanis tum e sacris Auctoribus: dumque illi fr-

Janua Baiarum est, et gratum littus amœni

Ostium est Baiarum, et jucunda ripa suavis recessus. Ego Suburræ etiam præfero

NOTÆ.

ciunt intelligendo ut nihil intelligant, hi qui sapiunt ad sobrietatem vere sapere censeantur. Pro Sibyllis ac Sibyllinis Carminibus stant (qui et quales viri; Deus immortalis!) dispertitis ordinibus dispertiti; hinc Tullius de Divin. II. n. 110. et seq. Virgil. Ecl. IV. Plutarch. *in Fabio*, init. Sueton. *in Augusto*. c. 31. Vopisc. *in Aureliano*, *&c.* Illinc autem Justinus Martyr, Athenagoras, Theophilus Antiochenus, Clemens Alexandrinus, Tertullianus, Lactantius, Eusebius, S. Hieronymus, S. Augustinus, ac tot alii. Verumtamen quot Sibyllæ fuerint, quo tempore, quo loco; quæ nomina illarum, quæ carmina, non ita constat. Dictæ sunt, quasi *βουλὴ Σιοῦ*, Æolice pro Θεοῦ: nam fatidicæ illæ mulieres Dei consilia nuntiarunt carminibus, contexto interdum e primis cujusque versus litteris vaticinio; ut attestantur Cicero de Divinat. II. n. 112. S. Augustinus de Civ. Dei XVIII. 23. &c. Sibyllæ decem fuerunt, teste Varrone; diversis quidem locis ac temporibus, ut ait Suidas. Præcipue celebrantur, Persica, quæ et Chaldæa et Hebræa dicitur, Librosque viginti quatuor, ut aiunt, scripsit, in quibus de Alexandro Magno, et de Christo item plurima, quæ tamen S. Augustinus cit. Erythrææ assignat, vel Cumanæ: Delphica, quæ ante bellum Trojanum heroicis versibus oracula fertur edidisse, e quibus Homerum multa sumsisse dicunt ac in suum opus transtulisse, ex Diodor. Sicul. v. 6. ubi tamen alia Sibylla nominatur: Erythræa, quam post excidium Trojanum annis 483. floruisse tradunt Suidas, et alii: denique Cumana, sive Cumæa, de qua hic mentio: et hanc opinantur ad Tarquinium, seu Superbum, sive Priscum potius (ut Onuphrius citand. et Lud. Vives non sine ratione conjiciunt) libros detulisse magno emendos pretio, quorum unum, mox et alterum coram Rege indignabunda combusserit; tertius autem tanti redemtus, ex Haruspicum responso, ac religiose dein servatus, donec Syllanis temporibus cum Capitolio conflagravit, ut volunt aliqui, ex Plinio XIII. 13. Quod tamen alii non abs re negant, quibus favet Ammian. Marcell. l. XXIII. Libros novem Tarquinio oblatos, remque totam fuse commemorant Dionysius Halicarnass. l. 4. et Gellius I. 19. aiuntque sex a Sibylla, ut ante dictum, crematos, tres autem superstites in Sacrario conditos. Hi porro consulebantur, Senatu jubente, a Decemviris quoties laborabat Civitas aut Respublica, ut passim legere est apud Livium, Macrob. I. 17. &c. De Sibyllis ita censet D. Hieronym. adversus Jovinian. l. I. paulo ante finem. 'Quid referam Sibyllas,' inquit, 'Erythræam, atque Cumanam, et octo reliquas, quarum insigne virginitas est, et virginitatis præmium divinatio?' Vide Lactant. I. 6. et quæ Lud. Vives in loc. S. Aug. de Civit. Dei mox cit. item eruditum Onuphrii Panvinii libellum de Sibyllis ac Sibyll. Carm. a Joan. Opsopæo editum, cum Animadversionibus non contemnendis. Ibi nonnullos Sibyllæ de Christo vaticinia, velut ab aliquo Christianæ Religionis studioso conficta, rejicientes ex eo refellit Onuphrius, quod ante Christi natalem edita comperiuntur. 'Constat enim,' inquit, 'M. Tullium versus hos legisse, et Commentariis suis inseruisse, quos Eusebius Cæsari-

Secessus. Ego vel Prochytam præpono Suburæ.
Nam quid tam miserum, tam solum vidimus, ut non

Prochytam. Enimvero quidnam ita calamitosum, ita desertum aspeximus, ut non

domare 65.—5 *Prochyten* forte scribendum. *Prochitam* 17. 19. 20. 26. ut plerumque *i* pro *y* in Mss. *Prochyte* dicta ἀπὸ τοῦ προχύναι, (v. Serv. ad Virg. Æn. IX. 715.) vel, si Straboni v. p. 247. al. 379. et Plin. III. 6. fides habenda, *quia profusa ab Ænaria erat*, h. e. terræ motu avulsa et in altum velut projecta. *Suburæ* 17. 19. 20. 21. 22. a m. sec. 24. 56. 57. 60. 65. 68. 69. 70. 74. 75. 76. *Suburræ* alii, etiam Hennin, qui tamen inf. X. 156. XI. 51. 141. *Subura* edidit. De orthographia et origine vocis, quæ et *Sucura* scribitur, unde dicta tribus *Suburana* (ita legitur in Inscr. v. c. Gruter. p. 104. n. 6. et p. 293. n. 3.) vel *Sucusana*, et *Succusana* v. Quintil. I. 7. 28. et Schweighæuser ad Appian. b. Civ. I. 58. Varro L. L. IV. 8. *Sacræ*, inquit, *viæ pars hæc sola vulgo nota, quæ est a foro eunti proximo clivo. Eidem regioni attributa* SUBURA, *quod sub muro terreo Carinarum. In ea est Argeorum sacellum sextum.* SUBURA *Junius scribit ab eo quod fuerit sub antiquo urbe: cui testimonium potest esse, quod subest ei loco, qui terreus murus vocatur. Sed ego a pago potius Sucusano dictam puto Sucusam. Nunc scribitur litera B, non C. Pagus Sucusanus, quod succurrit Carinæis.* Festus v. *Subura: Verrius a pago Sucusano* (ei regioni Urbis vicino) *dictam ait, itaque appellatam et regionem Urbis et tribum a stativo præsidio, quod solitum sit succurrere Esquiliis, infestantibus eam partem Urbis Gabinis, indicioque esse, quod adhuc ea tribus per C literam, non B scribatur.*—6 *et tam solum* 25. 46. 48. 49. 57. 59. 60.

NOTÆ

ensis se vidisse profitetur.' Idem ibidem Sibyllas duas a Cumis denominatas extitisse opinatur; quarum prior Cumæa dicta sit, eo quod Cumis vaticinata fuerat, orta vero ex Cimmerio Campaniæ oppido, unde et Cimmeriam aliqui appellant: et hanc adiisse Æneas putandus apud Virgil. Æn. VI. cujus etiam meminit Dionys. Halicarnass. l. IV. cit. Altera longe posterior dicta Cumana, et Cumis oriunda, quæ Tarquinio libros obtulerit, &c. De hac multa Solinus.

4 *Janua Baiarum est*] Hac itur Baias, et in amœnos illos secessus.

Baiarum] Hoc oppidum est Campaniæ, Puteolos inter et Cumas, a Baio Ulyssis comite ædificatum in sinu illo qui dicitur nunc, *Golfo di Pozzuolo*, et *di Napoli*. Ibi erant calentes aquæ valetudini perutiles, singularis autem amœnitas, ac cœli temperies: et hinc magna Romanorum frequentia, atque ædificiorum nitor ac splendor. Strabo l. v. Unde Horatius l. I. Epist. 1. 'Nullus in orbe sinus Bailis prælucet amœnis.'

Gratum littus] Amœna pariter omnia Campaniæ littora sunt, Mela teste.

5 *Secessus*] Locus proinde gratus ac idoneus viris studiosis.

Prochytam] Hæc est Insula ad ostium Baiani sinus, hodie, *Procida*; habens in circuitu passuum millia tria. De ea Plin. II. 88. et III. 6. Virgil. Æneid. IX. 'Tum sonitu Prochyta alta tremit,' &c.

Suburæ] *Subura*, vel *Suburra*, quam Martial. clamosam vocat l. XII. Epigramm. 18. Vicus est Romanus, etiam hodie, *la Suburra*; sic dictus quia sub urbe antiqua nimirum situs. Summænianum inde nominat Martial. l. III. Epig. 81. et l. XII. Epig. 32. quasi sub mœnibus situm. Synecdoch. pro tota urbe hic ponitur. De eo iterum postea ad Pers. Satir. v. vs. 32.

6 *Quid tam miserum, &c.*] Alibi, usquam.

Deterius credas horrere incendia, lapsus
Tectorum assiduos, ac mille pericula sævæ
Urbis, et Augusto recitantes mense poëtas?
Sed dum tota domus rheda componitur una,
Substitit ad veteres arcus, madidamque Capenam;
Hic, ubi nocturnæ Numa constituebat amicæ.

magis existimes esse horrori deflagrationes, continuas ædium ruinas, et mille discrimina diræ civitatis, atque Vates Augusto mense recitantes. Interim *vero dum universa ejus familia* in *unum plaustrum compingitur, stetit prope antiquos arcus, atque humidam Capenam; istic ubi Pompilius noctu condicebat dilectæ. Lucus modo*

---

61. 63. 64. 65. 66. 67.—9 scriptus ad marg. 10. ab alia manu.—10 *cum* pro *dum* 25. 26. 27. 46. 47. 48. 50. 54-59. 61-69. 71. 72. 73. 74.—11 *Capenam* 63.—12 *Hic ubi nocturna Numa constertebat amica* (h. e. cum ea dormie-

NOTÆ

7 *Incendia*] Quæ Romæ tam frequentia.

8 *Pericula sævæ urbis*] In qua periculosa et infesta grassatoribus et improbis sunt passim omnia.

9 *Augusto recitantes mense Poëtas*] Vide Satir. I. vs. 2. et quæ fusius ad Pers. Satir. I. vs. 17.

Augusto mense] Quo tempore jam a Kalendis Juliis, propter æstum, in villas Romanorum pars magna secesserat: sed non Poëtæ insana recitandi libidine perciti, ac tum etiam importuna garrulitate obvium quemque enecantes. Vide Martial. l. IV. Epig. 57. et Horat. l. I. Satir. 9. et Epist. ad Pisones, sive de Arte Poëtica, vulgo, vs. 453. et sequent.

10 *Tota domus rheda componitur una*] Proinde satis exigua frugali viro; siquidem sua omnia uno plaustro seu carro continebantur.

11 *Substitit*] Expectavit rhedam, in qua omnis sua supellex atque familia vehebatur.

Veteres arcus] Vel ad arcus lateritios primum a Romulo factos, deinde florente Republica e marmore instauratos ad suscitandam ornandamque conditoris memoriam. Vel ad arcus non procul a Porta Capena erectos in monimentum victoriæ Horatiorum. Turneb. x. 27.

Madidamque Capenam] Quia super eam aquæductus; unde et stillantem arcum vocatum esse testatur Vet. Schol.

Capenam] Urbis Porta, qua ibatur Capuam, sic dicta est ab oppido *Capena* exciso, apud Lucum Feroniæ; vocabatur et Appia, teste Frontino lib. de Aquæduct. et Fontinalis, a fontium copia, auctor Ferrarius: item Triumphalis, quia per eam Triumphantes ingredi solebant. Hodie *Porta di S. Sebastiano.*

12 *Hic, ubi nocturnæ Numa constituebat amicæ*] Qui locus Numæ cum Ægeria Nympha ad conveniendum condictus et constitutus erat. De quo Tit. Liv. I. 19. scilicet rudes populos Deorum metu continendos ratus Numa, et cum sine aliquo miraculi commento animis incuti non posset, simulavit sibi esse cum Ægeria Dea nocturnos congressus, et ab ea se accipere quæ Diis essent acceptissima, &c. Et Valer. Maxim. I. 2. 'Numa Pompilius,' inquit, 'ut Populum Romanum Sacris obligaret, volebat videri sibi cum Dea Ægeria congressus esse nocturnos, ejusque monitu ac-

Nunc sacri fontis nemus, et delubra locantur
Judæis, quorum cophinus, fœnumque supellex.
Omnis enim populo mercedem pendere jussa est
Arbor, et ejectis mendicat silva Camenis.
In vallem Ægeriæ descendimus, et speluncas
Dissimiles veris. Quanto præstantius esset

sacrati fontis, ac fana accommodantur Judæis, quorum supellectilia sunt *sporta, et fænum. Nam singulæ arbores jubentur pretium Plebi solvere, atque nemus stipem rogat expulsis Musis. In* eam *Ægeriæ vallem devenimus, et* in *specus dispares naturalibus.* At *quam melius foret Numen fontis, si gramen ambiret aquas ripa ri-*

bat) conj. Dorleans. Ego potius pro *Hic*, quod alienum videtur ab h. l. quoniam lucus iste a porta Capena aliquantum aberat, legendum crediderim *Hinc*, ut sensus sit: Hinc progressus Umbricius substitit paululum ad lucum Camenarum.—15 *Omni* 45. *populus* 16. *solvere* pro *pendere* 21. 22. 24.—16 *Camœnis* scribunt alii: nescio quare, cum origo vocis prorsus nos lateat, et nostra scriptura majori nitatur auctoritate veterum libb. quibus tamen parum in his fidendum est, quia diphthongos non exprimunt.—17 *atque speluncas* 22. ut succurratur forte metro, quod tamen ita potius laborat.—18 *Quanto præsentius esset Numen aquæ* recte, puto, emend. Heins. ad Ovid.

NOTÆ

cepta Diis immortalibus Sacra instituere.'

13 *Sacri fontis nemus*] Livius I. cit. 21. 'Lucus erat,' inquit, 'quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua, quo quia se persæpe Numa sine arbitris velut ad congressum Deæ inferebat, Camœnis eum locum sacravit, quod earum ibi concilia cum conjuge sua Ægeria essent.' Idem refert Plutarch. in Vita Numæ.

Delubra] Quid proprie *delubrum*, docet ex Varrone Macrobius III. 4. 'Ædes nimirum cum area est,' inquit, 'et sicut locus candelæ candelabrum, sic Dei locus delubrum.' Aliter omnino Asconius, 'Templa sunt,' inquit, 'loca singula Diis attributa; delubra vero ædes multæ sub uno tecto.' Festus decorticatum seu delibratum fustem delubrum vocari, eumque pro Deo cultum fuisse scribit.

Locantur Judæis] Judæi vel etiam Christiani Domitiani Edicto urbe pulsi in ea se loca receperunt, et pro locatione mercedem pendunt.

14 *Quorum cophinus, fænumque supellex*] Adeo pauperes erant.

15 *Omnis enim populo, &c.*] Tantaque est avaritia Populi Romani, ut a miseris exigat tributum pro sacris locis, et pro singulis arboribus nemoris istius, quarum vel umbra frui, vel ad quas jumenta ligari fas est.

16 *Mendicat silva*] Metonym. pro mendicant incolentes silvam Judæi.

Ejectis Camenis] Quibus Numa pridem consecrarat lucum, fontem, delubrum: ut mox e Livio diximus.

17 *In Vallem Ægeriæ descendimus*] Ambo devenimus ego amicusque in eum lucum, de quo mox, et Ovid. Fastor. III. 'Ægeria est quæ præbet aquas, Dea grata Camenis: Illa Numæ conjux consiliumque fuit.'

Speluncas dissimiles veris] Non a natura sed arte excavatas rupes.

18 *Quanto præstantius esset, &c.*] Quam præstaret reliquisse situm loci naturalem, nimirum fons esset cui Nympha præsideret: et ripa gramine

Numen aquæ, viridi si margine clauderet undas
Herba, nec ingenuum violarent marmora tophum?
Hic tunc Umbricius, Quando artibus, inquit, honestis
Nullus in urbe locus, nulla emolumenta laborum,
Res hodie minor est, here quam fuit, atque eadem cras
Deteret exiguis aliquid: proponimus illuc
Ire, fatigatas ubi Dædalus exuit alas,
Dum nova canities, dum prima, et recta senectus,

ridanti, neque marmora vim inferrent lapidi naturali. Ibi tum Umbricius ait: Quandoquidem in civitate locus nullus est *liberalibus disciplinis, nulla studiorum merces: hodie res extat deterior quam heri extitit, et crastina die ipsa quidpiam parris diminuet, statuimus eo proficisci, ubi Dædalus pennas defessas deposuit: dum*

Met. XIII. 757. et jam ante eum Grang. ad h. l. ubi monet, antiquitatem sub Numa Deos credidisse *præsentiores*, h. e. magis propitios, cum nihil natura passa fuisset ab arte. Vulgatam lectionem eodem sensu cepit Britan. cujus nota est hæc: *quanto præstantius esset*, i. e. excellentius, et proinde præsentius, si in natura sua mansisset, et non marmore incrustatum esset, ut ostendat, Deos rebus humanis non capi, sed bona sinceraque hominum voluntate gaudere; unde ait Seneca ad Lucil. *Cogita Deos, cum propitii essent, fictiles fuisse.* Ceterum Deos propitios ac faventes poëtis dici *præsentes*, nota res est. v. Cerda et Heyne ad Virg. Ecl. I. 42. Georg. I. 10. et Æn. IX. 404. Quamdiu enim speciem divinæ naturæ ad humanam accommodavit antiquitas, omnem fere vim ejus ac potestatem a præsentia deorum pendere credidit.—19 *cluderet* ἀρχαϊκῶς 17. 19. 20. 22. 26. 27. 48. 54. 55. 56. 61. 63. 64. 70. 74. 75. 82. *clauderet* 14. 15. 16. 21. 23. 24. 25. 45. 46. 47. 49. 50. 57. 58. 59. 60. 62. 65-69. 71. 72. 73. Cf. ad Sil. VI. 451. et sup. ad 2. 36. inf. ad vs. 131. VII. 26. XIV. 322.—21 *Vir bonus Umbritius* 13. *tum* 22. *Umbritius* 13. 21. 23. 27. 45. 46. 47. 49. 56. 61. 62. 63. 64. 66. 69. Sed Ὀμβρίκιος dicitur Plut. in Galba.—24 *Deterit* 21 a m. pr. *aliquis* 68. 71. 73. *aliquid sub tempore digno* 13. *ergo* pro *illuc* 26.—25. 26 extrusi e 13. ut mox vs. 28.—

NOTÆ

stipata præferenda appositis marmoribus.

20 *Ingenuum violarent marmora tophum*] *Tophus* rudis est et scaber lapis in loco nascens et concretus, cui videtur illata vis cum submotus inde est, ad substituenda marmora.

21 *Hic tum Umbricius, &c.*] In eo luco cœpit ille causas sui discessus enarrare.

Umbricius] *Umbricii* Haruspicum peritissimi meminit Plin. X. 6. Apud Cornelium vero Tacitum Hist. I. Haruspex *Umbricius* sacrificanti Galbæ tristia exta, instantes insidias, ac domesticum hostem prædicit, tum cum ab Othone mors ipsi imminebat.

23 *Res hodie minor, &c.*] Omnia quotidie in pejus ruunt.

Here] Pro *heri*; sicut vespere, et vesperi, Veteres dicebant, testes Terent. Quintil. Donat.

24 *Illuc ire*] Cumas nos conferre, quo Dædalus fugiens Minoia regna evolavit, ibique Phœbo sacravit remigium alarum, ut ait Virgilius initio sexti Æneidos.

25 *Fatigatas*] Volatu a Creta Cumas usque.

Dædalus] Vide Satir. I. vs. 54.

26 *Dum nova canities*] Cum pili recenter canescunt, dumque vigeo ad-

Dum superest Lachesi, quod torqueat, et pedibus me
Porto meis, nullo dextram subeunte bacillo.
Cedamus patria: vivant Artorius istic
Et Catulus: maneant, qui nigrum in candida vertunt,
Quis facile est ædem conducere, flumina, portus,

cani recentes, dum primum adest *senium et non curvum; dum restat Lachesi quod volvat, atque me meis plantis fero, nullo scipione manum sustentante. Patriam deseramus. Illic valeant Arturius et Catulus. Resideant qui atra mutant in alba: quibus promptum est redimere domum, fluvios, portus, exsiccandam eluvionem, effe-*

26 *recta et prima* 22.—27 *torqueat a maledicta* 13.—29 *patriæ* 15. *vivat* 15. 27. 47. 48. 54. 58. *Arturius* forte rectius 10. 14. 15. 16. 19. 21. 26. 27. 45. 46. 47. 48. 50. 54. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 68. 69. 71. 72. 73. *Artarius* 22. *Arctorius* 49. *Arcturius* 17. 20. 23. 24. 65. *Archturius* 13. *istuc* 16. *ast hic* 14.—30 *Catuli* 21 a m. sec. *vertant* 14.—31-38 obelo transfixi in 13. *Quis* pro *Queis* scripsi. v. Drakenb. ad Sil. I. 14. Brœkhus. ad Prop. II. 10. 47. et Intpp. Virg. Æn. I. 95. *ædes* 26. et ita omnino legendum, si Grammaticis fides habenda, qui docent, *ædem* constanter dici templum ædificiumve sacratum aut inauguratum, *ædes* vero privatam domum. Iis astipulatur Bentl. ad Horat. Epist. II. 2. 90. sqq. ubi magno eruditionis apparatu hoc discrimen tuetur, quod diligenter etiam observavit poëta noster inf. VII. 37. et 40. Ejus tamen non semper ratio habita, ne a scriptoribus quidem seculi Au-

NOTÆ

huc et valeo.

Prima, et recta senectus] Senectutis initium notabant Veteres circa annum ætatis quadragesimum sextum, ut innuit Cicero de Senect. n. 60.

Recta senectus] Nondum incurvans corpus, nondum iners et languida, sed operosa, agens ac moliens aliquid; qualem laudat Cicero mox cit. lib. n. 26.

27 *Dum superest Lachesi, quod torqueat*] Dum vitæ spatium videtur superesse adhuc amplum satis mihi decurrendum.

Lachesi] Una Parcarum est, a λάχος *sors*, dicta. Fatales istæ nimirum Deæ hominum vitam instar fili deducere ac nere finguntur, ita ut Clotho gestet colum et fila trahat; *Lachesis fusum* torquendo, vel potius, ut habet Ovid. 'In orbes glomerando fila colligat;' Atropos vero abrumpat atque enecet. Apuleius triplex iis tempus designari ait, Virgil. Eclog. IV. 'Talia sæcla suis dixerunt currite fusis Concordes stabili Fatorum Numine Parcæ.'

29 *Artorius et Catulus*] Sordidi homines per adulationes et crimina ad opes evecti.

Istic] Romæ, per indignationem dictum.

30 *Nigrum in candida vertunt*] Bonum in malum, vitia in virtutes convertunt, in se, per hypocrisim, in aliis per invidiam et calumnias. Sanctus Gregorius in Moralibus: 'Mundana sapientia est,' inquit, 'cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt vera ostendere, quæ vera sunt falsa demonstrare.' Vide Persii Satir. II. vs. 1. et Satir. V. vs. 106.

31 *Quis facile est, &c.*] Sive ob opes jam partas, sive ob insatiabilem lucri cupiditatem, publicani quælibet etiam indigna et sordida redimentes.

Ædem conducere] Vel reficiendam,

Siccandam eluviem, portandum ad busta cadaver,
Et præbere caput domina venale sub hasta.
Quondam hi cornicines, et municipalis arenæ
Perpetui comites, notæque per oppida buccæ,
Munera nunc edunt, et verso pollice vulgi

rendum cadaver ad sepulchrum, et dare caput vendendum sub hasta herili. Olim isti cornu canentes, et assidui sectatores Theatri municipiorum, et cognitæ malæ per civitates, modo ludos exhibent, atque converso Plebis pollice quemcumque placet in-

gustei. v. Jani ad Hor. Od. I. 30. 4.—33 *dominis* suspicari possis. Sed vulgata lectio doctior videtur.—34 *ii* pro *hi* 22. *hic* 64. idque conj. Britan. ut sensus sit: cornicines fuere et Romæ et in municipiis. Male!—35 *notæ erant oppida* 15.—36 *vulgus* 1. 2. in interstitio, 4. 17. 22. 48. 54. 55. 70. 75. 76. 82. Vetus Scholion est: ab his populus occiditur, quos ante populus jubebat occidi. Immo *vulgus* scil. gladiatorum, h. e. omnes gladiatores sine discrimine. Sed hæc quoque ratio dura est; nec munerarius, sed populus, pollice verso occidit vel occidi jubet gladiatores. *vulgi* 2. 3. 5. 10. 11. 14. 15. 16. 19. 20. 21. 23-27. 45. 46. 47. 49. 50. 56-69. 71. 72. 73. 74. 81.

NOTÆ

vel majori pretio deinde locandam.

Flumina, portus] Vectigal e fluviis et portubus.

32 *Siccandam eluviem*] Expurgandas cloacæ vel lacunæ sordes.

Portandum ad busta cadaver] Libitinarii quondam funeris curam pretio suscipiebant, et cremandum et efferendum cadaver. Plin. XXI. 3. Scipionis funus elocatum ait, populo asses conferente.

33 *Præbere caput domina venale sub hasta*] Venalem servum exponere, mangonium exercere; vel publicis auctionibus præesse ac venditionibus servorum, accepta ad id potestate et auctoritate, et quæstum hinc facere. Vel qui seipsos vendi patiuntur, ut vult Turneb. X. 27.

Domina sub hasta] Vel quod emptoribus ut dominis cederent empti servi, vel quod heri servos venum exponerent sub hasta, ex more, præcone venales proclamante. Vide Alex. ab Alex. III. 16.

34 *Hi cornicines*] Arturius, Catulus, et similes, cornu vel tibia canentes, dum gladiatores pugnant.

Municipalis arenæ perpetui comites] Qui per oppida vagati sunt operam suam locantes, dum in Theatris ad gladiatoriam exercebantur municipes et oppidani. Erant enim variis in locis et urbibus arenæ et Theatra, sed minora quam Romæ: et in Gallia Narbonensi apud Nemausum visitur adhuc amphitheatrum eximii operis antiquitate et ipsis ruderibus nobilissimum. Quid proprie municipium, docet Gellius XVI. 13.

35 *Notæque per oppida buccæ*] Arte sua noti homines soliti per Italiam cursare, et buccas inflare; cornu, tibia, buccina canentes, dum in arena certabatur: modo Formiis, alias Tusculi, Fundis, et ubicumque erant Theatra; et accersiti aderant in oppidis: nec enim Romæ nisi peritiores adhibebantur.

36 *Munera nunc edunt*] Gladiatorium munus dant populo, quod nonnisi potentiores et opulenti faciebant, quin et Nobiles, et censum Equestrem habentes, ex Edicto Tiberii, et Sena-

Quem libet occidunt populariter: inde reversi
Conducunt foricas. Et cur non omnia? cum sint,
Quales ex humili magna ad fastigia rerum
Extollit, quoties voluit Fortuna jocari.
Quid Romæ faciam? mentiri nescio: librum,
Si malus est, nequeo laudare, et poscere: motus
Astrorum ignoro: funus promittere patris
Nec volo, nec possum: ranarum viscera nunquam

terficiunt per populum: et cum *illinc redierunt, redimunt latrinas. Quare vero non universa* conducunt, *quandoquidem* tales *sunt quales ex infimo sors erigit ad supremum apicem rerum, quandocumque ludere expetit? Ecquid agam Romæ! dissimulare non novi; nec possum librum, quando est pravus, probare et postulare. Siderum cursus nescio: mortem parentis spondere et nolo et nequeo: ranarum extu*

—37 *Quem libet* 2. 3. 5. 10. 11. 14-17. 19.21. 23. 24. 26. 27. 45-50. 54. 55. 57. 59-69. 71. 72. 73. 74. 77. 81. *Quum* vel *Cum libet* I. 25. 56. 58. 70. 75. 76. 82. *Quidlibet* 22.—38 *phoricas* 23. *quare* pro *et cur* 11.—39 *Viles* 13.

NOTÆ

tusconsulto. Corn. Tac. Annal. IV. Alex. ab Alex. VI. 19.

Verso pollice] Conversus retro pollex signum erat occidendi Gladiatoris qui succubuerat: sicut e contra presso pollice populus indicabat jubebatque parci victo et afflicto humi. Plin. XXVIII. 2. 'Pollices, cum favemus,' inquit, 'premere etiam proverbio jubemur.' Prudentius contra Symmachum de Vestalibus Gladiatores spectantibus. 'Pectusque jacentis Virgo modesta jubet converso pollice rumpi, Ne lateat pars ulla animæ vitalibus imis, Altius impresso dum palpitat ense secutor.' Horat. Ep. I. 18. 'Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum.' Vide Ang. Polit. Miscell. c. 42. et Turneb. II. 6.

37 *Populariter*] Conciliato enim favore vulgi per munera illa et ludos certantium, quemlibet confici aut reservari suggerebant populo, e cujus id arbitrio pendebat.

38 *Conducunt foricas*] Emundandas: nihil vile et abjectum respuentes, modo lucrum inde proveniat.

Cur non omnia] Supple, conducunt; etiam maxima cur non suscipiunt ac tentant?

40 *Extollit*] Alludit ad Fortunæ rotam, inconstantiam, ludibria. Illa enim fingitur homines repente ad summum evehere per ludum ac jocum, quos pariter ex alto statim dejiciat ac præcipitet; sicque humana perpetuo circumagere.

41 *Quid Romæ faciam*] Pergit Umbritius: cum nonnisi vafri homines et improbi florent Romæ, nullus est innocenti mihi locus.

Librum, si malus est, nequeo laudare, et poscere] Velut quid eximium ab Auctore poscere, ut nobiscum suum opus ac librum communicet, per adulationem, quam proscribit Horatius ad Pisones, vs. 419. et seq. et Pers. Sat. I.

42 *Motus Astrorum ignoro*] Astrologus non sum, quod hominum genus valet apud imperitas vulgi mentes.

43 *Funus promittere patris*] Improbo cuipiam filio, ante diem patrios in annos inquirenti, ut ait Ovidius.

44 *Ranarum viscera nunquam inspexi*] Licet Haruspex animalium viscera

Inspexi. Ferre ad nuptam, quæ mittit adulter,
Quæ mandat, norunt alii. Me nemo ministro
Fur erit, atque ideo nulli comes exeo, tanquam
Mancus, et extinctæ corpus non utile dextræ.
Quis nunc diligitur, nisi conscius, et cui fervens
Æstuat occultis animus, semperque tacendis?
Nil tibi se debere putat, nil conferet unquam,
Participem qui te secreti fecit honesti.
Carus erit Verri, qui Verrem tempore, quo vult,

nunquam spectavi. Alii sciant portare ad conjugem ea *quæ mittit* et *quæ jubet mæchus: me adjutore nullus prædo erit: et propterea nemini socius egredior, velut truncus, atque manus emortua corpori non serviens. Ecquis modo amatur nisi* criminis *particeps, et cui mens ardet* atque *agitatur secretis ac silendis nunquam non? Qui tecum communicaverit bonum arcanum, non existimat se tibi ulla re devinctum,* et *nihil unquam tribuet. Dilectus erit Verri, qui Verrem quando*

—44 *in viscera* 24. 45.—45 *misit* 19.—46 *mandant* 26. 74. *norint* 48. 61. 62. 63. 66. 67. 68. 69. 71. 72. 73. quod præferendum videtur. *magistro* 13.—47 *comes hæreo* 26.—48 *Manco* 65. *exstincta* 48. *exstincta...dextra* præstiterit. *existens corpus* legit Honorius Augustod. Præf. ad lib. IV. de philos. mundi.—49 *semper* pro *fervens* 26.—50 *viciis* pro *animus* 22. quem errorem haud dubie glossa peperit.—51 *conferat* 12.—52 *Qui te participem* 22.—53

NOTÆ

consulere assuevi, haud tamen unquam e ranarum seu rubetarum extis veneficia sectatus sum. Vide Satiram I. vs. 70.

45 *Ferre ad nuptam*] Lenocinia abhorreo.

Quæ mittit] Vel scripta vel munera ad ejus animum pelliciendum in scelus.

46 *Mandat*] Dicenda præscribit.

47 *Nulli comes exeo*] Solus, ab universis desertus Roma exeo, sine comitatu, qui nonnisi divitibus frequens adest.

Tanquam mancus] Quasi membrum inutile civitati discedo. *Mancus*, quasi manu carens, inquiunt, et amico destitutus.

48 *Extinctæ corpus non utile dextræ*] Pro, *extincta dextra et inutilis corpori.* Sic ego Roma separor.

49 *Quis nunc diligitur, nisi conscius*] Quoniam scelera aliorum adjuvare nolo, hinc amicus mihi nullus est.

Et cui fervens æstuat, &c.] Is solus modo diligitur, cui arcana scelera commissa sunt, et cujus mens cruciatur conscientia tot malorum, quæ tacere cogitur, et de quibus nec mutire unquam audet.

51 *Nil tibi se debere putat, &c.*] Qui bonum quid secretum tibi revelavit, is tibi se non arbitratur quidquam propterea debere, nec dona ulla tribuet, ut taceas. At qui te conscium fecit secreti criminis, ille timebit ne detegas; et muneribus te sibi devinctum habere sataget, ne unquam reveles.

53 *Verri*] Conscelerato homini, deprædatori, qualis Verres, de quo Sat. II. vs. 26.

Accusare potest. Tanti tibi non sit opaci
Omnis arena Tagi, quodque in mare volvitur aurum,
Ut somno careas, ponendaque præmia sumas
Tristis, et a magno semper timearis amico.
  Quæ nunc divitibus gens acceptissima nostris,
Et quos præcipue fugiam, properabo fateri,
Nec pudor obstabit. Non possum ferre, Quirites,
Græcam urbem, quamvis quota portio fæcis Achæi?

cupit, reum agere valet. Omne sabulum Tagi densi, et aurum quod in mare defluit, ne tanti æstimetur, ut quietem amittas, et mœstus accipias munera respuenda, atque reformideris ab amico potenti. Jam quæ natio sit opulentis nostris gratissima, et a quibus potissimum abhorream, pergam declarare, nec impediet verecundia. Nequeo tolerare, o Romani, civitatem Græcam: etsi quanta pars est

---

in tempore 45.—54 *non sit tibi* 14.—56 *careas somno* 22. *horrendaque præmia* conj. Schrader.—57 *tenearis* 24. *metuaris* 11. *verearis* 21.—58 *Quæ nunc... nostris?* 27. 46. 47. 48. 54. 58.—59-74. in 13. ita contracti: *Inter Romanos non possum ferre Quirites Græcam urbem, et linguam et cum tybicine chordas Obliquas, nec non mores et tympana gentis, Et totidem ad circum jussas prostare puellas. Jam pridem Syrus in Tyberim defluxit Orontes.*—61 *Achææ* 23. 24. 25. 45-50. 54. 57-69. 71. 72. 73. 77. *Achivæ* 10. 11. 15. 16. 19. 20. 21. 26. Sed *Achæi* recte 14. 17. 22. 55. 56. 70. 74. 75. 76. 82. 83. 84. probb. Schradero

NOTÆ

54 *Accusare potest*] Nempe conscius et particeps factus illius flagitiorum.

Tanti tibi non sit] Nullo pretio quantolibet emere velis horrendos consciæ mentis cruciatus.

Opaci] Vel propter arbores in ripa consitas, vel ob admixta auri grana. Martial. lib. I. epig. 50. 'Æstus serenos aureo franges Tago, Obscurus umbris arborum.'

55 *Arena Tagi*] *Tagus* fluvius Hispaniæ nobilissimus, aureas volvere arenas decantatus, Castellam novam permeat, Lusitaniæ partem rigat, et ad Ulyssiponem ostio latissimo subit Oceanum.

In mare volvitur] Cum arenis Tagi.

56 *Somno careas*] Mala conscientia solicitatus.

Sumas tristis] Utrinque anxias; si enim sumas, torquebit te conscientia; quod si respueris, te suspectum ille conabitur de medio tollere, ne suam turpitudinem reveles.

57 *Magno semper timearis amico*] Nec enim raro contingit, ut consciis paretur exitium, ne quid patefaciant. Unde monet Horatius lib. I. epist. 18. 'Arcanum neque tu scrutaberis ullius unquam.'

60 *Nec pudor obstabit*] A dicenda veritate non me deterrebit cujusquam reverentia.

61 *Græcam urbem*] Romam factam Græcam, et vitiis Græciæ inquinatam.

Quamvis quota portio fæcis Achæi] Verum non Græci tantum, sed et Syri mores nostros corruptum venere: et horum Romæ est major quam illorum numerus.

Fæcis] Metaphora a vino, id est, vilissimorum Græcorum, et quasi sentinæ.

Achæi] Alii legunt *Achææ*. Meto-

Jam pridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes,
Et linguam, et mores, et cum tibicine chordas
Obliquas, nec non gentilia tympana secum
Vexit, et ad Circum jussas prostare puellas.
Ite, quibus grata est picta lupa barbara mitra.
Rusticus ille tuus sumit trechedipna, Quirine,

plebeculæ Achaicæ? Jamdudum in Tiberim fluxit Orontes Syrius, et secum attulit et sermonem, et mores, et fides incurvas cum tibia canente, quin et patria tympana, atque puellas prope Circum prostare doctas. Illuc vos *pergite*, quos *delectat meretrix peregrina* cum *mitra picta*. O *Romule*, *tuus hic agrestis* populus induit

et aliis.—62 *Nam* 16. in *Tiberim Syrus* 11. 20. 21. 26. 27. 45. 46. 47. 48. 50. 54-60. 64. 65. sed *Syrius* emend. Britann. ut metro consuleret. *Tyberim* multi, et *Tibrim* 21. *Thybrim* suspicarer, quæ doctior vocis forma est, ex Græc. Θύμβρις et Θύβρις, si in epico poëta vel lyrico versarer. *Orontes* 21.—63 *tubicine* 23.—65 *prostrare* 16. 27. 47. *tabellas* 77.—67 *trechedipne* 1. 20. 60. 70. 74-77. 81. 82. *trechedimpna* 22. *trechedimna*. 50. 64. *trechedigna*

NOTÆ

nymia, pro Græciæ, cujus pars est Achaia ad sinum Corinthiacum.

62 *Syrus in Tiberim defluxit Orontes*] *Orontes* Syriæ fluvius est. Id est, jampridem Syrorum eluvies Romam invexit sordes suas, et morum pravitatem, luxum, voluptates.

63 *Chordas obliquas*] Mores curvos simul cum incurvis instrumentis, cithara, aliisque.

64 *Gentilia tympana*] Apud suam gentem usitata, maxime in Sacris Cybeles.

65 *Circum*] *Circus* dicitur planities rotunda, in qua pugiles equitesque exercebantur, populo ad spectandum circumsedente. Plures erant Romæ Circi, Flaminius, Neronis, Floræ. Hic intellige Circum maximum, de quo Dionys. Halicarnass. lib. III. refert multa: trium fuisse et amplius stadiorum longitudine; a Tarquinio Prisco designatum, Palatium inter et montem Aventinum, &c. Nam prope hunc erant meretricum domicilia. De Theatris et Circis Romanorum Alex. ab Alex. IV. 25.

Prostare] Pro foribus stare, expectandi, invitandi, alliciendi causa. Qui mos improbus inter alia mala per Syros invectus est.

Puellas] Quæstum corpore facientes.

66 *Lupa*] Ita meretrix appellatur, quod sicut edendi lupa avida est, et obvios devorat; sic meretrix quæstui inhians, nec pudori parcit nec corpori, ac libidinosos perdit. Deductum nomen a Laurentia Faustuli regii pastoris uxore, Remi ac Romuli nutrice, quæ corpus inter pastores vulgare dicta, indeque cellulas meretricum lupanaria vocata Auctor est D. Hieron. in Chron. Euseb.

Picta mitra] Quod est ornamentum capitis usitatum Syris, Phrygiis, Ægyptiis, aliisque. De *mitra* jam ante, Sat. II. 84.

67 *Rusticus ille tuus*] A pastoribus originem trahens.

Trechedipna] Vestem cursoriam, a τρέχω *curro*, et δεῖπνον *cœna*, qua cursitent, vel ad cœnam rectam, vel ad sportulam, de quibus Sat. I. Legunt quidam *Rechedipna*, aiuntque fuisse vestes peregrinas, quarum usus

Et ceromatico fert niceteria collo.
Hic alta Sicyone, ast hic Amydone relicta,
Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis,
Esquilias, dictumque petunt a vimine collem,

Trechedipna, et Niceteria gestat cervice uncta ceromate. Alius celsam Sicyonem, alius vero Amydonem, alius Andrum, alius Samum, alius Tralles vel Alabandam deserens, ad Esquilias et collem nominatum a Vimine se conferunt; intima summarum aedi-

21. *rhechedipna* 11. 23. a m. pr. *rhichedipna* 23. a, m. sec. *rechedipna* 14-17. 20. 49. 61. 62. 63. 66. 67. 71-73. *rechidipna* 45. 65. *rechepidna* 68. *rechidimna* 56. 59. 60. *rechydimna* 24. *rechedimna* 10. *rechidimna* 19. ad marg. 25. *recedimna* 46. 48. *recidimna* 27. 47. 54. 55. 57. 58. prob. Calder. *retidimna* 26. *ræhædipna* 9. a m. sec. *rithedeva* 19. *rhechedimna*, *trechedinna*, *rechedinna*, *rehædippa* alii. *chirodita* emend. Sabin. ex Gellio. Male!—68 *ceremmatico* 48. *cæromatico* 46. 49. 50. 64. *cereumatico* 10. 15. 45. *niciteria* 60. 65. *niciterea* 45. *νικητήρια* 19. ad margin. *nicheteria* 17. 26. *nychiteria* 24. *nitheteria* 10. 21. *micenteria* 19.—69. 70 in 22. ita coaluere: *Hic alta Sitione, aut hic Trallibus aut Alabandis*. Cf. ad II. 24. *Sitione* 17. 19. 21. 22. 45. *Sycione* 49. —70 De hiatu h. l. v. sup. ad I. 151. *Tralibus* 23. 27.—71 *Esquilias* optimi libri, ut et meliores Livii, Cicer., Plinii, Ovidii al. *Exquilias* 23. 24. 25. 45. 56. 57. 59. 60. 65. 72. rectius, si mons dictus est ab *excubiis*, quas Romulus, Tatio Sabinorum regi diffisus, ibi habuit. vid. Ovid. Fast. III. 245. ibique Interpp. *Æsquilias* 27. 46-50. 58. 61-64. 66. 67. 68. 71. 73. Sic et variant Græci. Ἠσκυλῖνος λόφος et Ἠσκυλίνη πύλη ap. Strab. v. p. 234. Ἐσκυλ. et

NOTÆ

erat in Gymnasiis. Turneb. III. 17. explicat *Endromidem* de qua infra, vs. 103. Item Sat. VI.

Quirine] Romuli cognomen est ab hasta, quam Sabini *Quirim* nuncupabant, inquit Festus. Vel a Marte, qui dum sævit Gradivus, dum pacatus est et quiescit Quirinus Romanis vocabatur: Ovid. Fast. Vel potius a Curibus, id est, Sabinis, in urbe receptis.

68 *Ceromatico*] *Ceroma* unguentum ex oleo et pulvere seu terra, quo uti solebant athletæ. Martial. lib. VII. Epig. 31. 'Vara nec injecto ceromate brachia tendis.'

Niceteria] Græca vox præmia victoriæ significans, ut torques, quæ collo pendentia ferre consueverant, ut ait vetus Schol.

69 *Hic alta Sicyone, &c.*] At Græci aliique exteri patria sua relicta Romam venientes, nostris Romanis se multo præstantiores ostentant.

Sicyone] Urbs est Peloponnesi, Sicyoniæ quondam regionis primaria.

Amydone] Quæ Macedoniæ civitas est in Pæonia regione.

70 *Andro*] Insula maris Ægei, una Cycladum, *Antandros* etiam dicta, in qua fontem fuisse, apud fanum Liberi patris, Nonis Januariis saporem vini semper habentem scribit Plin. II. 103.

Samo] Insula maris Icarii Junoni sacra. Fuit et *Samos*, aliter *Samothrace* dicta, in mari Ægeo, non longe a Thracia.

Trallibus, aut Alabandis] Urbes sunt Asiæ minoris, quarum hæc in Caria, illa in Lydia.

71 *Esquilias, dictumque petunt a Vimine collem*] *Colles* urbis Romæ, *Esquilinum* et *Viminalem* petunt, et in præcipuas se familias insinuant.

Esquilias] Hodie mons *Sanctæ Mariæ Majoris*.

Viscera magnarum domuum dominique futuri.
Ingenium velox, audacia perdita, sermo
Promtus, et Isæo torrentior. Ede, quid illum
Esse putes? quem vis hominem, secum attulit ad nos:
Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes,
Augur, schœnobates, medicus, magus: omnia novit.
Græculus esuriens in cœlum, jusseris, ibit.

usæ fiunt, *possessores etiam futuri.* Illis enim *animus acer, deplorata impudentia, lingua volubilis et rapidior* quam fuit *Isæo. Dic quid hunc esse existimes? Quemlibet virum ad nos secum advexit.* Est enim *Grammaticus, Rhetor, Geometra, Pictor, Unctor, Augur, Funambulus, Medicus, Magus. Scit universa Græcus famelicus. In cœlum* etiam *ascendet, si imperaveris. Denique non Maurus, ne-*

'Ισκυλ. ap. Dionys. Halic. Αἰσκυλ. ap. Plut. in Sylla p. 457 D. Hinc *Esquyliæ* saltem dicendæ.—73 *Ingenium est velox, audacia prodita* 16.—74 *Ysæo* 22. *Ipseo* 10. *Ipsæo* 45. *Ypseo* 24. *hypseo* 23.—75 *Per Græcos* pro *Esse putes* 13. *quemvis* vulgo una voce scribitur.—*tulit* 19.—76 *geometra* 24. 26. *geometer* 11. 13. 15. 16. 19. 20. 27. 31 b. 32. 45. 47. 54. 58. Duæ syll. priores voc. *geometres* (γεωμέτρης) per synæresin s. συνίζησιν in unam contrahendæ. Cf. ad Sil. II. 353. III. 16. 495. al.—77 *schænabotes* 75. 76. *scænobates* 20. 27. 45. 47. 48. *scenobates* 14-17. 21. 22. 58. 59. *schenobates* 60. 65. 66. 73. *senobates* 19. *cenobatos* 13. *xænobates* 26. *magnus* 73.—78 *esuriens cœlum si jusseris* 47. 55.

NOTÆ

A vimine] Hunc e septem collibus Rom. dictum a *viminibus* circa Jovis aram exortis; ut refert Sext. Ruf.

72 *Viscera*] Quasi præcordia, a quibus motus omnis, et vita.

Viscera magnarum domuum] Quarum secreta penetrantes, etiam hæreditates captant per obsequia et astus: unde etiam domini evadunt.

74 *Isæo*] Plin. Epist. II. 3. meminit *Isæi* cujusdam Romani in quo summa facultas, copia, ubertas, &c. Fuit et *Isæus* Atheniensis Orator, PræceptorDemosthenis. Quintil. XII. 10. *Isæum* laudat.

Torrentior] Torrente fluens rapidius et concitatius.

75 *Quem vis hominem*] Non etenim simplex homo, sed plurium instar: idem quippe est et Grammaticus, Rhetor, Geometra, &c.

76 *Geometres*] Horat. Od. I. 28. De *Archyta Tarentino*, insigni Geometra, 'Te maris et terræ numeroque carentis arenæ Mensorem cohibent, Archyta.'

Aliptes] Græca vox eum præcipue designans qui athletas et pugiles perungebat: ἀλείφω, *ungo.*

77 *Augur*] Is ex avium garritu, pastu, volatu, futura conjectabat et prædicebat.

Schænobates] Σχοῖνος est funis e junco, βαίνω gradior. Adversus Græculos Græca vocabula non semel usurpat Juvenalis.

Magus] Vox hæc Persica Lingua Sapientem et Philosophum indicat. Cic. I. de *Div.* num. 90. 'In Persis,' inquit, 'augurantur et divinant Magi.—Nec quisquam Rex Persarum esse potest, qui non ante Magorum disciplinam scientiamque perceperit.' Plutarch. *in vita Platonis*, Magos illos rebus divinis operam et studium exhibere, et Sacrorum Antistites esse testatur.

Omnia novit Græculus esuriens] Per-

Ad summam, non Maurus erat, neque Sarmata, nec Thrax,
Qui sumsit pennas, mediis sed natus Athenis.
Horum ego non fugiam conchylia? me prior ille
Signabit? fultusque toro meliore recumbet
Advectus Romam, quo pruna et cottana vento?
Usque adeo nihil est, quod nostra infantia cœlum

que Sarmata, neque Thrax erat, qui alas induit, verum mediis Athenis oriundus. Numquid non aversabor istorum muricem? An iste subscribet ante me? et innixus lecto superiore accumbet, qui *Romam appulsus* est eodem *vento, quo pruna et Coctona. Tam parvi putandum est quod pueritia nostra baccis alita Sabinis aërem*

---

in cœlum si jusseris 45. 54.—79 *erit* 26. *nec Sarmata* 27. 46. 48. 49. 61. 62. 63. 68. 71-74. 77.—80 *pennas sumsit* 21. *pinnas* 8. a m. pr. *Achivis* 8. a m. sec.—81-85 ejecti e 18. et *ego* e 4. *numquid* pro *non* 16. *concilia* conj. non nemo teste Plathnero. *convivia* malebat Schrader. et mox *Cœnabit* pro *Signabit.* Non male! Sed quis sibi persuadeat, hæc ita a librariis corrupta esse?—82 *Signavit* 14. 22. a m. pr. *Signa dabit* (h. e. imperabit modum bibendi, rex s. magister bibendi erit) emend. Plathner, quoniam h. l. de convivio agitur. Sed etiam de aliis rebus. *recumbit* 14. 16. 26.—83 *coltana* 3. 23. a m. pr. 24. ut et legitur ap. Plin. XIII. 5. s. 10. Athen. lib. IX. et Hesych. quos secutus sum. *cottona* 26. 70. *cotana* 11. *coctana* 2. 5. 10. 19-22. 23. a m. sec. 25. 27. 46. 47. 48. 50. 54. 56-59. 64. 65. 81. *coctona* 14. 15. 17. a m. sec. 49. 55. 61. 62. 63. 65-74. 77. 82. *cotrona* 75. 76. *quotona* 45. *octana* 17. a m. pr. *poma et cidonia* 16. *prima et octava* 60.—84 *nil* 16.—85 *Aventinum* 10. 21.

NOTÆ

sius in Prologo: 'Magister artis, ingeniique largitor venter.'

79 *Maurus*] Mauritania Africæ regio, ubi nunc Barbaria Occidentalis.

Sarmata] Vide Sat. II. vs. 1.

Thrax] Thracia Europæ maxima pars ad maria Ægeum et Euxinum ac Propontidem, cujus caput Constantinopolis.

80 *Qui sumsit pennas*] Dædalus, de quo abunde satis Sat. I. vs. 54.

Athenis] Vide Sat. VII. vs. 205. Annot.

81 *Conchylia*] *Conchylium*, seu murex, piscis marinus, e cujus sanguine purpura fit. Plin. IX. 36. et alibi. Sueton. prohibitas a Julio Cæsare conchyliatas vestes memorat. Hic sensus est: an diutius manere post sum Romæ, ubi Nobilium vestimenta usurpant Græculi? Certe cogor fugere hinc, ne ista videam amplius.

82 *Signabit*] In tabulis, ad quas subsignandas mecum ille vocatus fuerit. Vide Pers. Sat. V. vs. 81.

Toro meliore] Digniori loco, in conviviis.

83 *Advectus Romam*] E Syria, cum prunis et ficubus, ac perinde venalis, ut isti fructus peregrini, aliæque merces.

Pruna] Damascena, seu in Damasco monte nata, ut ait Plin. XIII. 5. Vide Martial. Epig. XIII. 29.

Cottona] Sunt minores ficus Syriæ peculiares. Plin. *Cottana*, XIII. 5. *Coctana* Martial. Epig. IV. 89. ubi et parva *Coctana* nuncupat. Et Epig. XIII. 28. habet: 'Hæc tibi quæ torta venerunt condita meta, Si majora forent Coctana, ficus erat.'

84 *Usque adeo nihil, &c.*] Sine interrogatione legi malim cum Guieto.

Quod nostra infantia, &c.] Adeo

Hausit Aventini bacca nutrita Sabina?
Quid, quod adulandi gens prudentissima laudat
Sermonem indocti, faciem deformis amici,
Et longum invalidi collum cervicibus æquat
Herculis, Antæum procul a tellure tenentis?
Miratur vocem angustam, qua deterius nec
Ille sonat, quo mordetur gallina marito.
Hæc eadem licet et nobis laudare: sed illis

Aventini spiravit? Quid referam *quod natio assentandi perita ignari probat orationem, familiaris turpem vultum* laudat, *atque prolixum collum* viri *non fortis adæquat cervicibus Herculis Antæum tollentis longe a terra? Admiratur vocem strangulatam, qua nec pejus stridet is quo viro gallina admordetur. Nobis etiam*

22. 23. a m. pr. *baca* pro *bacca* 17. 21. 22. 63. 68. prob. Nic. Heins. ad Sil. III. 596. VIII. 184. XV. 535. quibus locis Drakenb. monet, utroque modo scribi posse, non deesse tamen, qui ita distinguant, ut *bacca* sit fructus arboris, *baca* vero gemma s. unio. Utrumque in antiquiss. codd. Mss. plerumque baca dicitur, ut *belua*, *anulus* et al. nam literæ non geminari solebant a vett. Romanis. Cf. ad IV. 121. Origo tamen vocis ignota est. *bacha* 19. 20. 47.—86 *Quidquid* 13. 16.—88 *validi* 17. a m. pr.—90. 91 v. Excurs. ad h. l.—92. 93 in 13. excipiunt versum 103. In omnibus fere libris interpungitur, *sed illis Creditur, an melior cum Thaida sustinet* cet. *illi* emend. Schrader. quod non necesse est: nam *gens* vs. 86. est nomen collect. et cur

NOTÆ

nobis parum profuit Romæ nasci et educari.

85 *Aventini*] Unus est e Romanis collibus, hodie *mons Sanctæ Sabinæ*.

Bacca nutrita Sabina] Fructibus in Italia provenientibus. Metonymia.

Sabina] Terra Sabina suum etiam nomen hodie retinens, Tiberi alluitur; at olim fines habuit ampliores.

86 *Quid, quod, &c.*] Sed et adulationibus serpunt Græci, et Romanos captant.

88 *Longum invalidi, &c.*] Qui collo sunt oblongo, plerumque invalidi et imbelles reperiuntur.

Cervicibus] Hæc pars est posterior, illa anterior: utramque proprie hic usurpat Juvenalis. Nam cum laudas, anteriorem hominem aspicis; et Hercules sublatum Antæum ac cervicibus suis impositum tenuit, vicitque.

Æquat] Æqualem Herculi dicit adulator luctatorem qui roboris tantulum ostentarit.

89 *Antæum*] Gigantem, Neptuni Terræque filium, quem certando fessum vires reparare matris Terræ attactu sensit Hercules, quare sublimem eum sustulit, atque ita brevi confecit. Hoc egregie describit Lucanus in fine Libri IV.

90 *Angustam*] Exilem, stridulam, raucam, qualem edit gallus gallinaceus ascendendo gallinam admordens. Ejusmodi vocem in Oratore damnat Quintil. XI. 3.

91 *Marito*] Sic Virgilius Eclog. VII. virum gregis, caprum; et Horatius Od. I. 17. olentis uxores mariti, capellas nominat: post Theocritum, apud quem, *τῶν αἰγῶν ἀνήρ*.

92 *Hæc eadem licet, &c.*] Nos Ro-

Creditur. An melior, cum Thaida sustinet, aut cum
Uxorem comœdus agit, vel Dorida nullo
Cultam palliolo? mulier nempe ipsa videtur,
Non persona loqui: vacua et plana omnia dicas
Infra ventriculum, et tenui distantia rima.
Nec tamen Antiochus, nec erit mirabilis illic
Aut Stratocles, aut cum molli Demetrius Hæmo.

fas est ea ipsa approbare: at istis fides habetur. Porro estne *Comœdus præstantior, quando repræsentat Thaidem, vel quando matronam sustinet, aut Doridem nulla exornatam fasciola? Ipsa nimirum fœmina, non personata dicere apparet.** * *Nihilominus neque Antiochus, neque vel Stratocles, vel Demetrius cum Hæmo tenero,*

numeri permutatio nos offendat?—93 *hic melior* conj. Schrader. *an cum* s. *quum* 25. 45. 46. 49. 50. 54-57. 60. 64. 65. Non male! *at cum* 47. 58.—94-99 desunt 13. *agat* 47. 58. Plathner et, quem is laudat, Aug. Buchnerus non intelligebant. cur Doris *nullo* palliolo culta dicatur, cum tamen Græcula notetur, Græcisque propria fuerint pallia. Hinc ille pro *nullo* conj. *molli*, h. e. Coo; hic vero *pullo*, quod pulla vestis servorum propria, et *Doris* sit ancillæ nomen, quale servis a patria detur.—95 *Fultam* 20. *namque* pro *nempe* 46. 49. *ipse* pro *ipsa* 16. 60. 65.—96 *vacua omnia planaque* 45. 46. —97 *et* abest ab 46. 49.—98 *Nec tantum* 16. et ita conj. Schrader. *Anthoicus, non* 16. *Antilochus* 26. *minus erit mirabilis* 10. *nec eris laudabilis illic* 11. *ille* 61.—99 *Stratodes* 19. *Homo* 20. *Hæmo* 19. 45. 61. 62. 63. 66. 67. 70. 74. *Œmo* 49. 56. 57. 72. *Emo* 58. 60. 65. Cf. ad VI. 198.—100 *ridens* 22. a m. pr.—

NOTÆ

mani perinde ac isti, laudes adulatorias spargere et dare immeritis possemus: sed non ita nobis crederetur.

93 *An melior, &c.*] Porro non adulatores solum sed et histriones sunt Græculi. Numquid enim quisquam melius illis quamlibet in Scena personam agat, seu meretricis, seu honestæ fœminæ, seu Deæ, aut Nymphæ?

Thaida] Persona est meretricis, Comica apud Terentium *Eunuch.* Fuit vero *Thais* Alexandrina, insignis apud Athenas meretrix, quam celebravit Menander Poëta suis Carminibus.

94 *Uxorem*] Honestam matremfamilias.

Dorida] *Doris* Oceani Thetyosque filia, Nerei soror et conjux, Nereidum mater, ipsa maris etiam Nympha. Unde Virgil. Eclog. ult. 'Doris amara suam non intermisceat undam.'

Nullo cultam palliolo] Nullo velo, palla, aut fascia coopertam: sic enim pinguntur Nymphæ.

95 *Mulier nempe ipsa videtur*] Tam belle personam muliebrem agit et sustinet Græcus, ut revera mulier esse videatur, et gestu, et voce, &c.

98 *Nec tamen Antiochus*] Neque vero isti præstantes quos adeo miramur hic, Comœdiarum Actores Græculi, si fuerint illic, in patria sua, laudem ullam auferrent. Antiochus, inquam, Stratocles, Demetrius, Hæmus, in Græcia non erunt mirabiles, quia tota natio ad agendum in Comœdia comparata est, et laus est communis omnibus Græcis.

99 *Stratocles, Demetrius, &c.*] Hi tempore Juvenalis arte mimica et histrionia præstabant, insignesque erant Comœdi. Quintil. l. XI. in fine capitis ultimi: 'Maximos Actores Comœdiarum Demetrium et Stratoclem pla-

Natio comœda est. Rides? majore cachinno
Concutitur: flet, si lacrymas conspexit amici,
Nec dolet: igniculum brumæ si tempore poscas,
Accipit endromidem: si dixeris, æstuo, sudat.
Non sumus ergo pares: melior, qui semper, et omni
Nocte, dieque potest alienum sumere vultum,
A facie jactare manus, laudare paratus,

isthic erunt admirabiles. Gens comœda est universa. Si *cachinnaris*, ille *risu solutiore commovetur. Si flentem viderit familiarem, plorat, neque dolorem habet. Si hyemis tempestate ignem petas, sumit endromidem: si ais, incalesco, sudorem emittit. Itaque non sumus æquales. Præstantior* est ille, *qui nunquamnon, atque tam noctu quam interdiu valet induere faciem alterius; agitare manus a fronte: fa-*

---

101 *aspexit* 45. 63. 65. 68. 69. 74.—102 *Non* 16.—103 *endromadem* 12. 13. 15. 26. 45. *endromydem* 46. 49. 61. 63. *endromedem* 23. 24. *endromeden* 22. *eudromidem* 27. *andromydem* 60. 65. *andromedem* 11. *andromadem* 19. *andromidem* 20. Malim *endromiden.*—104 *Creditur. est etenim melior* 13.—105 *aliena*

NOTÆ

cere diversis virtutibus vidimus,' inquit: 'sed illud minus mirum, quod alter Deos, et juvenes, et bonos patres, servosque et matronas, et graves anus optime: alter acres senes, callidos servos, parasitos, lenones, et omnia agitatoria melius. Fuit enim natura diversa; et vox Demetrii jucundior, Stratoclis acrior erat. Et facere gestus, neminem alium præter Demetrium decuit. Qui et statura et mira specie adjuvabatur,' &c. Non desunt Interpretes, qui hos histriones Romanos fuisse dicant, atque ita explicent, ut hi quamvis periti et gnari histriones cum Græcis collati laudem nullam mereantur, nec sint mirabiles. Sed profecto boni illi tum dormitasse videntur. Nam et ratio, et nominum etymum seu notatio et contextus ipse illis repugnant.

Molli Hæmo] Qui voce molli et magno decore fœminæ personam egregie sustinebat. Sat. VI. 'Dicas hæc mollius Hæmo.

100 *Natio comœda est*] Hanc a natura facultatem adepti sunt Græci, ut eximii sint mimi, actores, histriones, Sueton. *Neron*. c. 22. solos Græcos se et suis studiis dignos ait ille.

Rides] Si rides, ridet Græcus; si fles, plorat, &c. ad cujusque mores et indolem sese accommodat, ut per obsequia et blandimenta captet animum, et hæreditates.

102 *Brumæ*] Vide Pers. Sat. VI. vs. 1.

103 *Endromidem*] Vestem villosam, crassam, et arcendo frigori idoneam, e Gallia venientem. Hac in gymnasiis utebantur post exercitationes, ne calefacti frigus et morbos conciperent. Martial. Epig. IV. 19.

104 *Non sumus ergo pares*] Nec enim adulari, simulare, obsequi, mentiri, ut Græci, novimus.

Melior] Is vero felicior est Romæ.

106 *A facie jactare manus*] Vel gesticulando manus porrigere ad exhibendos simulatos affectus; vel manum osculari, et continuo extendere versus amicum, salutandi atque abblan-

Si bene ructavit, si rectum minxit amicus,
Si trulla inverso crepitum dedit aurea fundo.
Præterea sanctum nihil est, et ab inguine tutum:
Non matrona laris, non filia virgo, neque ipse

cilis applaudere, si familiaris ructum opportune, si urinam commode ejecerit; si strepitum edat aureum vas, subverso imo. Insuper autem *nihil est inviolatum ac tutum* a Græcis.* * *Non materfamilias domus, non puella virgo, nec maritus ipse hactenus*

sumere vultum A facie emend. Markland.—107 *recte* 24. 26. *bene minxit* 45. *ructum m.* 59. *lectum minxit* corrig. Janus Parrhas. Epist. 36. ex Horat. Sat. I. 3. 90. At ibi de ebrio agitur.—108 *in verso* 45. *ærea* 16.—109 *Jam Romæ sanctum nihil est, vel ab i. t.* 13. *est* desideratur in 14. 15. *nil aut ab* 17. *nihil aut ab* 23. *nihil est aut i. t.* 24.—110 *nec ipse* 22. 45.—111 *adhuc lævis* 14. *ad-*

NOTÆ

diendi causa: vel etiam palpare eam ob rem illius genas et mentum.

107 *Rectum*] Legunt nonnulli, *lectum:* ex eo Horat. Serm. I. 3. 'Comminxit lectum potus.'

108 *Si trulla inverso, &c.*] Locus omnino ambiguus. Certe *trulla* modo est matula et scaphium; modo vas potorium. Horatius Sat. II. 3. 'Qui Veientanum festis potare diebus Campana solitus trulla, vappamque profestis.' Si de poculo intelligere placet, sensus erit, divitem epoto calice, inversi etiam vasis labra sugere et sua pariter, atque ita sonitum edere. Turnebus X. 27. vel, craterem e manu bibentis elapsum cadendo tinnire. Alex. ab Alex. III. 10. locum hunc explicans, *trullam* hic non significare scaphium et lasanum, contendit: haud dubie putat notari eos qui inter helluationes, postquam exhauserunt calicem, in ejus fundo, ructu aut sibilo crepitum facere more detestabili non verentur. Vel certe intelligendum convivalem quemdam ludum apud Græcos vino et epulis madentes usitatum, quem Cottabisin vocarunt. Hi nempe exhausti calicis residuum vinum elidebant in pavimentum, vel jactabant in phialas æneas; quod si projectum resonaret et sonantius creparet, hinc ominabantur se ab amica redamari, et mutuo affectu teneri. Si de matula accipias; intellige divitem inter mingendum pedere; vel exonerando alvi sordes in *trullam* auream, ejus fundum resonare, et crepitum hinc et illinc sonitumque fieri: et a comite Græculo ob id etiam laudari Patronum. Neque vero mirere auream *trullam* hic a Juvenale poni, quam Martialis Bassæ exprobrat Epig. I. 38. et meminit Epig. XI. 12. Denique posset quoque dici dives epulo in conviviis crepitus emittere, postquam exhausit poculum, ejusque adeo fundum invertit. Nam et Imperator Claudius apud Suetonium *Claud.* cap. 32. dicitur fuisse meditatus Edictum, quo veniam daret et flatum crepitumque ventris in convivio emittendi, cum periclitatum quemdam præ pudore ex continentia reperisset. Ego adstipulor interpretationi Alex. ab Alex. eamque judico convenientissimam.

110 *Matrona Laris*] Uxor, domina domus. *Lares* erant Genii et Dii peculiares, qui in certa parte domus colebantur: et hæc lararium dicebatur.

Sponsus levis adhuc, non filius ante pudicus.
Horum si nihil est, aviam resupinat amici.
Scire volunt secreta domus, atque inde timeri.
Et quoniam cœpit Græcorum mentio, transi
Gymnasia, atque audi facinus majoris abollæ.
Stoicus occidit Baream, delator amicum,
Discipulumque senex, ripa nutritus in illa,

imberbis, non puer antea castus. Quod *si nihil istorum adest; familiaris domum subvertit. Nosse cupiunt arcana familiæ, et ob id formidari. Quia vero cœpimus meminisse Græcorum, præteri* ad *palæstras; et ausculta crimen gravioris togæ. Stoicus interficit Baream, denuntiator familiarem, et discipulum vetulus educatus in*

huc levis 17. *lenis* 21. *levis* 17. 27. 56. *lævis* al. Sed v. ad II. 12.—112 *ast* pro *est* 49. *aulam* pro *aviam* inepte 10. 11. 13-17. 19-27. 45-50. 54-60. 62-69. 71-74. 77. quod magnopere torsit interpretes. Britannicus exponebat: *aulam*, omnia, quæ in domo sunt, *resupinat*, evolvit et evertit, scrutans secreta domus ac domini. Curio *aulam* pro *olla* dictam putabat, quemadmodum *Aulularia* Plauti nomen acceperit ab Euclionis *aula*, h. e. olla argenti plena defossa, ut sensus sit: ollam pecuniæ plenam ac defossam evacuat et vertit.—113 Hic versus Rigaltio collocandus videbatur post duos proxime sequentes. Sed, ni fallor, aptissimus est loco, quem obtinet, et menti poëtæ. *Esse volunt* malebat Schrader.—114-120 ejecti e 13. *Sed* 22. *quando cœpit* 46. 48. 49. 56. 57. 59. 60. 65.—116 *Barream* 15. *Bapream* 20.—118 *penna* 10. 11. 17. 19-29.

NOTÆ

111 *Levis adhuc*] Junior, et hinc glaber, impubes, proindeque tenerior atque mollior.

112 *Horum si nihil est*] Si deest occasio flagitii et stupri; ad aliud facinus se convertet, totamque Patroni sui domum perturbabit.

Resupinat] Evertit, miscet, confundit, inquirendo, scrutando, expiscando arcana et secreta familiæ: quæ cum tenuerit etiam metuendus evadat.

113 *Scire volunt secreta domus*] Sic enim, quod supra Juvenalis dixit, fiunt quasi viscera magnarum domuum, adeo ut hæ sine illis stare aut se tueri videantur non posse.

Timeri] Ne revelent, et noceant.

114 *Transi gymnasia*] Vel dimitte gymnica certamina, de quibus vide Alex. ab Alex. II. 25. et III. 9. vel, transi ad Scholas Græcorum, ipsosque Philosophos ac Sapientes considera, et graviores noxas animadverte in iis qui gravitate morum et doctrinæ conspicui videntur.

115 *Majoris abollæ*] Proverbialem hanc esse locutionem notat vetus Schol. quasi majoris togæ, id est, potioris sceleris, inquit. *Abolla*, diplois, seu vestis duplex, qua utebantur Philosophi, item viri Principes. Vide Sueton. *Caligul.* cap. 35. et Juvenal. Sat. IV. vs. 76.

116 *Stoicus occidit Baream, &c.*] Pub. Egnatius sectam et disciplinam Stoicorum amplexus occidit Baream Soranum; forsan et Heliodorus Licinium Silanum, de quibus Sat. I. ad versum 33. et Cornel. Tacit. tum alibi, tum præcipue Annal. lib. XVI. in fine.

117 *Ripa nutritus in illa, &c.*] Oriundus e Tarso Ciliciæ urbe, quam rigat amnis Cydnus.

Ad quam Gorgonei delapsa est pinna caballi.
Non est Romano cuiquam locus hic, ubi regnat
Protogenes aliquis, vel Diphilus, aut Hermarcus,
Qui gentis vitio nunquam partitur amicum.
Solus habet. Nam cum facilem stillavit in aurem
Exiguum de naturæ patriæque veneno,
Limine submoveor: perierunt tempora longi
Servitii. Nusquam minor est jactura clientis.

eo littore, ad quod decidit ala equi Gorgonei. Haud restat locus ulli Romano isthic, ubi dominatur quipiam Protogenes, aut Diphilus, vel Erimanthus, qui ex *nationis* indole *vitiosa nunquam dat partem amici,* sed eum *unus possidet. Etenim quando in auriculam credulam inspiravit tantulum de toxico indolis et patriæ, arceor janua,* et *perdita sunt spatia diuturnæ servitutis: nec alibi Clientis amissio levior putatur.*

45-50. 54-69. 71-74. 77. Nil interest. Conf. ad IV. 149. et inpr. XIV. 76.—120 Post hunc versum in 13 insertus alius, ex ingenio, nescio cujus, profectus: *Non est Romano Romæ locus, ast alieno. Protegenes* 12. *Prothogenes* 20. *Diphylus* 45. *Dyphilus* 23. a m. sec. *Dyfilus* 24. *Diffilus* 14. 17. 19. 20. *Limphidus* 23. a m. pr. *Lunphidus* 16. *Hermarchus* 70. 81. *Herimarchus* 49. *Erimarchus* 23. *Erimachus* 10. 21. *Erimacus* 17. *Erymanthus* 24. 74. *Erimanthus* 10. 15. 26. 27. 46. 47. 48. 55. 59-63. 66-69. 71. 72. 73. 77. *Erimantus* 19. 20. 22. 25. 50. 54. 56. 57. 58. 64. 65. *Herimanthus* 45. *Helimachus* 14. *Climanthus* 16.—121 *partitus* 21. a m. pr.—122 *nam tum* 26. *stillabat* 14.—

NOTÆ

118 *Ad quam Gorgonei, &c.*] Tarsum condidisse a quibusdam fertur Perseus; urbique nomen imposuit ex facto, quia ibi una ex talaribus pinnis ei excidit. Vetus Schol. a Græc. Ταρσός.

Gorgonei caballi] Perseus nimirum Pegaso equo alato vectus Medusam unam e Gorgonibus obtruncavit. Vel quia Pegasus e sanguine capitis Medusæ natus dicitur, atque illic, ut ait Lubinus, plantam seu ungulam fregerit: ταρσὸς nempe et alam avium, et plantam significat.

119 *Ubi regnat*] Optimatum animis dominatur.

120 *Protogenes, Diphilus, Hermarcus*] Adulatores Græci. Quæ nomina a Juvenale conficta crediderim potius, quam vera esse, Pictoris, Harioli, &c. ut quidam autumant.

121 *Gentis vitio*] E prava et ambitiosa gentis Græcorum natura et indole.

Nunquam partitur amicum] Cum nemine gratiam primatum communicare vult.

122 *Solus habet*] Unus vult esse gratiosus, ut omnia dona unus auferat.

Stillavit in aurem] Per adulationes et delationes.

124 *Limine submoveor*] Ego vetus cliens post officia plurima excludor tamen per Græculum quempiam novum hominem: nec apud antiqui Patroni domum aditus patet mihi amplius.

125 *Nusquam minor est jactura clientis*] Romani vero parum id curant, pereatne illis antiquus et fidus Cliens: adeo illos obsident adulatores

Quod porro officium, ne nobis blandiar, aut quod
Pauperis hic meritum, si curet nocte togatus
Currere, cum prætor lictorem impellat, et ire
Præcipitem jubeat dudum vigilantibus orbis,
Ne prior Albinam, et Modiam collega salutet?
Divitis hic servi claudit latus ingenuorum
Filius: alter enim, quantum in legione Tribuni

Ecquod vero obsequium, (ut nobis non aduler,) vel quæ egeni dignitas illic, si satagat toga *indutus noctu cursitare, quandoquidem Prætor urget apparitorem ac properare cogit, orphanis pridem vigilibus, ne ante* ipsum *collega det salutem Albinæ vel Modiæ? Iste opulento servo natus stipat latus liberorum. Nam alius quantum* stipendii

125 *nunquam* 14. 77.—126-136 extrusi e 13. *nec nobis* 20. 22.—127 *curret* 21. a m. pr. 22. 23. 46. *currit* 27. 47. 48. 50. 54. 55. 57. 58. 64. *currat* 60. 65.—128 *tum* 48.—129 *dudum jubeat* 19. 20.—130 *Alpinam* 20. *aut Modiam* 17. 19. 20. 46. 48. 49. 57. 61. 62. 63. 66-69. 71-74.—131 *claudit* 15. 16. 21. 22. 25. 26. 46. 50. 57. 60. 65. 66. 67. 77. *claudet* 49. 58. *claudat* 45. Cf. sup. ad vs. 19.

NOTÆ

Græculi.

126 *Quod porro officium, &c.*] Quid prodest Clientibus fuisse ad officia promtissimos? Vel, quid conferunt diviti pauperes et clientes suis officiis?

Ne nobis blandiar] Ne videar nimis favere meæ et pauperum causæ.

127 *Hic*] Romæ.

Si curet nocte, &c.] Si adsit Patrono sedulus, eumque comitetur assidue. Sat. I. vs. 127. et 132.

Nocte togatus] Vide Sat. I. vs. 96. Martial. Epig. III. 46. 'Exigis a nobis operam sine fine togatam.' Et Epig. X. 82. 'Mane, vel a media nocte togatus ero.'

128 Cum *Prætor lictorem*] Sex Prætori apparebant ministri, Consuli vero duodecim: atque honoris causa comitabantur. De *Lictoribus* accurata quædam lege apud Lips. Elect. I. 23.

Impellat, &c.] Præ festinatione, et aviditate sportularum. Vide Sat. I. vs. 100.

129 *Dudum vigilantibus orbis*] Diu, et sæpe frustra, sportulas victui suo necessarias expectantibus egenis, ut fuse dictum est Sat. I. vel, ad fores Prætoris vigilantibus pupillis, ut ipsis det tutorem, quos Prætor despiciens, ad sportulas festinat. Vetus Schol.

130 *Ne prior, &c.*] Ne alter Magistratus et Nobilis præveniat, prior salutet, et potior habeatur, seu in testamentis, seu in sportulis. Vide Sat. I. vs. 117.

Albinam et Modiam] Divites matronas.

131 *Divitis hic servi, &c.*] Hic vel servi divitis, vel ingenuorum filius; eodem prope sensu.

Claudit latus] Ut comes et assecla, quia opibus inferior ingenuus: vel ut par ingenuo libertus ob æqualem censum. Horatius Sat. II. 5. vs. 18. 'Utne tegam spurco Damæ latus?'

132 *Alter*] Alius dives libertus.

Legione Tribuni] *Legio* non parem semper habuit militum numerum. Sub Romulo, tria millia peditum, equites vero trecentos continebat, atque ita dicta est quod e lectis militi-

Accipiunt, donat Calvinæ, vel Catienæ,
Ut semel, atque iterum super illam palpitet: at tu,
Cum tibi vestiti facies scorti placet, hæres,
Et dubitas alta Chionen deducere sella.

in legione Tribuni recipiunt, tantum *dat Calvinæ, aut Catienæ:* ** *tu vero, quando rapit te vultus indutæ meretricis, dubius manes, ac metuis detrahere Chionem* e *sub-*

—133 *Cationæ* 17. a m. pr. *Calcyenæ* 24.—134 *illa* 15. *illum* 21. a m. pr.—*ac tu* 19.—135 *bene* pro *tibi* 22.—136 *Chionen* recepi pro *Chionem* ex 56. 60.

NOTÆ

bus fiebat. Post, duplicatus est numerus: deinde major aut minor fuit, &c. Porro Lege Militari sancitum, ut miles Centurioni, Centurio Tribuno, Tribunus Præfecto Castrorum, Præfectus Legato, Legatus Consuli, Consul etiam et Magister Equitum Dictatori subessent. Vide plura, apud Alex. ab Alex. I. 5. J. Lips. l. II. de *Militia Rom.* Dialog. 5. et 9. et alios.

Quantum in legione Tribuni accipiunt] Romani suis sumtibus militavere per annos amplius trecentos. Post, ex ærario stipendium attributum; quantum vero subinde fuerit, magna lis inter doctos. Tria fuere stipendii loco, pecunia, frumentum, vestis. Cœpit dari pecunia anno U. C. 347. Id Livius testatur in fine l. IV. Hoc stipendium aliquando minus, aliquando majus extitit: initio certe exiguum; oboli duo, id est, tres asses pediti (ut probat Lips. citand.) Centurioni duplex, triplex equiti. Auctor est Polybius l. VI. postea deni asses dati: teste Cornelio Tacito, Annal. I. paulo post initium; ubi refert legiones tres, excessu Augusti et initiis Tiberii auditis, in seditionem versas ita conquestas esse: denis in diem assibus animam et corpus æstimari: hinc vestem, arma, tentoria redimi, &c. Apud Sueton. *Domit.* c. 7. legitur vulgo: 'addidit et quartum stipendium militi, aureos ternos:' ubi sane reponendum, *aureis ternis;* ita Casaub. et Lips. id est, tribus aureis quos mensibus singulis accipiebat miles, quartum addidit. Itaque sub Augusto menstruum militis, aureus Romanus, idque unum stipendium: alterum adjecerit seu Caligula, seu Claudius; tertium fortasse additum per bella civilia Othonis et Vitellii: illis vero tribus quartum Domitianus attribuerit. Hæc erudite Just. Lips. Elect. I. 2. ubi et discrimen docet faciendum inter denos asses, ac denarium: hunc enim conjicit assium fuisse duodecim aut circiter: illud vero probat ex Tacito cit. apud quem miles, ut dictum, denis assibus haud contentus efflagitat denarium pro stipendio diurno. Vide etiam Alex. ab Alex. VI. 22.

133 *Calvinæ vel Catienæ*] Meretricibus.

134 *At tu*] O pauper, mei similis.

135 *Vestiti*] Ignobilis proinde et parum formosi. Nam pulchræ nuditatem, id est, pellucidas vestes affectabant. Innuit Horat. Sat. I. 2. et Martial. Epig. III. 3.

Hæres] Moraris, dubitas; non continuo pergis ad scortum, quod placuit: et in id times pecuniam effundere. Vel, *hæres*, id est, *adhærescis*, plebeio et vili scorto, minori quidem sumtu: nec emendam carius putas Chionem superbam ac formosiorem.

136 *Chionen*] Nobile scortum fuit,

Da testem Romæ tam sanctum, quam fuit hospes
Numinis Idæi: procedat vel Numa, vel qui
Servavit trepidam flagranti ex æde Minervam:
Protenus ad censum, de moribus ultima fiet

limi sella. Profer auctorem Romæ ita integrum, ut extitit hospes Deæ Idææ: prodeat ipse Numa, aut ille *qui e templo ardente eripuit Palladem trepidantem: statim ad censum* proceditur: *interrogatio postrema erit de moribus. Quot famulos alit;*

61. 65. 70. 74. *Chyonem* 24. *Clionem* 21. *Cionem* 22. *cella* pro *sella* conj. Farnab. et Pignor. de Serv. p. 137. 281. coll. inf. vi. 122. idque expressit Bahrdt. Sed cellæ meretricum non *altæ* esse, neque hæ inde *deduci* solebant. *arcta sella* vel *cella*, quippe quæ magis deceat scorta sordida ac famelica, emend. Chimentellus de honore Bisellii c. 24. p. 122.—139 *tepidam* 45. et ita corrig. Jac. Nic. Loensis Miscell. Epiphyl. ix. 2. languidum verbum substituens acuto ac satirico.—140 *Protenus* scripsi pro *Protinus*. v. ad xii. 102. et Heyne ad Virg. Ecl. i. 13. Georg. iv. 1. et Æn. iii. 416. v. 485. ix. 337.

NOTÆ

de quo Martial. Epig. iii. 34. ludit in voce χιὼν, *nix* latine: aitque, ‘Digna tuo cur sis, indignaque nomine, dicam. Frigida es, et nigra es: non es, et es Chione.’

Alta deducere sella] Qua sedet sublimis domi suæ. Vel potius intellige *sellam* seu lecticam, qua vehitur Chione; eritque sensus: dubitas conciliare tibi superbæ Chionis amores, in quam impensæ majores desiderantur: adeoque descendenti e sella manum publice præbere atque obsequium vereris et detrectas.

Sella] De *Sella* et lectica diximus fuse Sat. i. ad vs. 121. et 124.

137 *Da testem, &c.*] De contemtu pauperum queritur, quibus vel sanctissimis nulla fides Romæ haberetur.

Hospes Numinis Idæi] Scipio Nasica, vir optimus a Senatu judicatus, dignusque in cujus ædibus deponeretur simulachrum Cybeles Romam advectum a Pessinunte Phrygiæ oppido, donec ei Deæ Templum extructum foret. Nimirum ut refert Tit. Liv. xxix. 10. cum in Libris Sibyllinis inventum esset Carmen, quo dicebatur hostis alienigena pelli Italia vincique posse, quando mater Idæa Romam advecta foret: et Delphicus Apollo consentiens oraculum edidisset, compotes fore votorum Romanos cum Deam devexissent, curassentque ut eam qui vir optimus Romæ esset, hospitio exciperet.

138 *Idæi*] Mons *Ida* duplex, alter in Creta Insula; alter in Phrygia, a quo Idæa vocata est mater Deum Cybele. De ea Ovid. Fast. iv.

Numa] Qui Romanos inter Reges religione inclytus, et religionum auctor, de quo ante vs. 12. et Tit. Liv. i. i.

Vel qui servavit trepidam, &c.] Lucius Metellus Pontifex, bis Consul, Dictator, &c. qui ex incendio Templi Vestæ Palladium servavit proprio oculorum damno, flammis excæcatus, per quas ierat medias. Unde tribuit ei Populus Romanus, quod nulli antea concessum, ut quoties in Senatum iret, curru veheretur ad Curiam, magnum et sublime, sed pro oculis datum; ut ait eleganter Plinius vii. 43.

139 *Trepidam flagranti ex æde Minervam*] Vel propter deflagrationis periculum: vel, ut ait Mancinellus, quod Palladium oculos movebat, et hastam quam manu tenebat.

140 *Protenus ad censum*] Omnium

Quæstio. Quot pascit servos? quot possidet agri
Jugera? quam multa magnaque paropside cœnat?
Quantum quisque sua nummorum servat in arca,
Tantum habet et fidei. Jures licet et Samothracum,
Et nostrorum aras; contemnere fulmina pauper
Creditur, atque Deos, Dis ignoscentibus ipsis.
Quid, quod materiam præbet causasque jocorum
Omnibus hic idem, si fœda et scissa lacerna,
Si toga sordidula est, et rupta calceus alter

quot habet agri jugera; quam multiplici et amplo catino epulatur? Quantum pecuniæ condit unusquisque in sua capsa, tantum etiam auctoritatis obtinet. Quamvis jusjurandum adhibeas per *nostra et Samothracum altaria, existimatur egens spernere tonitrua, et Numina, Numinibus ipsis veniam dantibus. Quid quod ille ipse risus argumentum et ansam cunctis suppeditat, si pallium turpe et lacerum, si toga squalida est, atque unus calceorum dehiscit scisso corio: aut si fractura multiplex*

—141 *quot servos pascit* 11. 13.—142 *magna multaque* 24. *parapside* 2. 3. 5. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 17. a m. pr. 21. 22. 23. 25. 33. 34. 47. 54. 55. 58. probb. Lubino, Turnebo, ac Schradero. *Parapsis quadrangulum et quadrilaterum vas, id est, paribus absidis,* Isidor. in Orig. Conf. Hesych. et Du Fresne Glossar. Lat. barb. T. II. p. 151 *parascide* 19. 20. *parasside* 24 *paruside* 27. *paraxide* 26. 45.—144 *juret* 15. 24.—145 *flumina* 13. 21. a m. pr. 22. a m. pr.—147 *materiem* 21. *causamque* 21. 22.—148 *pauper* pro *idem* 13.—149 *si rupta* 26. *calceus ater*

NOTÆ

primum quæretur, quantus sit ei testi census; quam dives ille, non quam bonus expendetur.

142 *Jugera*] *Jugerum*, terræ mensura, quanta uno boum jugo, uno die, arari potest.

Quam multa magnaque paropside cœnat] Quam sit apparatus mensæ lautus et magnificus.

143 *Quantum quisque sua nummorum, &c.*] Dixerat Lucilius: 'Tantum habeas, tantum ipse sies, tantique habearis.' Et Horat. 'Tanti, quantum habeas, sis.'

144 *Samothracum*] Samothracia maris Ægei Insula, Thraciæ adjacens, hodie *Samandrachi*. Inde in Phrygiam Dardanus Penates Deos, e Phrygia in Italiam Æneas asportavit. Qui vero illi Dii? Jupiter, Juno, &c. *μεγάλοι Θεοὶ, magni Dii*, Æn. III. Hæc Macrob. III. 4. addunt alii Minervam, et Mercurium.

145 *Et nostrorum*] Martis, Quirini, Deorum Romanis peculiarium.

Contemnere fulmina pauper creditur] Adigente paupertate, ac durissimo (quod ait Tacitus) necessitatis telo, pejerare creditur, ut victum habeat; et præsenti malo futuri metum vincente. Ea est divitum de inopibus aut tenuibus opinio.

146 *Dis ignoscentibus*] Quod necessitate, non impietate perpetratum facile condonantibus.

147 *Quid quod, &c.*] Adde quod pauper ridiculus videtur.

148 *Lacerna*] Penula, vestimentum quod supra togam induitur arcendæ causa pluviæ. Vide Sat. I. vs. 62.

149 *Sordidula*] Tantillum sordida, minus candida. Vide Lips. Elect. I.

Pelle patet; vel si consuto vulnere crassum,
Atque recens linum ostendit non una cicatrix?
Nil habet infelix paupertas durius in se,
Quam quod ridiculos homines facit. Exeat, inquit,
Si pudor est, et de pulvino surgat equestri,
Cujus res legi non sufficit, et sedeant hic
Lenonum pueri quocumque in fornice nati.
Hic plaudat nitidi præconis filius inter
Pinnirapi cultos juvenes, juvenesque lanistæ.

assuta plaga exhibet filum crassius et novum? Egestas misera nihil habet in se molestius, quam quod viros ludibrio aptos reddit. Hinc *abeat, ait, si verecundia est, atque ex equitum pulvillo excedat* is *cujus bona legi non satisfaciunt; illic autem assideant filii lenonum in quovis prostibulo orti. Isthic applaudat puer exculti præconis* inter *adolescentes splendidos pinnirapi et adolescentes gladiatoris. Ita placet*

vel *alte* conj. Schrader.—150 *paret* 16. *patet: si consuto de vulnere* 21.—151 *Aut* 46. 48.—153 *faciat* 13. 16. *faciat atque loquaces* 13.—154-159 ejecti e 13. —157 *Sic* 19. 20. *plaudet* 15. *pediconis* 57. *intra* 19. 20.—158 *Pinnarapi* 24.

NOTÆ

13. ubi erudite disserit de colore vestium Romanarum.

150 *Si consuto vulnere, &c.*] Si ruptio in calceis, aut in sarto nuper recentis suturæ vestigia apparuerint.

152 *Nil habet infelix paupertas, &c.*] Epiphonema, quo egestatis miserias exaggerat. 'Quid turpius quam illudi,' inquit, *in Lælio*, Tullius.

153 *Exeat, inquit, &c.*] Inquit et jubet designator ordinibus in Theatro disponendis præpositus. Mart. Epig. v. 8. 'Jussit surgere Lectius lacernas.' Et Epig. 26. 'Quadringenta tibi non sunt, Chærestrate; surge. Lectius ecce venit: sta, fuge, curre, late.'

154 *Si pudor est*] Si quæ est reverentia legis et Principis, qui jubent neminem hic sedere nisi Equitem.

De pulvino surgat equestri] E quatuordecim Theatri gradibus *pulvino* instratis.

155 *Cujus res legi non sufficit*] Is cujus facultates sunt minores equestri censu, id est, quadringentis sestertiis, de quibus vide Sat. I. vs. 106.

Legi] Rosciæ, qua L. Roscius Otho Tribunus plebis pauperes a ditioribus distinxit in Theatro, vetuitque ne quis in Theatri gradibus sederet nisi Eques, aut equestri censu pollens. Ascon. Pæd. Domitianus autem notatur hic, qui legem illam pæne abolitam revocarat: theatralemque licentiam promiscue spectandi sustulerat. Sueton. *Domit.* c. 8.

156 *Lenonum pueri*] Homines libertini generis, quorum patres locupletati per lenocinia et malas artes.

157 *Plaudat*] Spectet in Theatro, ubi plauditur favoris causa.

158 *Pinnirapi*] *Pinnirapus* dicitur Retiarius, qui Gladiatoris seu Mirmillonis galeam pinna insignitam arripere ac reti involvere nitebatur. Pulman. et Turneb. III. 8. *Pinnis* pavonum ornari solebant Gladiatores, si quando ad pompam descenderent. Vetus Schol. Vide quæ ad Sat. II. vs. 143. et seq.

Juvenes] Filios, *Lanistæ*. Is erat

Sic libitum vano, qui nos distinxit, Othoni.
Quis gener hic placuit censu minor, atque puellæ
Sarcinulis impar? quis pauper scribitur hæres?
Quando in consilio est Ædilibus? Agmine facto
Debuerant olim tenues migrasse Quirites.
Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat
Res angusta domi; sed Romæ durior illis

inani Othoni qui nos secrevit. Ecquis istic gener arrisit opibus inferior, et inæqualis puellæ fasciculis? Quis egens hæres constituitur? Quandonam adest in deliberationibus ædilium? Sane *oportebat Romanos pauperes quondam secessisse turmatim. Arduum est* quidem *assurgere* eos, *quorum parva bona domestica impediunt virtutem: at Romæ nisus illis* est *difficilior. Miserum domicilium caro* con-

juvenemque 12. 17. 20. 23. 45.—159 *Sic placitum* 24.—160 *plaudit* 22. *census* 19.—162 *concilio* 22.—163 *tenues olim* 11.—165 *ipsis* 19. 20.—166 *mirabile* 14.

NOTÆ

princeps et magister Gladiatorum, quibus veluti laniandis præerat, et quos erudiebat.

159 *Othoni*] Is Auctor Lösciæ legis, de qua mox. Horat. Epod. IV. 'Sedilibusque magnus in primis Eques, Othone contemto, sedet.'

160 *Quis gener hic placuit*, &c.] Qui parentes filiæ maritum inopem elegerunt unquam Romæ? Interrogatus e contra Themistocles collocaretne filiam bono pauperi, an minus probato sed diviti, respondit: Malo virum qui pecunia egeat, quam pecuniam quæ indigeat viro. Plutarchus in ejus vita.

161 *Sarcinulis*] Pecuniis, bonis, ornamentis muliebribus velut in fasciculum et sarcinam collectis. *Doti*, inquit vetus Schol.

162 *Quando in consilio est Ædilibus*] An *Ædiles* suum in consilium advocant aliquando pauperes, bonos quantumvis et sapientes viros? Ovid. 'Curia pauperibus clausa est: dat census honores.'

Ædilibus] *Ædiles* alii erant majores et Curules, alii Plebeii et minores. Duo sæpius, sex aliquando fuere. Curatores erant urbis, annonæ, ludorum, sacrarum etiam rerum, &c. Nero ipse *Ædilis* fuit. Vide Plutarchum in *Mario* non longe a principio. Alex. ab Alex. IV. 4. et alios.

163 *Debuerant olim tenues migrasse Quirites*] Sensus est: bene *profecto* plebs olim Romana a potentioribus oppressa in Montem Sacrum secessit: et melius fortasse consuluisset rebus suis, si nunquam rediisset in gratiam cum Magnatibus a quibus ita *contemnitur* etiamnum et male habetur, quicquid Menenii Agrippæ auctoritas atque callida oratio suggereret. Vide Tit. Liv. l. II. Dion. Halicarnass. l. VI.

164 *Haud facile emergunt*, &c.] Aristot. Ethic. I. favet huic sententiæ, ubi ait eum præclara et magna vix posse exequi et præstare, cui facultates desunt: quoniam per amicos et civilem potentiam veluti per instrumenta necesse est pleraque effici.

165 *Sed Romæ durior*, &c.] Magna quidem ubique est pauperibus emergendi difficultas; at Romæ præsertim, ubi omnia caro constant.

Conatus: magno hospitium miserabile, magno
Servorum ventres, et frugi cœnula magno.
Fictilibus cœnare pudet, quod turpe negavit
Translatus subito ad Marsos mensamque Sabellam;
Contentusque illic veneto, duroque cucullo.
Pars magna Italiæ est, si verum admittimus, in qua
Nemo togam sumit, nisi mortuus. Ipsa dierum

stat; *caro abdomen servorum; caro frugalis cœna. Pudor est cibum capere in vasis testeis, quod tamen pudendum inficiatur raptus repente apud Marsos, et Sabinam mensam; atque illic satis habuit cucullionem cæruleum et crassum. Si verum fatemur, magna Italiæ portio est, ubi nullus togam induit præterquam fato functus.*

miserabile constat 13.—167 Versus ab alia manu scriptus in 10. et totus abest a 16. et 25.—168-170 ejecti e 13. *Camillus* pro *negavit* 21. a m. pr. *negabit* corrigendum videbatur Grangæo, Ferrar. Elect. II. 9. et Schradero, ut hæc verba generaliter intelligerentur. Sed eam ob causam non sollicitanda vulgata lectio.—170 *Contentus* 15. *Contectusque* emend. Schrader. *cuculo* 64.—171 *est* non exstat in 15. 23. *amittimus* 22. a m. pr.—172 sum-

NOTÆ

166 *Magno hospitium, &c.*] Non nisi magno pretio conducitur tenuis domus; magno pariter aluntur servi, et mensa instruitur cibis.

169 *Translatus subito ad Marsos, &c.*] Quod ait, *subito*, videtur innuere M. Curium Dentatum: de quo vide Sat. II. vs. 3. placet aliis Publ. Corn. Scipionem hic intelligi. Aliis ego satis assentior qui accipiunt generaliter quemlibet Romanorum urbe recedentem ad eos populos, qui frugali utuntur mensa, quales Sabini, Samnites, &c.

Marsos] Hi fuerunt Italiæ populi, sub Samnitibus, ubi nunc pars Aprutii ulterioris, juxta lacum Fucinum, in regno Neapolitano, et in finibus ditionis Pontificiæ. Hactenus regiuncula nomen retinet, vulgo, *Ducato de Marsi*. Illos a *Marso* Circes filio denominatos pridem et in veneficiis edoctos refert Solinus. Quam vero bellicosi Samnites, et quam diu Romanorum arma exercuerint, testis Livius l. VII. et seq.

Sabellam] De Sabina terra jam dictum antea vs. 85. De Sabinorum cum Romanis bello, et postea fœdere T. Liv. l. I. et Macrob. I. 9. ab his orti Sabelli, et pro illis aliquando sumuntur: inter Samnites vero censentur Plin. III. 12.

170 *Veneto duroque cucullo*] Villosa veste, e crassiore lana, ad arcendum frigus, pluvias, aliaque aëris incommoda, qua utebantur nautæ inprimis et milites.

Veneto] Coloris cærulei, quo viliores panni tingebantur. Eo primum usi *Veneti* piscatores dicuntur. *Venetus* color, inquiunt, marinis est fluctibus similis. Martial. Epigr. XIV. 131. 'Si Veneto prasinoque faves, qui coccina sumis.'

Cucullo] *Cuculus* et *cucullio*, velamentum capitis est.

171 *Pars magna Italiæ*] Non tamen in universa Italia regnat luxus vestium, ut Romæ.

172 *Nemo togam sumit nisi mortuus*] Ruri, aut in municipiis agentes tuni-

Festorum herboso colitur si quando theatro
Majestas, tandemque redit ad pulpita notum
Exodium, cum personæ pallentis hiatum

Si interdum ipsa dierum festorum solemnitas celebratur herbido theatro, et tritum exodium denique revertitur ad suggesta; quando infans agrestis in materno sin

sit 13. *subiit* 22. a m. pr.—173 *aliquando* 15.—174 *tantumque* 72.—*175 Exor-*

NOTÆ

cam vulgo induunt, raro togam. Plin. Epist. VII. 3. 'quo usque toga feriata? Liber totos dies?' Martial. Epigram. X. 47. inter vitæ beatioris causas et instrumenta togam raram numerat. Et Epigramm. 51. ejusdem libri exclamat: 'O tunicata quies!' Id est, quam beati, qui procul ambitu et servitiis togatorum vivunt, quieti rure, et tunicati! Tunica enim vestis brevior, operi magis idonea.

Nisi mortuus] *Mortuos* enim Itali togatos efferebant ad sepulchrum: sicut Græci palliatos. Vide Pers. Sat. III. 103. ubi ait, 'Tandemque beatulus alto Compositus lecto, crassisque lutatus amomis In portam rigidos calces extendit.' Et Lips. Elect. I. 6.

Ipsa dierum festorum] Ipsis diebus festis et in celebritatibus ludorum, æquales togæ assumuntur ab omnibus, adeo ut nec Principes et Nobiles splendorem vestium affectent supra cæteros.

173 *Herboso theatro*] In pratis, in nudo cespite et gramine, ubi primum agi Dramata cœpere, et simplicitas illa diu servata retentaque in oppidis et municipiis; vel sub arborum umbra, aut certe in Theatro frondibus et ramis intecto. Unde Scenæ profluxit nomen. Nam σκηνὴ *umbraculum*, et tentorium significat. Exigua certe et imperfecta fuere Theatrorum initia. Horat. Epist. ad Pisones, seu de Arte Poët. vs. 178. 'Post hunc, personæ pallæque repertor honestæ Æschylus, et modicis instravit pulpita tignis.' Propertius Eleg. IV. 1. vs. 15. 'Nec sinuosa cavo pendebant vela Theatro, Pulpita solemnes non oluere crocos.' Et in Gallia quidem haud dudum, quam nuda et ornamentis destituta agerentur Dramata, adeo ut nec aulæis, nec telis tabulisve pictis essent decorata, refert *Scaliger* Poët. I. 21. Vide et Alex. ab Alex. V. 16.

174 *Redit*] Pro, *rediit*, *tandem*, id est, post annum, vel post Tragœdiæ seria et molesta rudibus animis tædia. Vide infra, mox.

Ad pulpita] In Scenam, in Theatrum, in ea Tabulata, in quibus agunt Ludiones, ac Mimi, pariter et Tragœdi.

Notum] Quia sæpe recantatum, non novum, ut Romæ.

175 *Exodium*] Diverbium post Tragœdorum e Scena *exodon* seu *exitum*: Mimi nempe ridiculis verbis et gestibus spectatores oblectant. Vetus Schol. Turnebus autem l. X. cap. ult. sic habet: 'Exodia in Atellanis Fabulis, diverbia vocabantur, eo quod Tragœdis Scena egressis ad recreandum spectatorem e pristina molestia subjiciebantur,' &c. Horatius ad Pisones vs. 220. 'Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum Mox etiam agrestes Satyros nudavit, et asper Incolumi gravitate jocum tentavit, eo quod Illecebris erat, et grata novi-

n gremio matris formidat rusticus infans.
Æquales habitus illic, similesque videbis
Orchestram, et populum: clari velamen honoris,
Sufficiunt tunicæ summis Ædilibus albæ.
Hic ultra vires habitus nitor: hic aliquid plus,
Quam satis est, interdum aliena sumitur arca.
Commune id vitium est. Hic vivimus ambitiosa

expavescit rictum personæ pallidæ; paria ibi vestimenta conspicies, et æqualem Orchestram ac plebem: integumentum illustris dignitatis, togæ candidæ satis sunt majoribus Ædilibus. Isthic vestis splendor est *supra facultates. Isthic quiddam plus quam sufficit aliquando promitur e marsupio aliorum. Labes illa vulgaris est. Isthic*

dium 23. 64.—176 *gremium* 19. 20.—177 *Æqualis* 12. *similemque* 11. 15. 23-25. 45-50. 54-69. 71-74. 77.—181 *aliena interdum* 10.—184 *Quosum* 13. a m.

NOTÆ

tate morandus Spectator, functusque sacris, et potus, et exlex.' Et paulo ante: 'Indoctus quid enim saperet liberque laborum, Rusticus urbano confusus, turpis honesto?' Vide Sat. VI. vs. 71.

Personæ pallentis] Vel quia persona seu larva colore est pallente; vel quia histrionis facies erat illita seu gypso, seu albo colore; alias autem fæcibus, ut notat Horatius ad Pisones vs. 277. 'Quæ canerent agerentque peruncti fæcibus ora.'

Hiatum] Os mimorum horrendum hians: vel quod soleant pueri personas et personatos expavescere.

176 *In gremio matris formidat rusticus infans*] Nutrices cum puerulis solitas spectaculis adesse innuit Plautus Pœnul. in Prologo. 'Nutrices pueros infantes, minutulos Domi ut procurent, neve spectatum afferant, Ne et ipsæ sitiant, et pueri peritent fame; Neve esurientes hic quasi hœdi obvagiant.'

177 *Illic*] In Theatro, universis spectatoribus habitus par, nec uni splendidior quam alteri.

178 *Orchestram*] Locus in Theatro proprius choris et saltatoribus, ab ὀρχέομαι, *salto*. Ponitur hic pro locis *Orchestræ* proximis, in quibus sedebant ad spectandum Senatores. Vide Alex. ab Alex. mox cit. v. 16.

Clari velamen honoris] Dignitatis Ædilitiæ insigne et ornamentum.

179 *Sufficiunt tunicæ summis Ædilibus albæ*] *Ædiles* ipsi Curules et majores tunicis albis contenti sunt, neque purpureas sumunt togas, cum ludis præsunt, aliave sui muneris officia exercent. Vel, soli Ædiles spectacula edentes albas et recentes habent tunicas; alii vero minus nitidas, jamque squalescentes, et quotidianas induunt: contra quam fit Romæ, ubi omnes spectant in veste candida, recente, splendida, juxta illud Martial. Epigramm. IV. 2. 'Cum plebs, et minor ordo, maximusque Sancto cum duce candidus sederet.'

180 *Hic ultra vires, &c.*] At Romæ duntaxat plerique vestem sumunt nitidiorem, quam ferant eorum opes ac dignitas.

Aliquid plus quam satis est] Non contenti necessariis quæ possunt e suo habere, e mutuato et conducto, luxui indulgent.

182 *Ambitiosa paupertate*] Ambitio-

Paupertate omnes. Quid te moror? Omnia Romæ
Cum pretio. Quid das, ut Cossum aliquando salutes?
Ut te respiciat clauso Veiento labello?
Ille metit barbam, crinem hic deponit amati.
Plena domus libis venalibus, Accipe, et istud

vitam agimus in *egestate ambitiosa. Ecquid te detineo? Romæ cuncta cum pecunia* fiunt. *Quid donas, ut Cosso interdum salutem dicas; ut ad te oculos torqueat Veiento, labris non apertis? Hic tondet lanuginem, iste dilecti capillos demittit. Ædes* sunt *refertæ placentis vendendis. Sume, et hoc tibi fermentum accipe.* Nos

pr. *Quorsum* 13. a m. sec.—185 *recipiat* 26. *conspiciat* 19. *cluso* 17. *Vegento* 13. *Veiente* 19.—186 *amanti* 11. Male! Sed vix dubito, quin *amatus* pro *amati* reponendum, et verba hoc sensu capienda sint: si vel *ille* servus s. puer *amatus*, domino dilectus, *barbam*, vel *hic crinem* ponit, *plena domus libis*, multa a clientibus munera mittuntur servis, ut scil. eorum, et per illos dominorum gratiam sibi concilient. Sic apud Martial. IX. 17. *Consilium formæ speculum dulcesque capillos Pergameo posuit dona sacrata deo Ille puer tota domino gratissimus aula.* Vulgata lectio expeditu difficillima.—187 *libris* 9. (sed addita glossa *panibus*) 14. 17. a m. pr. 78. 81. *libis venalibus* (h. e. quæ a servis

NOTÆ

nis et superbiæ plena: opulentiores enim videri volunt, quam sint.

183 *Omnia Romæ cum pretio*] Magno constant et comparantur omnia, ut jam supra dictum.

184 *Quid das*] Quæ munera tribuis servis Nobilium, ut te perducant ad dominos. Horat. Sat. I. 9. 'Difficiles aditus primos habet: haud mihi deero. Muneribus servos corrumpam; non hodie si Exclusus fuero, desistam,' &c.

Ut Cossum aliquando salutes] Ut faciles tibi sint aditus ad Cossum, ejusque similes opulentos ac Nobiles, quos identidem salutes.

185 *Ut te respiciat clauso Veiento labello*] Ut si non alloquio, respectu saltem uno dignetur te potens quispiam.

Veiento] Fabritius *Veiento* homo superbus ob famosos libellos a Nerone Italia pulsus. Cornel. Tacit. Annal. l. XIV. Ejus etiam meminit Plin. Epist. IV. 22. De eo rursum Sat. VI.

Clauso labello] Nedum enim homines comiter alloqueretur ille, vix intueri dignabatur salutantes, aliosque omnes despiciebat.

186 *Ille metit barbam, crinem hic, &c.*] Ut domini gratiam demereatur, assentatur et famulatur ejus servulo, quem ei dilectum novit. Hinc adest illi obsequens festa illa die, qua primam lanuginem et crines resecat Diis ex more consecranda, seu Phœbo, seu Æsculapio, &c. Vide Martial. Epigramm. I. 32. 'Hos tibi, Phœbe, vovet totos a vertice crines Encolpus domini Centurionis amor,' &c. Et l. IX. Epigramm. 17. 'Consilium formæ speculum, dulcesque capillos Pergameo posuit dona sacrata Deo, Ille puer tanto domino gratissimus aula, Nomine qui signet tempora verna suo.'

Crinem hic deponit amati] Hic pueri amati comam in Templo deponit, ut per hæc obsequia atque officia servulo præstita, domino potenti gratiosus esse queat.

187 *Plena domus libis venalibus*] Porro festa die supra dicta mittuntur

Fermentum tibi habe: præstare tributa clientes
Cogimur, et cultis augere peculia servis.
Quis timet, aut timuit gelida Præneste ruinam,
Aut positis nemorosa inter juga Volsiniis, aut
Simplicibus Gabiis, aut proni Tiburis arce?
Nos urbem colimus tenui tibicine fultam

clientes vectigalia pendere astringimur, et amplificare bona famulis nitidis. Quis formidat vel formidavit casum domus in *Præneste frigida, vel Volsiniis constitutis inter colles nemoribus consitos, vel simplicibus Gabiis, vel* in *propugnaculo Tiburis declivis. Nos habitamus civitatem exiguo fulcro innixam, maxima sui parte.*

venduntur, peculium inde sibi comparaturis) 9-17. 19-27. 45-50. 54-74. 77. *libis genialibus* (ut IV. 66. et X. 334.) 75. 76. 82. Non male! Sed illud servis aptius videtur, et communis fere omnium librorum lectio est, quam librariis deberi vix crediderim. *illud* 10-17. 19-25. 27. 45. 46. 47. 49. 50. 54-58. 60. 61. 63. 65. 66. 67. 74. 81. Forte legendum: *Accipe et istud* vel *illud, Fermentum ac tibi habe: præstare* cet.—188 *præstant* 10. 12. 13. 14. 17. 19. 21-25. 27. 45-48. 50. 54. 55. 57-67. 71. 73. *præstantque* 23. a m. sec. *et præstant* 15. *clienti* 16.—189 *Cogimus* 19. a m. pr.—191-196 desunt 13. *numerosa* 14. *Vulsiniis* 16. *Volsiniis* 45-49.—192 *parvi Tiburis*

NOTÆ

puero a Clientibus certatim munuscula, quibus ille venditis peculium augeat.

Libis] *Liba* sunt placentæ e farre, melle, et oleo.

Accipe, et istud fermentum, &c.] Tu eme e placentis; vel pro datis libis, fermentum hoc tibi retine.

188 *Fermentum*] Tumoris, iræ, et indignationis causam et materiam, quod nimirum non Patronis modo, sed etiam famulis eorum serviendum est, ac solvenda quasi tributa.

Tributa] Amato puero, aliisve servis annua munera, certis diebus: sicut domino, in natali, in nuptiis, &c.

189 *Cultis servis*] Bene curatis ac nitentibus tum cuticula, tum vestimentis.

Peculia] Proprie sunt bona quæ servus habet extra domini potestatem, ut notat Servius.

190 *Quis timet, aut timuit, &c.*] Alia persequitur Romæ incommoda, ab ædium ruina, et incendiis.

Gelida Præneste] Hæc urbs Latii, hodie *Palestrina*, gelida ob aquas, et situm inter montes. E colonia factum municipium efflagitantibus Prænestinis a Tiberio Imperatore, narrat Gellius XVI. 13.

191 *Volsiniis*] Urbs antiqua Hetruriæ fuit. Hodie *Bolsena* nuncupatur.

192 *Simplicibus Gabiis*] *Gabii*, olim Latii urbs, in via Prænestina. *Simplices* vocat seu ob tenuitatem, seu potius quod Sexti Tarquinii dolo circumventi, ab ejus patre Superbo capti sunt. Vide Liv. I. 53.

Proni Tiburis] Hæc Latii civitas, hodie, *Tivoli*. Sabinis contermina, sita in declivi, unde *prona* dicitur. Arcem vero situs arduus præbuit.

193 *Nos urbem colimus, &c.*] Romæ autem ædificia pervetusta sunt, ac næ pleraque proxima, quare sustentantur fulcris sæpe.

Tibicine] *Tibicines* in ædificiis vo-

Magna parte sui. Nam sic labentibus obstat
Villicus, et veteris rimæ contexit hiatum,
Securos pendente jubet dormire ruina.
Vivendum est illic, ubi nulla incendia, nulli
Nocte metus. Jam poscit aquam, jam frivola transfert
Ucalegon: tabulata tibi jam tertia fumant:
Tu nescis. Nam si gradibus trepidatur ab imis,
Ultimus ardebit, quem tegula sola tuetur
A pluvia, molles ubi reddunt ova columbæ.

Etenim villæ procurator ita sistit ruituras ædes, *ac resarcit labem antiquæ fracturæ;* atque *mandat tutos quiescere imminente lapsu. Vita est ibi traducenda, ubi nullæ deflagrationes, nulli timores noctu. Ucalegon modo petit aquam; modo fragilia transportat: jam tibi fumum emittit tertia contignatio: tu* vero *ignoras. Etenim si timetur in infimis locis, postremus deflagrabit* ille, *quem tecta una defendunt ab imbribus, ubi teneræ columbæ ova pariunt. Codrus habebat cubile bre-*

16. *Tyburis* 60. 65. 71. 72. 73.—193 *incolimus* 22.—194 *si* 61. 63. 66. 67. 74.—195 *cum texit* 14. 17. ad marg. 20. 22. 27. 45. 49.—196 *Securus* 27. 47. 48. 57. 59. 60. 65. *dormire jubet pendente ruina* 11. 14. 24. Oratio fluet, si *jubens* rescripseris pro *jubet*. Quis enim dicet, *obstat ... et contexit... jubet?*—197 *et* pro *est* 15. *multa incendia, multi Nocte metus* non male emend. Schrader., ut de Roma sermo sit.—198 *poscat* 14. *aquas* 24.—199 *Ucaleon* 13. v. Interpp. Virg. Æn. II. 312.—200-202 desunt 13. *jam* 45.—202 *pluviis* 24.—203 *Cordo*

NOTÆ

cantur adminicula et columnæ, quæ ruituris alias ædibus adhibentur. 'Nomen a similitudine tibiis canentium,' inquit Festus.

195 *Villicus*] Is enim vocatus a domino jubetur subvenire labenti domui, quam locat. Ille vero utcunque ruinas sarcit, ac hiatus parietum contexit.

Veteris rimæ contexit hiatum] Rupturas parietum calce modica perfundit, et tum inquilinos jubet manere securos, quasi ruinam instaurasset. Vetus Schol.

197 *Vivendum est illic*] Absit ut Romæ tot in periculis degam, inquit Umbritius: eo pergendum ac vivendum, ubi, &c.

198 *Poscit aquam*] Ad restinguendum incendium.

Frivola] Vilia vasa et supellectilia eripit pauper ex incendio.

199 *Ucalegon*] Vicinus quispiam. Alludit ad Virgil. Æneid. II. 'Jam proximus ardet Ucalegon.'

Tabulata tertia] *Tristega.* In quibus habitabant tenuiores. Divites enim inferiora incolebant, cætera locabant pauperibus. Vetus Schol.

Fumant] Jam serpente et grassante igne.

200 *Tu nescis*] Imminens exitium ignoras, o pauper, superiora tabulata conducens.

Trepidatur] Vox præcipitem eorum actionem qui restinguendo vel evitando student incendio, belle exprimens.

201 *Quem tegula sola tuetur*] Qui in suprema ædium parte habitat, quæ tegulis est proxima.

202 *Ubi reddunt ova columbæ*] Super tecta columbaria fiunt, inquit Vetus Schol.

Lectus erat Codro Procula minor, urceoli sex,
Ornamentum abaci; nec non et parvulus infra
Cantharus, et recubans sub eodem marmore Chiron;
Jamque vetus Græcos servabat cista libellos,
Et divina opici rodebant carmina mures.
Nil habuit Codrus. Quis enim negat? et tamen illud
Perdidit infelix totum nihil: ultimus autem
Ærumnæ cumulus, quod nudum, et frusta rogantem
Nemo cibo, nemo hospitio, tectoque juvabit.

vius Procula, sex vascula, abaci ornatum. Subtus erat *Urna exigua, et recumbens Cheiron sub ipso marmore: et jam antiqua arca custodiebat codices Græcos, et mures Opici arrodebant eximios versus. Codrus nihil possidebat. Nam quis inficiatur? Ac nihilominus infortunatus amisit istud omne nihil. Suprema vero miseriæ accessio* est, *quod spoliatum atque petentem frustula* panis, *nullus alimento,*

49. Cf. sup. ad I. 2.—204 *et abaci* 19. *abici* 14.—205 *Cantarus* 21. 23. 24. 64. *Carcorus* 22. *Schiron* 13.—206 *Græcus servabit* 16.—207 *Opiti* 21. *Apici* auctor vet. Glossar. bilinguis, ab H. Stephano editi: *Apicus*, ὀπικιστής, ὡς Ἰουβενάλιος. *vires* 22.—208 *Cordus* 8. a m. sec. et 49. v. sup. ad I. 2. *neget* 11. Non male!—209 *nil* 61. 62. 63. 68. 71-74. *hic est* pro *autem* 13.—210 *ac* 10. 12. 23. 45. *frustra* 10. 12. 17. a m. pr. 19. 20. 21. a m. pr. 22. a m. pr. 24. 44-47. 49. 64. 65. 68. 69. 74. Vetus scholion est: *frustra*, sine causa; aut *frusta*, i. e. panem. Posterius unice verum, illud ab h. l. alienum est, certe languet: nam eum *frustra* rogare, quem nemo juvat, per se intelligitur. Cf. Martial. XI. 28. 3. et III. 40. ubi v. Rader.—211 *juvabat* 16. 19.

NOTÆ

203 *Codro*] Egenti cuipiam. Vide Satir. I. vs. 2.

Procula] Uxore sua alioqui parva.

204 *Ornamentum abaci*] Hic erat omnis *abaci* ornatus.

Abaci] *Abacus*, mensa structoria, armarium, in quo reponuntur vasa, seu ad usum quotidianum, seu ad ornamentum et pompam.

205 *Cantharus*] Poculum, de quo Virgilius Eclog. VI. et Macrob. V. 21.

Et recubans sub eodem marmore Chiron] Ad pedem abaci sculpta erat effigies *Chironis* Centauri, ex eadem materia, argilla nimirum. Recumbebat vero quasi sustinens abacum. Intelligunt alii ejusdem *Chironis* opera Medica seu Chirurgica (ex Plin. VII. 56.) in armario Codri posita: is enim paupertate adactus ad eas se artes contulerat. Cœl. Rhodig. VII. 12.

206 *Jamque vetus Græcos, &c.*] Jampridem Græcos libros, et carmina, quibus studuerat antea, reliquerat.

207 *Divina*] Ironice. Raucum enim Codrum dixit Satir. I.

Opici] Minus bene, *apici*, quidam legunt, ut notat Lipsius Epistol. quæst. l. IV. Epist. 25. Melius, *Opici*, id est, putidi, fœtidi: ab *Opicis* seu *Oscis* Campaniæ populis, apud quos vigebant fœdæ libidines. Alii nomen trahunt ab ὀπὴ, *foramen*, seu *caverna*, in quibus mures sæpe latent. Aliis *Opici* significant Græcæ Linguæ nescientes. Et favet Gellius XIII. 9.

210 *Frusta*] Legunt nonnulli, *frustra*.

Si magna Asturici cecidit domus: horrida mater,
Pullati proceres, differt vadimonia Prætor.
Tunc gemimus casus Urbis, tunc odimus ignem.
Ardet adhuc, et jam accurrit, qui marmora donet,
Conferat impensas. Hic nuda, et candida signa,
Hic aliquid præclarum Euphranoris, et Polycleti,
Hæc Asianorum vetera ornamenta Deorum,

nullus ædibus ac domicilio sublevabit. Quod *si corruerint summæ Asturii ædes, parens squalida, atrati primates* erunt: *Prætor dictionem juris remittit. Tum duplex civitatis ruina, tum ignem detestamur*: dumque *flagrat etiam, statim advolat qui det marmora; sumtus contribuat. Ille statuas albas ac denudatas; iste quidpiam eximium Euphranoris ac Polycleti* opus, *antiqua insignia Numinum*

25. 27. 56. 57. 59. 66.—212 *Asturici* 2. 4. *Arturici* 21. a m. pr. 22. a m. sec. *Asturii* 15. 16. 23. 45. 55. 65. (Paris. 1512.) *Asturi* 14. 17. 19. 20. 74. in quo vitiose *Astari* legitur. *Arturii* 3. et ita conj. Farnab. coll. sup. vs. 29. *Arcturii* 5. 50. *Arturi* 26. 46. 48. 56. 58. 59. 60. 64. 65. 70. *Arcturi* 25. 27. 28. 47. *Arthuri* 24. *Archturi* 13. *Acturi* 10. *Astyrii* 49. 54. 57. 61-63. 67. 68. 69. 71. 73. *Assyrii* 72. *Osturici* 22. a m.. pr. *Ostorii* suspicabatur Pulman. et noti sunt e Tacito P. Ostorius Scapula, M. filius ejus, et Ostorius Sabinus. Sed talia præstat in ambiguo relinquere.—214 *Nunc* 54. 57. *geminus* 15. 16. 45-48. 50. 69. 71. 72. 73. 75. 76. *urbis casus* 46. 47. 50. *ignes* 24. *odimus urbem* 25.—215 *Ardet dives adhuc occurrens m. d.* 13. *etiam* 14. *jamque* pro *et jam* 22. a m. sec. *currit* 45. *accurret* 16. *occurrit* 10. 12. 21-27. 46-50. 54. 55. 57-60. 63-69. *donat* 12. 45. *domet* 47. 50.—216 Versus ab alia manu scriptus in 10. *Confert* 16. *Conferet* 13.—217. 218 absunt ab 13. *Euphanoris* 45. *Euphenoris* 26. *Eufanoris* 20. *Eufrinoris* 19. *Efranoris* 22. *aut Polycleti* 24. *Polidecti* 19. *Pollideti* 21. a m. pr. *Poludeti* 22. *Policheo* 17. a m. pr.—218. 219 transpositi in 22. *Hæc Asianorum* 1. 8. 11. Recte, puto; ut significentur

NOTÆ

212 *Si magna Asturici, &c.*] Si calamitas opprimat tenuiorem, haud curatur: at si divitem ac potentem, certatim sublevatur. Quod certe iniquum.

Asturici] Aliis, *Asturii*: aliis, *Arturii*, ut is idem sit qui supra vs. 29.

Horrida mater] Tota Roma in luctu est. Vel, matronæ sordidas induunt vestes, ut dolorem significent.

213 *Pullati*] Ne vestem intellige atram seu nigram, quæ solis in funeribus adhibebatur, sed sordidiorem, quæ luctum indicabat. Ex Lipsio Elect. I. 13.

Differt vadimonia Prætor] Sicut in publicis calamitatibus solebat indici justitium. Testis Livius passim.

214 *Tunc geminus casus Urbis*] Roma videatur cecidisse, aut a Gallis capta dirutaque rursum.

Odimus ignem] Vel incendii, vel etiam foci. Lugentes enim ignem foci extinguebant. Vetus Schol.

216 *Conferat impensas*] Ad novas ædes construendas.

Nuda et candida signa] Statuas e marmore candido, Pario.

217 *Euphranoris et Polycleti*] Hic Statuarius, ille Pictor, excellentissimi. Quintil. XII. 10. Plin. XXXIV. 8.

218 *Phæcasianorum*] *Phæcasii* Sacerdotes erant Athenienses et Alexandrini, ab albis calceis nominati.

Hic libros dabit, et forulos, mediamque Minervam,
Hic modium argenti. Meliora, ac plura reponit
Persicus orborum lautissimus, et merito jam
Suspectus, tanquam ipse suas incenderit ædes.
Si potes avelli Circensibus, optima Soræ,

Phæcasianorum; alius codices, et armaria, atque dimidiam Palladem; alius modium pecuniæ donabit. Denique *Persicus orbatorum magnificentissimus recondit præstantiora, amplioraque: et jam suspicionem jure præbet, quasi propriam ipse domum combusserit. Modo queas abstrahi ludis Amphitheatri, ædes* tibi *commodæ comparantur Soræ, vel Fabrateriæ, vel Frusinone, quanto jam* pretio domum

simulacra deorum aliaque templorum ornamenta, variis temporibus ex Asia Romam deportata. Pro *Hæc* suspicari possis *Hi*: sed utriusque sexus studium ac opera designari videtur. *Fetasianorum* 17. *Phecasionorum* 23. a m. pr. *Fecasianorum* 8. a m. sec. 14-16. 19. 22. 45. *Phecasianorum* 10. 20. 23. a m. sec. 24. 25. 27. 46-50. 54-69. 71-74. 77. *Phæcasianorum* 81. Hos putant esse Deos Græcorum, phæcasiis indutos; unde forsan *Phæcasiatorum* rectius scriberetur, φαικάσιον rustici Atticique calceamenti genus, a quo et *Phæcasii* dicti sacerdotes Atheniensium et Alexandrinorum. Cf. Hesych. h. v. Polluc. VII. 22. Appian. B. Civ. v. 11. et 76. Plut. vit. Anton. p. 930. Petron. 67. et 82. (*in exercitu vestro phæcasiati milites ambulant*) Sen. Ep. 113. et de Benef. VII. 21. Heins. ad Ovid. A. A. III. 271. Turneb. Advers. x. 7. et 27. Balduin. de Calc. c. 19.—220 *modulum*, h. e. modum, pro *modium* conj. Plathner coll. inf. vs. 310. Horat. Sat. II. 6. 1. et Epist. I. 7. 98. *ac* pro *et* recepi e 10. 17. 20-25. 27. 45-50. 54-69. 71. 72. 73. *reponet* 10. *reportat* malebat Schrader. —221 *Qui modo perdiderit lautissimus ut merito jam* 13. *ut* pro *et* conj. Lindenbrog.—222 *incenderet* 14. 15. 16. 19. 48.—223-225 ejecti e 13. *evelli* 12.—

NOTÆ

Appian. l. v. ubi de M. Antonio. Aliis Dii Græci sunt ita dicti, quasi *Phæcasiati*, id est, induti φαικασίοις, *calceamentis rusticis*. Turneb. x. 27. Porro in antiquissimis codicibus legitur: *Hæc Asianorum*, pro, *Phæcasianorum*. Et Vetus Schol. notat eam gentem invidiose nominari.

219 *Mediamque Minervam*] A vertice ad umbilicum expressam in marmore, aliave materia.

220 *Modium*] Mensuræ genus, pars sexta medimni, quod sex modios continet. Aliis modius libras habet quadraginta quatuor.

221 *Persicus*] Dives quilibet, ex Horatio Od. I. 38. 'Persicos odi puer apparatus.' Vel *Fabius Persicus*, de quo Satir. VIII. vs. 14. Seu forte Persa fuerit Arturius, de quo paulo ante.

Orborum lautissimus] Qui enim liberis carent, solent impensis haud parcere.

222 *Suspectus*] Ita Martial. Epigram. III. 51. 'Empta domus fuerat tibi Tongiliane ducentis. Abstulit hanc nimium casus in urbe frequens. Collatum est decies. Rogo non potes ipse videri Incendisse tuam Tongiliane domum?'

223 *Si potes avelli Circensibus*] Siquidem carere potes Circo; modo velis te privare ludis istis curulibus et spectaculorum oblectamentis, certe commodius habitabis in aliis Italiæ urbibus. Hoc dicit Poëta quod Romani mirum in modum spectaculis dediti erant, unde Satir. x. vs. 80. notantur velut optantes duntaxat 'panem et Circenses.'

Circensibus] Quid Circus, et quotu-

Aut Fabrateriæ domus, aut Frusinone paratur,
Quanti nunc tenebras unum conducis in annum.
Hortulus hic, puteusque brevis, nec reste movendus,
In tenues plantas facili diffunditur haustu.
Vide bidentis amans, et culti villicus horti:
Unde epulum possis centum dare Pythagoreis.
Est aliquid, quocumque loco, quocumque recessu,
Unius sese dominum fecisse lacertæ.

obscuram paras ad unum annum. Illic hortus, et puteus non profundus, neque trahendus fune, diffluit in teneras plantas, prompte exhaustus. Vitam age contentus rastro, et cultor hortuli nitidi, e quo centenis Pythagoræis convivium præstare queas. Non est nihil se reddidisse possessorem unius lacertæ, quavis orbis

224 *Frabrateriæ* 22. *Frusione* 15. 22. 23. 24. 45. *Frusimone* 16. *Frisinone* 46. *Frisone* 47. 48. 58. *Fursine* 12. *paretur* 12. 17. 21. a m. pr. 22.—226. 227 in 13 positi post v. 231. *Ortulus* 15. 16. 45. *Hortus huic* 54. *teste* 19. 20.—227 Versus ab alia manu scriptus in 10. *teneras plantas* 24. *diffunditur* pro *defunditur* restitui ex 14. 15. 16. 21. 22. 27. 56. 61. 63. 65. 74. et postea vidi, Schraderum ita legendum conjecisse. Forte etiam principio hujus versus excidit *Qui*, quod ob comp. scrib. vel elisionem dictantis facile fieri potuit.—228 *bibentis* 25. *orti* 13. 15. 16. 45.—229 *epulas* 26. *cibum possis* 20. *Pythagoræis* vulgo scribunt. Sed Gr. Πυθαγόρειος dicitur.—231 v. Excurs. ad h. l.

NOTÆ

plex Romæ, notavimus supra ad versum 65. de Ludis et eorum ritu, Dionys. Halicarn. l. VII. ad finem. Scenicorum ludorum initia vide apud Liv. initio l. VII. De *Circensibus*, qui die nona Aprilis celebrabantur in honorem Cybeles ac Cereris, Ovid. Fast. IV. Alex. ab Alex. v. 8.

Soræ] Hæc olim urbs Latii ad Lirim fluvium, hodie in Aprutio ulteriori, vetus nomen haud amisit.

224 *Fabrateriæ*] Ea civitas, hodie, *Falvaterra*, non procul a fluvio Liri, pridem Volscorum fuit in Latio oppidum.

Frusinone] *Frusino*, vel *Frusinum*, Strab. et Ptolem. urbs quondam Latii: hodie vocatur *Frusilone*, estque in Campania Romana.

Domus paratur quanti nunc tenebras, &c.] Emptam habere domum illic potes eodem pretio, quod solvis Romæ pro locatione domus annua.

225 *Tenebras*] Obscuram et tenebrosam domum.

226 *Hic*] In urbibus Italiæ mox nominatis.

Nec reste movendus] Tam facile habes aquam e puteo ad rigandum hortum, ut manu attingere ac haurire queas, sine ullo fune.

228 *Bidentis*] Per *bidentem* furcam, agriculturam et rusticam vitam designat metonymicos.

229 *Pythagoreis*] Hi post magistrum suum Pythagoram docebant abstinendum ab animatis, et oleribus vescebantur. Diogen. Laërt. l. VIII. Athen. &c. Vide Sat. XV. vs. ult. Annotat.

230 *Est aliquid*] Non parva res est, nec parvi æstimanda.

231 *Lacertæ*] Quidam legunt, *latebræ*, eodem sensu: id est, aliquid est extitisse dominum minimæ cujuslibet rei, vel parvi domicilii quod sufficiat

Plurimus hic æger moritur vigilando: sed illum
Languorem peperit cibus imperfectus, et hærens
Ardenti stomacho. Nam quæ meritoria somnum
Admittunt? Magnis opibus dormitur in urbe:
Inde caput morbi. Rhedarum transitus arcto
Vicorum inflexu, et stantis convicia mandræ

parte, quolibet diverticulo. Isthic ægroti multi vitam perdunt ob *vigilias. At morbum hunc creavit esca indigesta, et adhærens stomacho fervcnti. Enimvero quæ conducta soporem permittunt? In* hac *civitate somnus capitur multis divitiis. Hinc fons ægritudinum. Curruum transvectio* in *anfractu angusto viarum, atque*

—232 *ipsis* pro *illum* 29. *ipsum* 10. 12-17. 19-24. 26. 45.—233 *Langorem* 22. 45-50. 60. 63. 64. *adhærens* 16.—234 *namque et meritoria* 15.—236 *redarum transitus orto* 13. *arto* 13. a m. sec. 21. 22. ut in optimis quibusque exemplaribus scriptorum Rom. v. Harles. ad Cellar. Orthogr. p. 180. Stœber. ad Manil. p. 525. Drakenb. ad Sil. VI. 194. et VII. 280. ubi laudat Pier. ad Virg. Æn. I. 293. II. 146. Broekhus. ad Tibull. I. 5. 53. Gron. ad Sen. Œd. 277. et al. Rectius tamen *arctus* scribi crediderim ab *arcere*, h. e.

NOTÆ

latebris lacertarum. De his Plin. VIII. 39. et alibi.

232 *Plurimus hic æger moritur vigilando*] Nimiis vigiliis morbos, et hinc mortem creari constat.

Sed illum languorem peperit cibus imperfectus] Cibus non bene coctus languorem peperit: coctioni vero nocuit immodicus calor ac nimia siccitas, quam pariunt vigiliæ ob continuam agitationem, ac spirituum vitalium consumptionem.

233 *Et hærens ardenti stomacho*] Quippe non digestus nec in succum nutritivum conversus, neque proinde transmissus in singulas corporis partes.

234 *Meritoria*] Vel ædes tumultui populari proximæ, vel tabernæ mercede conductæ in quibus opifices fragore et strepitu vicinos excitant, somnumque interrumpunt.

235 *Magnis opibus dormitur in urbe*] Magna potentia silentium imponitur vicinis tabernariis, ut magno pretio somnus constet, inquit vetus Schol. Vel potius, magnis opibus est opus ad habendas ædes a tumultu populari seclusas ac remotas, amplas nempe, in quarum recessu a vicis et tabernis longe posito, quies sit et somnus non interruptus. Vide Martial. Epig. XII. 57. et 69.

236 *Rhedarum transitus*] Fragor et strepitus curruum, clamor aurigarum, tumultus concurrentium hominum ac rhedarum.

Arcto vicorum inflexu] Erant certe veteris Romæ vici angusti et parum directi. Patet ex Livio in fine lib. V. ubi post incensam ac dirutam a Gallis urbem, Romani promiscue ædificasse dicuntur: item, 'festinatio curam exemit vicos dirigendi,' inquit ibidem, 'dum omisso sui alienique discrimine, in vacuo ædificant: formaque urbis occupatæ magis quam divisæ similis fuit.' Et Sueton. *Neron.* cap. 38. ait 'Neronem quasi offensum deformitate veterum ædificiorum et angustiis flexurisque vicorum, urbem incendisse.'

237 *Stantis convicia mandræ*] Maledicta quæ solet auriga vel mulio vo-

Eripient somnum Druso, vitulisque marinis.
Si vocat officium, turba cedente vehetur
Dives, et ingenti curret super ora Liburno,
Atque obiter leget, aut scribet, vel dormiet intus.
Namque facit somnum clausa lectica fenestra.
Ante tamen veniet: nobis properantibus obstat
Unda prior: magno populus premit agmine lumbos,

maledicta stabuli hærentis quietem auferunt Druso, ac vitulis marinis. Si invitat officium, opulentus portabitur, recedente multitudine, ac properabit vectus *Liburno grandi, supra vultum. Eundo vero lectitabit, vel scriptitabit, aut somno indulgebit intus. Etenim soporem conciliat lectica fenestella occlusa. Nihilominus ante* nos *perveniet* ille. Quippe *nos festinantes impedit fluctus præcedens: plebs* autem

continere, *coërcere*, contrahere, concludere.—238 *Eriperent* 24. *Eripiant* 60. 65. Neutrum spernendum. *Eripiunt* 10. 14. 15. 23. 25. 27. 45-50. 54-59. 62. 64-69. 71-74. *somnos urso* 45. a m. sec. 50. 64. v. Excurs. ad h. l.—239 *vacat* 22. a m. pr. 77.—240 *curet* 15. 16.—241. 242 extrusi e 13. *Aut abit aut leget* 16. *scribet aut leget* 21. *vel scribet* 27. 45-50. 54-59. 61. 62. 64. 66. *aut dormiet* 17. 22. 24.—243 *Prævenietque inopes, nobis* 13. *veniat* 17. *venit et* 22.—244 *Turba prior* conj. Lubin. vulgare verbum substituens poëtico et exquisitiori. *magno populi* 17. *popu-*

NOTÆ

ciferans evomere in *mandram*, id est, gregem seu multitudinem equorum vel mulorum tarde progredientium, et in flexu hærentium, verberibus juxta ac clamore agens urgensque.

Mandræ] Proprie *mandra* vocatur septum quo pecora noctu clauduntur: ponitur hic per metonymiam pro *equis* et *jumentis*.

238 *Druso*] Somnolento homini, qualis notatur a quibusdam Claudius Drusus Cæsar. Legunt alii, *Eripiunt somnos Ursis:* ex Plinio VIII. 36. ubi ait *Ursos* tam altum dormire diebus quidem bis septenis, ut nec vulneribus excitentur.

Vitulisque marinis] *Phocæ* pariter, seu *vituli marini* sunt ejusmodi, nullumque animal graviore somno premitur. Plin. IX. 13.

239 *Si vocat officium*] Si dives ad negotium, si ad nuptias, ad pompam, aliamve celebritatem pergat, quisque de via decedit, et liberum transitum dat.

240 *Ingenti curret super ora Liburno*] Vectus in lectica ampla et capaci, quasi Liburna navi, vel quæ humeris servorum e Liburnia grandium et robustorum defertur supra caput hominum elevata. Plin. Trajan. Panegyr. 'Illos,' inquit, 'humeri cervicesque servorum super ora nostra vehunt.'

Liburno] Liburnia regio est Illyrici Occidentalis, ubi nunc Croatiæ pars atque Dalmatiæ.

241 *Atque obiter leges, &c.*] Vide Sat. I. 65. ubi de iis quæ ad lecticam et sellam pertinent copiose disputavimus.

Obiter] Ἐν παρόδῳ, inquit Tullius ad Attic. lib. V. epist. 20. et epist. 21. ὁδοῦ πάρεργον. Ad Quint. fratr. l. III. epist. 9. ἐν παρέργῳ.

243 *Veniet*] Eo quo vocat officium.

244 *Unda prior*] Turba populi instar fluctuum euntis ac redeuntis.

Qui sequitur. Ferit hic cubito, ferit assere duro
Alter; at hic tignum capiti incutit, ille metretam.
Pinguia crura luto, planta mox undique magna
Calcor, et in digito clavus mihi militis hæret.
Nonne vides, quanto celebretur sportula fumo?
Centum convivæ: sequitur sua quemque culina.
Corbulo vix ferret tot vasa ingentia, tot res

subsequens ingenti turba comprimit renes nostros. *Ille cubito pulsat; alius amite duro percutit: iste vero trabem, alter cadum impingit* in *caput*. Jam *tibiæ cœno delibutæ* sunt. *Jam proteror undequaque pede crasso, atque bellatoris clavus in digitum mihi infigitur. An non aspicis quam magno igne sportula frequentetur? Centeni* sunt *epulones*, et *singulos comitatur sua culina. Corbulo ægre portaret*

lus magno 16. 20.—245 *premit hic cubito* 22.—246 *et hic* 23. 24. 45. *lignum capiti* 13. 17. 21. 22. 26. 29. 45. *capiti lignum* 20.—248 *mihi clavus* 45.—249-259 ejecti e 13. *jaculetur* pro *celebretur* 15.—251 *turres* pro *tot res* 26.—

NOTÆ

245 *Assere*] Ligno, palo, pertica, amite, quo lectica vel sella sustinetur ac devehitur a lecticariis. Just. Lips. Epistolic. quæst. l. IV. epist. 25.

246 *Metretam*] Mensuræ genus est capacissimum. In liquidis cadus est aut amphora.

247 *Pinguia crura luto*] Quasi uncta et incrustata luto et cœno.

248 *Calcor, et in digito, &c.*] In turba conculcor pedibus alicujus militis, aut agrestis et crassi cujuspiam viri, qui videatur in digitum pedis mei infigere clavos, quibus ejus calcei suffixi sunt.

Clavus militis] Sic Valer. Maxim. IX. 1. Extern. Art. 4. refert Antiochi Syriæ Regis exercitum magna ex parte aureos clavos crepidis subjectos habuisse. Idem testatur Justinus lib. 38. 'Luxuriæ non minor apparatus, quam militiæ fuit,' inquit; . . . . 'ut etiam gregarii milites caligas auro figerent, proculcarentque materiam, cujus amore populi ferro dimicant.' Unde rursum Juvenalis Satira ultima, vs. 24. nefas esse ait, 'offendere tot caligatos, millia clavorum.' Porro clavata dicuntur aut vestimenta clavis intexta et ornata, aut calceamenta clavis infixa, inquit Festus.

249 *Nonne vides, quanto, &c.*] Iterum gulam Romanorum perstringit, et novas inde causas impedimentorum ac turbæ in viis.

Sportula] Cœna, quæ quia primum in *sportula* dabatur, δεῖπνον ἐν σπυρίδι, hinc nomen obtinuit. Turneb. X. 27. Vide Sat. I. vs. 95. ac deinceps.

Quanto fumo] Quam avide petatur. Vel simpliciter ignem intelligit, ut mox fusius explicat.

250 *Centum convivæ*] In commune suam quisque sportulam conferentes. Vel, centum homines sportulam accipiant, hi servos singuli deducunt culinam deferentes, qui vias implent ac impediunt.

Culina] Vasa et instrumenta culinaria. Hinc igitur tumultus coquorum ipsos cum obsoniis focos transferentium . . . . ne cibus intepescat, &c. quæ Seneca ad Lucilium scribit.

251 *Corbulo*] *Domitius Corbulo* tempore Neronis robore corporis famosus, cujus meminerunt Tacit. l. XIII. et Ammianus Marcell. l. XV.

Impositas capiti, quas recto vertice portat
Servulus infelix, et cursu ventilat ignem.
Scinduntur tunicæ sartæ: modo longa coruscat
Sarraco veniente abies, atque altera pinum
Plaustra vehunt, nutant altæ, populoque minantur.
Nam si procubuit, qui saxa Ligustica portat
Axis, et eversum fudit super agmina montem,

tot ampla vasa, totque res capiti incumbentes, quot miser famulus defert capite subrecto, et properando foculum excitat. Lacerantur vestes refectæ. Jam procedente plaustro emicat abies oblonga; pinus autem alio vehiculo deportatur. Tremunt procere, et plebi minitantur. Etenim si corruerit axis qui sustinet rupes Liguriæ, atque super turbam devolvat montem dejectum, quid restat de corporibus? Quis artus,

252 *quot* pro *quas* rectius 50. 64. 73. 74. 77.—254 legitur ante vs. 262. in 19. *sartæ tunicæ* 20.—255 *Sarrugo* 26. 45. *Sartago* 24. *Saraco* 19. *Serraco* 2. 17. 21. 74. ut et ap. Sidon. Ep. IV. 18. et inf. v. 23. in plerisque membranis et edd., etiam Hennin. in qua tamen h. l. *Sarraco* exstat, quæ scriptura firmatur auctoritate Serv. ad Virg. Æn. I. 164. librorumque fere omnium h. l. et apud Vitruv. X. 1. extr. Quintil. VIII. 3. 21. Capitol. in Antonin. Philos. c. 13. et Non. 3. n. 35. Glossæ: *Sarracum*, ἅμαξα. Origo tamen vocis incerta. *Soracum* ubique scribendum putabant Grang. ad h. l. et Meurs. Exerc. Crit. P. II. c. 5. p. 117. 118. quibus favere videntur Festus et Hesychius. Ille monet, *Soracum* dici, *quo ornamenta portentur scenicorum* cet., hic vero, Σώρακον, ἀγγεῖον, εἰς ὃ σῦκα ἐμβάλλεται ἢ ξυλοκανθήλια. Sed *sarracum* vehiculi potius genus, et altera syll. voc. σώρακον brevis est, ut τοῦ *soracum* ap. Plaut. Pers. III. 1. 64. *Veiente* pro *veniente* legendum videbatur Autumno et aliis. *at quæ altera* 83. *pinus* 24.—256 *micant* pro *nutant* 16. *alte* 46. 49. 50. 60. 65. 81. Sed τὸ *altæ* doctius. scil. *abies* et *pinus*.—258 *fundit* 16. 19. 22.—260. 261 ita in 13. coa-

NOTÆ

252 *Recto vertice*] Ne juscula vel obsonia effundantur ac decidant.

253 *Ignem*] Quem defert in foculo seu calefactorio obsoniis subjectum, ne per viam frigescant.

254 *Scinduntur tunicæ sartæ*] In turba ac tumultu lacerantur vestes nuper *sartæ*, quales nimirum solet habere servulus, vel pauper Umbritii similis per urbem incedens.

Modo longa coruscat, &c.] Aliud impedimentum ac periculum a plaustris per urbem vehentibus magnas moles.

255 *Sarraco*] Vel *Serraco*, quo vehiculi genere deportantur ingentis ponderis ligna, lapides, et similia, ad constructionem ædificiorum. Vide Sat. v. vs. 23.

Abies, atque altera pinum plaustra vehunt] Longo vehiculorum ordine *pinus* aut *abies* deferebatur vicis intrementibus, ut ex illa lacunaria auro gravia penderent. Quem luxum damnat Seneca Epist. 90.

256 *Nutant alte*] Arbores illæ, seu trabes longissimæ vacillant, et capitis veluti motu malum et perniciem obviis minantur.

257 *Nam si procubuit*] Si axe fracto ruat plaustrum, et impositam molem deturbet in obvios.

Saxa Ligustica] Excisos e Liguriæ montibus lapides ingentes.

Ligustica] *Liguria*, Italiæ regio, ad Alpes, Galliam Narbonensem inter ac Hetruriam; nunc ora est Genuensis.

258 *Agmina*] Plebem prætereuntem.

Quid superest de corporibus? quis membra, quis ossa
Invenit? Obtritum vulgi perit omne cadaver
More animæ. Domus interea secura patellas
Jam lavat, et bucca foculum excitat, et sonat unctis
Striglibus, et pleno componit lintea gutto.
Hæc inter pueros varie properantur: at ille
Jam sedet in ripa, tetrumque novicius horret

quis ossa reperit? Comminutum plebeculæ cadaver totum evanescit instar animæ. Interim familia nihil sollicita mundat jam catinos, atque ignitabulum ore exagitat, ac sonitum edit inunctis strigilibus, aptatque lintea ampulla repleta. Ista diverse maturantur apud famulos; sed iste jam stat in littore, ac novus expavescit transvec-

luere: *More animæ obtritum vulgi perit omne cadaver.*—261 *Morte* 29. *puellas* 76.—262-264 ejecti e 13. *buca* 21.—263 *Strigilibus et pleno* 2. 3. 5. 10. 14-17. 19-24. 54. 55. 74. 77. Putant esse proceleusmaticum, et quatuor syllabas breves respondere duabus longis seu spondeo: nam prima syll. voc. *strigilis* corripitur, v. c. a Pers. v. 126. Horat. Sat. II. 7. 110. Plaut. Stich. I. 3. 77. et al. *Striglibus et pleno* 21. 22. 49. (in qua tamen ed. *Strigibus* vitiose scriptum) 70. quod recepi, ut metro consulatur. *Strigilibus, pleno componit* 11. 25. 26. 27. 45-48. 50. 56-69. 71. 72. 73. 82. *Strigilibus, pleno et* ed. Bipont. Cf. Turneb. Advers. x. 27.—265 *Dum* 13. *novitius* 27. 60. 65. et sic vocabula tantum non omnia, in *itius* exeuntia, v. c. *tribunitius, ædilitius, adventitius,*

NOTÆ

Montem] Instar montis saxum, vel e Ligusticis montibus excisum.

259 *De corporibus*] Corruente plaustro ac ingenti saxo obrutis et obtritis.

260 *Perit omne cadaver more animæ*] Non magis apparet quam anima quæ evolat et aspectum fugit. Nec enim cum Epicuro Juvenalis sentit cum corpore animam interire.

261 *Secura*] Nesciens plaustri casu interiisse dominum, vel servulum qui sportulam deferebat, parat cœnam, aut saltem lances et patinas excipiendæ sportulæ et cœnæ componendæ idoneas.

262 *Bucca foculum excitat*] Oris et buccarum inflatione ac spiritu ignem accendit.

Sonat unctis striglibus] Comparat etiam *strigiles* ad radendum corpus post balnea, detergendumque sudorem, unctas autem, quo minus lædant. Vide Pers. Sat. v. 126. et quæ nos ibidem.

263 *Strigilibus*] Quidam Codices habent, *striglibus*, ut sit dactylus: aut certe posuit proceleusmaticum, ut quatuor breves æquipolleant duabus longis, seu spondeo.

Componit lintea] Ad siccandum corpus post lavationem.

Gutto] *Guttus*, vasculum guttatim oleum fundens, cujus erat usus in balneis. Dicunt alii lintea odorifero perfundi oleo solita.

264 *Hæc inter pueros varie properantur*] Hæc quidem domi fiunt sedulo ac festinanter, atque suo quisque familiarium fungitur officio, aliis balnea, cœnam aliis parantibus: at ille (heu!) jam miserabili fato excessit e vivis.

Ille] Seu puer deferens sportulam, seu herus ipse forte præteriens, ac plaustri ruina obtritus.

265 *Sedet in ripa*] Sedet, errat ad ripam Stygis, seu Acherontis, Infernalis fluvii qui mortuis omnibus tranandus est: illicque expectat ac deti-

Porthmea, nec sperat cœnosi gurgitis alnum,
Infelix, nec habet, quem porrigat, ore trientem.
  Respice nunc alia, ac diversa pericula noctis:
Quod spatium tectis sublimibus, unde cerebrum
Testa ferit, quoties rimosa, et curta fenestris
Vasa cadunt; quanto percussum pondere signent,
Et lædant silicem. Possis ignavus haberi,
Et subiti casus improvidus, ad cœnam si

torem terrificum; neque spem miser habet intrandi *alnum fluminis lutulenti, neque possidet trientem quem ore offerat. Intuere jam alia, et varia nocturni temporis discrimina. Ecquod intervallum* ab *altis culminibus, e quibus vas fictile percutit cerebrum, quoties vascula fissa atque mutilata fenestris decidunt, quam magna gravitate notent ac labefaciant saxum offensum.* Næ *stupidus æstimari queas ac minime prospiciens repentinum infortunium, si pergas ad cœnandum non testatus. Quippe*

gentilitius, cet. scribi jubent Scaliger et alii, qui ea a *novitate*, *ædilitate*, *gentilitate*, *adventitare*, deducunt. Sed nummi et lapides, maxime capitolini, in illis semper *icius* exhibent, probb. Prisciano et Manutio: et ad pleraque hujusmodi vocabula, v. c. *latericius*, *ficticius*, *patricius*, *emissicius* cet., non transferenda est illa ratio.—266 *Porthinea* 10. 45. 46. 47. *Potkmea* 14. 15. 16. *Phormea* 13. *superat* 70. 74.—267 in 13 positus post vs. 260. *qui* 74.—268-277 desunt 18. *Aspice* 15. *mortis* pro *noctis* 22. a m. pr.—269 *spatium est tectis* 11. *tectis spatium* 23.—271 *cadant* 14. 16. 17. 23. 25. 46. 47. 48. 56-60. 65. *percussum* 17. a m. pr. *pondere findant* conjec. Schrader.—272 *lædunt* 16. *posses* 23.

NOTÆ

netur ad annos centum. Nec enim fas erat trajici inhumatos, ac inopes seu carentes naulo, id est, pretio transvectionis, nisi post expletum centum annorum spatium. Virgil. loco mox citando.

266 *Porthmea*] Fretum πορθμὸς Græce dicitur, πορθμεὺς autem ille qui trans fretum lintre homines vehit. Charontem hic intellige, de quo Virgil. Æn. 6. 'Portitor ille Charon,' &c.

Nec sperat] Quippe insepultus, et naulo destitutus; ut mox explicatum est.

Cœnosi gurgitis] Stygiæ Paludis cœno turbidæ.

Alnum] Charontis cymbam ex *alno* arbore.

267 *Nec habet quem porrigat ore trientem*] *Ori* mortuorum Veteres inserebant stipem seu nummum, quo naulum Charonti solverent, ac transmitterentur. Vide Diodorum Siculum II. 5.

Trientem] *Triens*, pars tertia est assis: videtur hic pro obolo poni, qui naulus dicitur Charonti solvi assuetus, apud Lucian. Dial. Mort. 9.

269 *Quod spatium tectis sublimibus*] Quantum sit spatium inter ima viarum et ædium tecta summaque, unde sæpe dejiciuntur testarum fragmenta, quibus prætereuntium caput frangi et cerebrum excuti contingat.

271 *Quanto percussum pondere signent*] Testæ illæ gravi suo casu duros ipsos, quibus stratæ viæ sunt, silices lædunt, quid igitur in caput hominis non fecissent?

272 *Ignavus*] Parum cautus et prudens, ac in mediis vitæ periculis securus.

Intestatus eas. Adeo tot fata, quot illa
Nocte patent vigiles, te prætereunte, fenestræ.
Ergo optes, votumque feras miserabile tecum,
Ut sint contentæ patulas defundere pelves.
  Ebrius, ac petulans, qui nullum forte cecidit,
Dat pœnas, noctem patitur lugentis amicum
Pelidæ, cubat in faciem, mox deinde supinus.
Ergo non aliter poterit dormire? Quibusdam
Somnum rixa facit: sed, quamvis improbus annis,

tot mortes imminent, *quot fenestræ ea nocte vigilantes apertæ sunt, dum tu transis. Quamobrem exopta, et dignas miseratione preces fac apud te, ut satis habeant effundere vasa capacia.* Porro *temulentus et procax, qui casu neminem verberarit, cruciatur,* et *tolerat noctem Achillis intimum deflentis: in vultum procumbit, statim post in tergum. Secus igitur somnum capere nequit. Soporem nonnullis*

possisque 25. 27. 46-50. 54-60. 64. 65. *ignarus* 21. 26.—277 *diffundere* 2. 3. 10. 12. 14. 16. 19. 20. 24. 45. *effundere* 5. 11. 15. 23. 25. 27. 46. 47. 48. 50. 56-69. 71. 72. 73. 83. 84. prob. Schradero. At præstat *defundere*. Cf. Turneb. Advers. x. 27.—278 *quia nullum* malebat Lubinus. Sed vulgata lectio doctior.—279 *noctem et patitur* 20.—280. 281 ita coaluere in 13. *Pelidæ carum, sed quamvis i. a. Pellidæ* 27. 60. 64. 65.—281 Interrog. notam primus posuit Grang.—

NOTÆ

274 *Intestatus*] Nondum facto testamento.

275 *Vigiles*] Metonymia, pro, *vigilantibus* ædium inquilinis etiam tunc, et id noctis.

277 *Ut sint contentæ, &c.*] Ut effundantur in te potius matulæ et pelves sordium plenæ, quam solvatur tibi cranium, et occidaris dejecta testa.

Pelves] A pedum lavatione dictam *pelvim* scribit Varro.

278 *Ebrius, ac petulans*] Aliud malum nocte ambulantibus imminet a juvene ebrio, in quem si incidas, pugnos et contumelias experiere, si pauper fueris.

279 *Dat pœnas*] Torquetur, anxius animi est, donec aliquem verberarit.

Noctem patitur] Insomnem et inquietam, qualem Achilli fuisse Patrocli mortem lugenti scribit Homerus initio Libri ultimi Iliados.

280 *Pelidæ*] Pelei filius erat Achilles.

281 *Ergo non aliter poterit dormire*] Proverb. 4. 'Impii non dormiunt, nisi male fecerint, et rapitur somnus ab eis, nisi supplantaverint.' Neronem pariter Othonemque noctu vagari solitos, et obvium quemque petulanter incessere, narrant Suetonius et Tacitus. Nec absimilem omnino sententiam non semel habet Plautus *Amphitr.* Sc. 1. in ludicra illa contentione Mercurii cum Sosia. Vide Sueton. *Ner.* c. 26.

282 *Improbus annis*] Protervus in juventute, tum nempe cum fervet sanguis, ac vis affectuum prævalet rationi.

Atque mero servens, cavet hunc, quem coccina læna
Vitari jubet, et comitum longissimus ordo:
Multum præterea flammarum, et aënea lampas.
Me, quem Luna solet deducere, vel breve lumen
Candelæ, cujus dispenso et tempero filum,
Contemnit. Miseræ cognosce prooemia rixæ,
Si rixa est, ubi tu pulsas, ego vapulo tantum.
Stat contra, starique jubet; parere necesse est.
Nam quid agas, cum te furiosus cogat, et idem
Fortior? Unde venis? exclamat: cujus aceto,
Cujus conche tumes? quis tecum sectile porrum·

conciliat jurgium. Verum etsi petulans ætate, et vino calens, veretur eum quem caveri imperat pallium purpureum, magnaque series asseclarum; plures etiam faces, atque candelabrum ex ære: spernit vero *me cui Luna dux est assueta, aut tenuis lux candelæ, cujus dispono moderorque funiculum. Intellige præludia infelicis jurgii, si jurgium est, in quo tu percutis, ego percutior duntaxat.* Ille *obsistit adversum, et imperat sistere* me: *obtemperare oportet. Ecquid enim facias, quando te adigit furibundus ipseque valentior? Vociferatur, Unde prodis? Eccujus vappa, cujus faba repletus es? Ecquis sartor tecum manducavit porrum sectitium, ac labia ver-*

282 *improbus armis* 13.—283 *vino fervens* 24. *lana* 21. a m. sec. 22. 45. *lena* scribunt quidam. Sed Gr. *χλαῖνα* dicitur.—285 deest 13. *ac* pro *et* 17. *atque* 15. 25. 27. 46. 47. 48. 50. 54-69. 71. 72. 73. ut metro consulatur. Sed vox *aënea* est quadrilitera. Male *enea* 2. 5. et *ahenea* 49. Conf. inf. ad VIII. 86. XIII. 115. XV. 81. Gell. II. 3. Drakenb. ad Sil. V. 606. VII. 642. Intpp. Hor. Od. I. 33. 11. et Virg. Ge. I. 296. et Æn. II. 470. *ærea* 23.—286 *et* pro *vel* 14. 15. 46-49. 54. 55. *aut* 17.—288 *cognoscit* 15. *cognoscere* 45. *cognosco* 16. *cognoscas* 21. 46-48. 58. cognoscite 23. *vim noscite* 23. a m. sec. *præmia* (eventum et effectum) 11. a m. sec. 14. 16. 17. 19. 20. 22. ad marg. 23. a m. pr. 24. 26. 47. 48. 64. 66. 71. 72. 73. prob. Bahrdt. *prœlia* 11. non improb. Schurzfl. ut Græca sit positio. Sed neuter percepit mentem poëtæ. *præmia* 60. 65. *primia* 15. *prohæmia* 49. 56. 57. *phœmia* 25. *somnia* 22. a m. pr.—291 *cogit* 11.—293 *concha* 14. 15. 19. 23. 26. 45. 46. 61. 62. 63. 66. 67. *conca*

NOTÆ

283 *Coccina*] De *cocco* grano Galatiæ, Africæ, Lusitaniæ proventu, et Imperatoriis paludamentis dicato, Plin. XXII. 2. sicut de purpura fuse IX. 36. ac sequentibus.

285 *Aëneа lampas*] Candelabrum ex ære Corinthio, quod solis ditioribus præferebatur. Ejus pretium recenset Plinius XXXIV. 2.

287 *Dispenso et tempero filum*] Ne vel extinguatur, vel citius ardeat absumaturque. Vetus Schol.

289 *Si rixa est*] *Rixa* enim est pariter contendentium ac invicem cædentium.

290 *Stat contra, &c.*] Ebrius ille petulans te videns solum et male vestitum invadit, impugnatque.

292 *Cujus aceto, &c.*] Dic, ubi cœnasti? Ubi vinum acescens ac vile bibisti? Contumeliose ait jurgari volens.

293 *Conche*] *Conchis* faba est viridis: vel, faba est cum siliqua et cortice. Alii dicunt esse edulium e fabis cum cortice elixis, conditis autem porro

Sutor, et elixi vervecis labra comedit?
Nil mihi respondes? aut dic, aut accipe calcem.
Ede, ubi consistas, in qua te quæro proseucha?
Dicere si tentes aliquid, tacitusve recedas,
Tantundem est: feriunt pariter: vadimonia deinde
Irati faciunt. Libertas pauperis hæc est:
Pulsatus rogat, et pugnis concisus adorat,
Ut liceat paucis cum dentibus inde reverti.
Nec tamen hæc tantum metuas. Nam, qui spoliet te,

vecis aqua cocti? Nihil mihi reponis? Vel responde, vel talo pulsaberis. Dic qua regione habites: in quo tugurio te conveniam? Atenim *sive paras quidpiam loqui, sive abis nihil dicens, perinde est; æqualiter verberant: postea vadem exigunt iracundi. Ea est libertas egeni. Petit* veniam *verberatus, atque pugnis contusus supplicat* verberanti, *ut permittatur illinc recedere cum dentibus non multis. Neque vero solum id formides. Etenim non deficiet, qui denudet te, obseratis*

16. 17. 20. 22. *comca* 21. *cocche* 24.—295. 296 ejecti e 13.—296 *Adde* 20. *consistes* 22. *proseuca* 15. 16. 22. 45.—297 *temptes* 14. 15. 16. 45. *seu* pro *si* legendum putabat Schrader.—298 *pariter feriunt* 25. 27. 46-49. 54-60. 64-67. —299 *Iratos*, certe *faciant* malebat Schrader.—300 *et* abest ab 23. *conscisus* 16. *contusus* 26. 48.—302. 303 in 13 sic coaluere: *Non deerit domibus clausis quoque qui spoliet te. hoc* 10. 21. 25. 46. 48. 49. 56. 59-63. 65. 67. 73. 74. *metuas tantum* 14. *metues* 26. *quis* 46-49. *spoliat* 16. 23. 26. 46. 47. 49.

NOTÆ

conciso, oleo, cumino, liquamine, &c. Martialis Epig. v. 40. 'Si conchem toties meam comesses.' Epig. VII. 77. 'Conchis inuncta tibi est.' Et Epig. XIII. 7. 'Si spumet rubra conchis tibi pallida testa, Lautorum cœnis sæpe negare potes.'

Tumes] Proprie dixit, *tumes:* illud enim obsonii genus inflat ventrem ac satiat mirum in modum.

Sectile porrum] Non capitatum, sed sectivum, utpote vilius: de quibus Plinius XX. 6. Folia porri, quod facile scinditur.

294 *Sutor*] Ad ignominiam omnia.

Vervecis labra] Synecdoche, pro *vervecino capite*, quod in apophoretis numeratur. Martial. Epig. XIV. 211.

296 *Proseucha*] Προσευχὴ, precatio est. Unde apud Philonem, *proseuchæ* vocantur fana et loca, in quibus Judæi ad orationem conveniunt. Hic vero ponitur pro loco, ubi stipem rogant mendici, et pro tuguriolis quæ ad vias publicas extruunt, aut prope urbium portas. Vetus Schol. et Turneb. I. 19.

298 *Vadimonia*] Postquam te illi male mulctarunt, clamant se a te cæsos, iram simulant, increpant, minantur in jus tracturos, ut mulcta indicatur tibi quamvis innoxio, adeoque vadimonium denuntiant.

299 *Libertas pauperis hæc est*] Scilicet ea est, qua gloriantur nostri, quam vindicant acriter Romani, qua fruuntur Cives modo, si sint pauperes. Ironia cum indignatione.

301 *Paucis cum dentibus*] Non omnibus quidem excussis per pugnos et verbera. Quod beneficii loco habebitur. Sic grassatores largiri se vitam aiunt illis quibus non ademerint, et cum tantum non occiderunt, multum etiam sibi deberi putant.

302 *Nec tamen hæc tantum metuas*]

Me quoque ad Helvinam Cererem, vestramque Dianam
Converte a Cumis. Satirarum ego, ni pudet illas,
Adjutor gelidos veniam caligatus in agros.

festinantem, tu *me etiam a Cumis abstrahe ad Cererem Helvinam, ac vestram Dianam.* Statim *ego caligis indutus in terram frigidulam advolabo Satirarum auxiliator, modo ut* mei *non eas pigeat.*

23-27. 45-48. 50. 55-58. 60-69. 71-73. *Elivam* 22. *Eleusinam* 7. Recte forsan, modo præpos. *ad* ante *Cererem* inseratur. *veramque* 19.—321 *Convelle* 10. 11. 14-17. 19-25. 27. 45-50. 54-69. 71-74. 77. forte rectius, et majore cum vi.—322 *Auditor* 2. 21. 75. 76. 77. *Audax Hesperios* conj. Turneb. Adv. XXVII. 31. et *satirarum-ni pudet, illuc Auditor veniam* non male Plathner.

NOTÆ

320 *Me quoque, &c.*] Me pariter a Cumis, quo proficiscor, accersere memento ad te. Aquinum ego statim adibo, teque conveniam: et Satiras una conscribemus.

Helvinam Cererem] Habebat *Ceres* Fanum ad Aquini suburbium, cui *Helvinum* nomen a fonte proximo ejusdem appellationis. Minus placet quod nonnulli ab *eluendo*, alii vero ab *helvo* colore, quem flavum esse aiunt, ex Varrone etymologias petunt.

Vestramque Dianam] Quam nimirum colitis tu Juvenalis popularesque tui Aquinates, in Minturnensi luco.

321 *Cumis*] Vide supra versum 2. hujus Satiræ.

Ni pudet illas] Siquidem exiguæ meæ opis ac industriæ non pudet ac piget te eximium Vatem ac Satirographum, ipsasque Satiras.

322 *Adjutor*] Nonnulli codices habent, *auditor*.

Gelidos in agros] Ob situm. Frigus certe faciunt colles, sylvæ, flumina.

Caligatus] More strenui militis instructus, certe acer vitiorum hostis. *Caligæ* sunt militaria calceamenta, a quibus denominatus est Caligula Imperator, eo quod in castris natus: mediam usque tibiam protegebant, et pars superior caput leonis videbatur, ut patet in antiquis marmoribus.

EXCURSUS

AD SAT. III. 90. 91.

Sententia hujus loci non obscura quidem, sed parum commode expressa videtur; etsi interpretes tantum non omnes difficultatem verborum vel non senserunt, vel callide dissimilarunt. Libri tamen non variant, nisi quod *deterior* legitur in 15. et 24. *maritus* in 16. *Illa* et *quemordetur* in vet. Cod. Claverii; unde hic non male emend. in paraphrasi

IV. in Juven. *Illa—gallina* et *cum mordetur,* adjecta ac nota: ' quia gallinæ maritus nihil fœmineum sonat, (unde et *puer, cujus vox gallulascit,* h. e. viriliter sonat, dixit Næv. ap. Nonium 2. n. 368.) sed gallina ipsa, cum salitur vel initur a gallo, cristulam ipsius mordente, unde illa quid exile, aut querulum, vel raucum edere solita est: nam adolescentulus, qui, ut ita dicam, gallulascit, indicia potius quasi virilitatis emisisse dicitur, quam animi parum masculi; galli denique natura, quantum alterius alitis, calida et alacris est; ac ejus cantilena, ubi maritum gerere occepit, ipsis quoque leonibus pavorem incutit.' Hanc veram poëtæ mentem esse non dubitabat Grangæus, qui tamen τὸ *Ille* retinebat, et hunc verborum ordinem perperam constituebat: *Ille,* scil. adulator, *miratur vocem angustam, qua deterius nec sonat gallina, cum mordetur* a *marito.* Cl. Bredenkamp in Syntagmate Opusc. scholast. (*Magazin für öffentliche Schulen und Schullehrer.* Vol. I. P. II. p. 439. 440.) corrigit: *Illa* scil. vox, *qua mordetur gallina* a *marito,* vel *qua deterior nec Ille sonus, quo,* cet. Idem τὸ *mordetur* dictum accipit pro *objurgatur,* quia sonus galli, si gallinas increpare videatur, ingratissimus sit et singularis. Sed verbum *mordere,* si de gallis adhibetur, proprio videtur sensu capiendum.

Equidem olim suspicabar reponendum: *qua deterius nec Illa sonat, quæ mordetur gallina marito,* (3. cas. pro *a marito*) vel: *Ille sonat, cui mordetur gallina, maritus.* Nunc vero levissima mutatione legere malim: *Ille sonat, cui mordetur gallina marito,* ut *ille, cui marito* doctius dictum sit pro *ille maritus, cui,* h. e. a quo *mordetur gallina;* quemadmodum ap. Horat. Sat. I. 10. 16. ' Illi, scripta quibus Comœdia prisca viris est,' et ap. Sil. I. 280. ' Haud alium vidit tellus, cui ponere finem Non posset mors una viro.' Pro *cui* facile substitui poterat *quo,* vel incuria librariorum, vel glossa *a quo* margini ascripta, quæ forte in textum irrepsit, et deinde, cum leges metri totam respuerent, dimidia ex parte ejecta est. Quicquid vero ex his placuerit, sententia est eadem, quam interpretes fere omnes in h. l. inesse putarunt: *Miratur vocem angustam,* exilem, quæ non minus ingrata est,

quam vox galli, gallinam mordentis, h. e. si gallinam mordet; tum enim ultra vires urgere solet vocem acriusque intendere. Possis etiam simpl. interpretari: miratur vocem exilem vel raucam, quæ non minus ingrata est, ac vox gallinacei. Tum verbis, *maritus, cui*, vel *a quo gallina mordetur*, periphrasis contineretur galli, ut caprarum verbis **Horatii**, *olentis uxores mariti*, Od. I. 17. 7. ubi v. Jani, qui coll. Theocr. IX. 49. Virg. Ecl. VII. 7. et Ge. III. 125. monet, hanc periphrasin non languere, sed exquisitam ac festivam esse, quæ latinum sermonem poëticum mirifice deceat, in alio autem, nostrisque temporibus, minus gratiæ habitura sit. Illa tamen ratio huic anteferenda. Ceterum bene h. l. comparatur locus Quintil. Inst. XI. 3. 'Vox ultra vires urgenda non est: nam et suffocata sæpe et majore nisu minus clara est, et interim elisa in illum sonum erumpit, cui Græci κλωγμὸν nomen a gallorum [et graculorum] immaturo cantu dederunt.'

Plathner hæc annotavit: 'Abstrusius quid poëtam notasse, fidentissime tibi præsto. Notum est, Cybeles sacerdotes *Gallos* vocari. Erat autem hoc hominum genus lascivum, et tantum non in ipsis templis múliebria patiebatur. Sed plerique etiam testiculos ponebant bilibres, (v. inf. VI. 371. sqq.) et lascivæ mulieres eorum concubitu maxime delectabantur, quod non gignebant. (v. inf. VI. 366. sqq.) Alterutrum Noster tetigit, tetigit tamen. Nam priori modo satirice *gallinam* vocat Gallum; posteriori vero, quod magis videtur, *gallina* erit adultera, quæ cum Cybelico solebat. Nam et Gallis istis vox exilis; (v. sup. II. 111.) porro et *mordendi* verbum sic aptissimum: notæ quippe amantium blandientes morsiunculæ ex Prop. IV. 3. 25. 5. 39. et Ovid. Am. I. 8. 98.' Cf. Jani ad Horat. Od. I. 13. 12. Vereor tamen, ne poëtæ sic obtrudantur, quæ ipsi non in mentem venere; etsi ingeniosa certe hæc videbuntur iis, quibus lubet in talibus ingenio indulgere.

EXCURSUS

AD SAT. III. 231.

Vox *lacertæ* admodum torsit interpretes. Britannicus eam accepit de vermiculo, h. e. re vel levissima: Farnabius, Grangæus et alii de agello aut hortulo quam minimo, ubi vel unica lacerta latitare possit ac discurrere, ut soleat. Horum sententiæ favet Martial. Epig. XI. 19. iisque præivit vetus Schol. cujus nota est hæc: 'Notandum, quia fœminino genere dixit *lacertæ*, cum Virgilius masculino dixit *lacertos*: et aut ad animal retulit, quia sunt in agro quamplurimi, aut *lacertam* pro horto posuit, per quem discurrere et latitare consuevit.' Nonnulli *lacertæ* pro *lacerti* dictum, vel hoc reponendum censent, ut tantum designetur agri, quantum est spatium brachii inter scapulæ et cubiti ossa; quemadmodum nos dicere solemus, *ein Fuss Landes*, vel, *eine Hand voll Erde*. Bahrdt ita παραφράζει: dominum tanti, quantum lacertus vel brachium sanum firmumque colere valeat. Heinsius ad Ovid. Fast. II. 578. omnino *lacerti* legendum putabat coll. inf. XIV. 293. Arnob. l. III. (ubi Neptunus *mænarum et piscium dominus* vocatur) et Martial. XII. 59. 8. quem versum sic emendabat: *mænæ dominus pediculosæ*, h. e. pisciculi marini, non magni pretii, (ut *lacertus*,) et sale condiri soliti in vasis s. orcis, (ut *lacerti*, apuæ, scombri, siluri, pelamides, gerres, cordillæ,) quo vescebantur ut plurimum mendicabula hominum pediculosa. Heinsii emendationem probavit Schraderus. Alii vero suspicantur, pro *lacertæ* vel *latebræ*, vel *lacernæ*, substituendum esse.

Nihil horum mihi satisfacit, et crediderim potius, Juvenalem scripsisse *tabernæ*, h. e. casæ, quo sensu *tabernas pauperum* et *obscuras* dixit Horat. Od. I. 4. 20. et Art. poët. 229.) et *quocumque* non pro *quovis*, sed pro *qualicumque* posuisse. Quicquid vero legas sententia h. l. est: præstat alio quocumque loco agellum et hortulum, vel res tenues ac

nullius fere pretii, quam Romæ multas ædes ingentesque opes possidere.

EXCURSUS

AD SAT. III. 238.

Druso est lectio omnium fere librorum. Quæ si vera est, Juvenalis respexisse videtur ad somnolentiam Ti. Claudii Drusi Cæsaris, de qua v. Suet. Claud. c. 5. et 8. Recte tamen monuerunt jam viri docti, non bene *Drusum* jungi cum *vitulis marinis*, h. e. phocis; et ingeniose conjecerunt, *somnum urso*, vel rectius *somnos urso*, quod etiam legitur in 45. a m. sec. 50. et 64. Notum est, ursos esse somnolentos, et per hyemem potissimum in lustris suis delitescere, indulgentes somno et nihil comedentes: v. Aristot. hist. anim. VIII. 22. et Auctor libri de mirab. auscult. p. 1155. Prægnantes etiam ursæ, ut verbis Plinii VIII. 36. s. 54. utar, 'primis diebus bis septenis tam gravi somno premuntur, ut ne vulneribus quidem excitari queant: tunc mirum in modum veterno pinguescunt,' cet. (Conf. Aristot. l. l. et Solin. c. 26.) Idem Plinius IX. 13. s. 15. docet, nullum animal graviore somno premi phocis, (cf. Oppian. Hal. I. 408. et Intpp. Virg. Ge. IV. 432.) iisque *vitulorum* nomen inditum esse, quod *ipsis in sono* (non *somno*) *mugitus sit*: (ἀφίησι δὲ ὁμοίαν φωνὴν βοΐ, Aristot. H. A. VI. 11.) unde et Gallis *veaux de mer* dicuntur.

Quæ cum ita sint, mens poëtæ ita h. l. capienda videtur: strepitus curruum aurigarumque tantus est, ut vel animalia somniculosa expergefacere queat. Eam non percepit Grævius, qui hæc annotavit: 'Qui vitulis marinis Romæ possit somnus excuti dicant, qui eos dormientes viderunt aut Romæ, aut usquam terrarum. Locum mendosum esse nemo non videt. Legendum autem videtur, *Druso vetulisque maritis*: nam senes sunt somnolenti: quamvis alia possit ratio dari, cur vetuli mariti, qui juvenculas duxerunt, somno alto sopiti jaceant.'

SATIRA IV.

Ecce iterum Crispinus, et est mihi sæpe vocandus
Ad partes, monstrum nulla virtute redemtum
A vitiis, æger, solaque libidine fortis:
Delicias viduæ tantum spernatur adulter.
Quid refert igitur, quantis jumenta fatiget

En rursum Crispinus; a me vero frequenter est adducendus ad partes; portentum nulla virtute a vitiis liberatum. Cætera *imbecillis, atque una libidine strenuus. Viduæ voluptates duntaxat spernit mœchus. Ecquid interest ergo quam amplis xystis*

1 *adest* (quasi in scena) pro *et est* 2. 3. 5. 6. 7. 10. 11. 15. 16. 19-22. 25-28. 56-60. 65. *adest et est* 45. Sed nostra lectio doctior. Subintell. *adest* vel *vocandus in partes est.*—2 *In* 14. *nulla monstrum* 10. concinnius.—3 *ægræ solaque libidine fortes Deliciæ, viduas* cet. 8.—4 *spernatur* 1. 8. 56. 70. 74. 75. 76. 82. Vera, opinor, lectio, et mutata, quod non alius eo verbo usus est, cum tamen deponens esse possit, ab act. *spernere* deductum. *aspernatur* 11. 14-17. 19-27. 45-50. 54-69. 71. 72. 73. 77.—5-53 extrusi e 13. *Qui* 8. *quantus* 21. a m.

NOTÆ

1 *Ecce iterum Crispinus*] Jam exagitatus nimirum Sat. I. 26. et seq. Porro Domitianum maxime petit et vellicat Juvenalis hac Satira.

Vocandus ad partes] Sæpius autem exagitare illum statuit Poëta, et revocare, ut toties in Satiris istis partes suas agat, quasi personam in Comœdia.

2 *Monstrum nulla virtute redemtum*] Crispinus est adeo nequam, ut nulli non vitio serviat. Quam dura porro vitiorum servitus, belle exprimit et fuse Persius Sat. V.

3 *Æger, solaque libidine fortis*] Languet ad omnia præterquam ad flagitia ac libidines.

4 *Delicias viduæ tantum spernatur adulter*] Ignobilem vero contemnit Venerem, adeoque viduas, quas lucri gratia sectantur uni pauperes. Martial. Epig. II. 88. 'Nunc sectaris anus. O quantum cogit egestas!' Vel; non servit amoribus viduæ opulentæ, ut opimam ejus hæreditatem mereatur, ut dictum de nonnullis Sat. I. 37. et seq.

5 *Quid refert igitur*] Si tam miser est Crispinus utpote obnoxium vitiis mancipium, quid juvat eum esse opulentum? Quid prosunt ei suæ divitiæ, quæ beatum illum reddere nequeunt, nec a vitiis redimere?

Quantis jumenta fatiget porticibus] Quod magnas habeat porticus, in quibus gestetur quoties pluit, et suaviter ambulet: ut est in Sat. VII. 179. Plin. Epist. I. 3. 'Quid illa porticus verna semper?—Quid illa mollis gestatio?' &c.

Porticibus? quanta nemorum vectetur in umbra?
Jugera quot vicina foro, quas emerit ædes?
Nemo malus felix; minime corruptor, et idem
Incestus, cum quo nuper vittata jacebat
Sanguine adhuc vivo terram subitura sacerdos.

mulos vexet; quam magna in umbra lucorum gestetur; quot jugera foro proxima, quas domos pretio comparaverit. Nullus improbus beatus. Nequaquam stuprator, ipseque incestuosus, quicum nudiustertius cubabat Sacerdos vittis redimita, vivo etiam

pr. *quantis igitur* 10. *fatigat* 14.—6 *vertetur* 16. *jactetur* 22.—7 *emeret* 12. 14. *emerat* 22.—8 *Hymenis corruptor* malebat Schegk. *minimæ corruptor* suo periculo legi jubebat Scoppa Veris. IV. 10. Neutrum nobis arridet.—9 *qua* 16. *vitata* 11. 27. 47. *victata* 16. 22.—10 *terra* 17.

NOTÆ

6 *Quanta nemorum vectetur in umbra*] Quod in hortis arte magna et studio excultis deportetur lectica. Magnificam villæ descriptionem lege apud Plinium Epist. II. 17. ubi sic loquitur: 'Adjacet gestationi, interiore circuitu, vinea tenera et umbrosa, nudisque etiam pedibus mollis et cedens,' &c.

7 *Jugera quot, &c.*] Quod novas etiam opes quotidie accumulet: amplasque habeat ædes in parte urbis optima: vel, hortos et spatia in suburbio, ut ait vetus Schol.

8 *Minime corruptor*] Omnes quidem vitiosi infelices, at præ cæteris flagitiosi. Comitantur enim libidinem multæ gravesque molestiæ, justa peccati pœna. Gasp. Sciopp. corrigit, ac legit, *minimæ corruptor:* sed non sensui favet.

9 *Incestus*] Sic vocatur qui infandam attentat Venerem atque inconcessam cum persona ratione sanguinis aut propter religionem reverenda. Incestum autem dicitur flagitium quod caret cestu, id est, sacro Veneris cingulo, quo honestæ nuptiæ coërcentur ac decorantur. Quasi ἀνήκεστον Festus, quasi *incastum* Isidorus dici volunt.

Cum quo, &c.] Cum Crispino Vestalis incestum admisit, et impune quidem, quia carus ille Domitiano.

Vittata] *Vittæ* erant fasciolæ, quibus religabant crines, aut etiam flores et serta circa caput. His utebantur cum Matronæ, tum maxime Sacerdotes in Sacrificiis.

10 *Sanguine adhuc vivo, &c.*] Viva terræ infodienda, ex Numæ Instituto. Liv. l. I. Dionys. Halicarn. l. II. ubi delinquentes Vestales et corruptæ referuntur miserabiliter occidi: vivæ scilicet emittebantur super lecticam latæ, more mortuorum, deflentibus ac præeuntibus cognatis, ac perlatæ usque ad portam Collinam intra muros, in monumento sub terra præparato cum sepulcrali apparatu deponuntur, nullaque solita lustratione potiuntur. Plutarchus autem in vita Numæ Pompilii, rem adhuc clarius explicans, ait: 'Prope Portam Collinam, intra urbem, subterraneam domum seu foveam extitisse, in qua lectulus, et lucerna ardens, panis item et aqua; lac etiam, atque oleum parata erant. Illuc Rea feretro inclusa deferebatur per forum, ac per scalas demittebatur, ante a ministris soluta, gravi et summo ubique silentio, atque horribili mœstitia,' &c. Vide etiam, si vis, Alex. ab Alex. V. 12.

Terram subitura] Alioqui puniendi

Sed nunc de factis levioribus: et tamen alter
Si fecisset idem, caderet sub judice morum.
Nam quod turpe bonis, Titio Seioque, decebat
Crispinum. Quid agas, cum dira, et fœdior omni
Crimine persona est? Mullum sex millibus emit,

sanguine humo submittenda. Verum de minimis facinoribus modo. Ac nihilominus si alius simile quidpiam *perpetrasset, obnoxius, foret morum Censori. Enimvero quicquid infame Titio et Seio, probis,* id *pulchrum Crispino. Ecquid facias, quando immanis homo est, ac turpior quolibet scelere? Barbulum sex millibus mer-*

—11 *tunc* 63. 67. 68. 71-74. *at tamen* 22.—12 *vindice* 26.—13 *Ticio* 14. 22. *Dicio* 25. *Serioque* 9. 10. 14-17. 19. 20. 21. 45. 49. 54. 56. 57. 59-63. 65. 67. 68. 69. 71. 72. 73. quod non temere rejiciendum videbatur Pithœo. Sed gens *Seia* notissima est, non *Seria*. *Seroque* 22. *Selioque* 55.—14 *ferior* 45.—15 *mulum* 45. 56. 59. 62. 68. 71. 72. 73. Conf. ad v. 92.—

NOTÆ

ex more, et moritura, si accusata et convicta fuisset. Quemadmodum Corneliæ contigit, quam quidem ante absolutam, longo post intervallo repetitam Domitianus damnavit. Sueton. Domit. c. 8.

11 *Sed nunc de factis levioribus*] Supple, *agimus*, vel, *querimur*.

Alter si fecisset idem, caderet, &c.] Si alter quam Crispinus id fecisset, non magis impune tulisset incestum, quam Celer, Eques Romanus cui Corneliæ Maximillæ stuprum objiciebatur, quem in Comitio virgis ad necem cædi jussit Imperator Domitianus, ut refert Suetonius loco mox citato.

12 *Judice morum*] Scoptice notat Domitianum, qui ex loco citato Suetonii incesta Vestalium virginum severe coërcuit: et qui Corneliam absentem inauditamque damnavit incesti, ac defodi imperavit, cum ipse fratris filiam incesto non polluisset solum, verum etiam occidisset. Nam vidua abortu periit, ut loquitur Plinius Epist. IV. 11. quem lege. Martial. Epig. VI. 4. ad Domit. 'Censor maxime, Principumque Princeps.'

13 *Titio Seioque*] Nomina Jurisconsultis frequentia, hic designant quoslibet e vulgo viros bonos.

Decebat Crispinum] Ex iniquo Domitiani judicio, qui suspectos duntaxat alicujus sceleris severe puniebat, ut mox dictum; at connivebat in manifestis etiam amicorum flagitiis, et incesto Crispino indulgebat.

14 *Quid agas, cum, &c.*] Quam censuram et animadversionem dignam satis adhibeas in hominem omni crimine fœdiorem? Nec enim perditæ solum est lasciviæ, sed et gulæ Crispinus; ut mox patebit.

15 *Mullum*] Piscem marinum, qui alias *barbo* vel *barbio*, ob geminam barbam, quam habet in inferiori labio. De eo Plin. IX. 17. et 18. et alibi. Barbatos mullos et barbatulos vocant, et in piscinis ali solitos testantur, Varro l. III. de Re Rust. c. 17. Cicero ad Attic. Epist. II. 1. et Parad. 5. apud Athen. I. 5. *mullus* Dianæ sacer dicitur. Item VII. 21. ubi et variæ *mulli* dotes afferuntur. Quem tamen in locum vide Casaubonum multa docte corrigentem. Vide Satir. V. 92. et quæ nos ibidem.

Sex millibus emit] Sex millibus

Æquantem sane paribus sestertia libris,
Ut perhibent, qui de magnis majora loquuntur.
Consilium laudo artificis, si munere tanto
Præcipuam in tabulis ceram senis abstulit orbi.
Est ratio ulterior, magnæ si misit amicæ,
Quæ vehitur clauso latis specularibus antro.

calus est, adæquantem certe sestertia totidem libellis, sicut testantur qui de grandibus grandiora jactitant. Opificis mentem approbo, si tam gravi dono meruit primas ceras in codicillo vetuli orbati. Accedit causa major, si potenti donavit amasiæ, quæ gestatur operto specu grandibus fenestris vitreis. Nihil ejusmodi spera. Sibimet ipse

16 *insane*, h. e. insano pretio, conj. Græv. qui frigere putabat τὸ *sane*, quod tamen longe venustius est, et h. l. jungendum verbo *æquare*, non *emere* vel *vendere*.—18 *in* pro *si* 14. 15. 17. 20. 22. *si in* 21. *qui in* 45. Præstiterit: *si in munere tanto Præcipuam e tabulis ceram* cet.—21 *lautis speculantibus* 16. *luso*

NOTÆ

nummum. Macrob. III. 17. mullum unum septem, (Plinius autem octo,) millibus nummum ait emptum ab Asinio Celere viro Consulari. Apud Sueton. autem Tib. c. 34. tres mullos triginta millibus nummum vænisse, questus refertur Imperator.

16 *Æquantem sane*] Quasi diceret, si miraris pretium, disce pondus, et mirari desine.

Paribus sestertia libris] Emptus est piscis sex millibus, sex libras pendebat, æquavit igitur pretium pondere suo. Macrob. loco mox citato, ex Plinio ait, non repertos olim mullos, qui duas pondo libras excederent; at jam longe majores minoris emi. Horat. Satir. II. 2. trilibrem memorat. Hoc vero quid, si verum est quod ex Licinio Mutiano narrat Plinius citato libro IX. cap. 18. captum esse in mari Rubro mullum, qui octoginta libras penderet?

Sestertia] *Sestertia* sex, quæ continent singula mille nummos sestertios, de quibus jam ante dixi Satir. I. 92. et 106. Sestertia sex efficiunt sex millia nummorum. Salmas.

17 *Qui de magnis majora loquuntur*] Ut solent adulatores, qui res augere verbis mirum quantum norunt.

18 *Consilium laudo artificis*] Toleranda videbitur luxuria Crispini, si, &c.

Munere tanto] Mullo eximiæ magnitudinis vel misso quasi munere, vel apposito in cibum seni cuipiam opulento.

19 *Præcipuam in tabulis ceram*] Primas partes in testamento, vel unicas meruit, hæres ex asse institutus, eo modo quo dictum supra Satir. II. 58.

20 *Magnæ si misit amicæ*] Ejus vel amorem captans vel hæreditatem. Vide Satir. I. 37. et seq.

21 *Quæ vehitur clauso, &c.*] Magna et ampla lectica, undique clausa; specularibus autem pellucida. Sic enim mulieres delicatæ ventos, pulverem, et frigus excludebant, sanitati pariter et pulchritudini consulentes. Vide Satir. I. 65.

Specularibus] Sicut nos e vitro, sic veteres fenestras faciebant e speculari lapide, qui tenues in crustas facile finditur. Plin. XXXVI. 22. Senec. Epist. 90. et de Providentia. J. Lipsius in Senec. Martial. Epigram. VIII. 14. 'Hybernis objecta notis specularia puros Admittunt Soles, et sine fæce diem.'

Nil tale expectes: emit sibi. Multa videmus,
Quæ miser et frugi non fecit Apicius. Hoc tu
Succinctus patria quondam, Crispine, papyro?
Hoc pretio squamæ? potuit fortasse minoris
Piscator, quam piscis, emi. Provincia tanti
Vendit agros; sed majores Appulia vendit.

mercatus est. Plurima cernimus quæ non admisit Apicius infelix et parcus. Id vero *tu, Crispine, vestitus olim papyro patria? Is valor squamæ? Forte licuit mercari piscatorem inferiori* pretio *quam piscem. Provincia tali* pretio *venundat campos,*

latis s. auro emend. Schrader.—23 *Apitius* 21. 23. 60. 65. *o tu* 22.—24. 27 vid. Excurs. ad h. l.—25 *pretium* al. v. Excurs. *squammæ* 23. 24.—27 *vendet* 12.—

NOTÆ

22 *Nil tale expectes*] At nihil istorum voluit Crispinus, uni vero suæ gulæ indulsit, exquisitas dapes emendo.

23 *Miser et frugi*] Præ Crispino frugalis et temperans videatur Apicius quantumvis luxuriosus. Miser porro ille, cui sestertium centies egestas fuit; et qui præ fatuo paupertatis et famis metu ipse se interemit, ut ait Seneca, Lib. *de Consol. ad Helviam matrem.* Dio Cassius 57. &c.

Apicius] Hic inter gulæ proceres numeratur apud Plin. IX. 17. et X. 48. omnium nepotum altissimus gurges nuncupatur. Exemplum gulæ fuit, scripsitque de juscellis, ac de condiendis cibis, ut testatur vetus Schol. scientiam popinæ professus dicitur, ac millies sestertium in culinam impendisse, apud Senecam loco mox cit. num. 138. *Apicii* quoque velut insignis helluonis meminit idem Seneca Epist. 95.

Hoc tu] Audes et perpetras.

24 *Succinctus patria quondam, &c.*] Tu olim servus e Niliaca plebe, et verna Canopi, ut est Satir. I. 26.

Papyro] Frutex est palustris in Ægypto frequens, e cujus libro seu cortice fiunt vestes, funes, tegetes, vela, &c. Vide Plin. XIII. 11.

25 *Hoc pretio*] Sensus est: An hoc pretio emuntur squamæ, id est, piscis? Synecdoche et Tapinosis, cum indignatione simul et admiratione.

26 *Quam piscis*] Mullus, de quo supra, emptus sex millibus nummum.

Provincia tanti vendit agros] In regionibus extra Italiam quæsitis, opimis licet et fertilibus, tanti nec majoris emi possent agri, e quibus victitaret familia.

27 *Sed majores Appulia vendit*] In *Apulia* vero Italiæ regione, tanti quoque nec majoris etiam majores agri venduntur, quam iste piscis a Crispino emptus. Quare vero minoris quam alibi venduntur agri Apuliæ? An Poëta respicit Apuliæ partem aliquam montibus asperam ac sterilem de qua Horatius loco mox citando: et Seneca Epist. 87. sic loquitur: 'Agri suburbani tantum possidet, quantum invidiose in desertis Apuliæ possideret?' An quod Apulia infestatur Atabulo vento, ut ait idem Seneca Nat. Quæst. V. 17. Hic ventus Apuliæ est peculiaris, et plantas frigore adurit ac devastat. Testis Plinius XVII. 24. Ejus meminit et Gell. II. 22. Horat. Satir. I. 5. 'Incipit ex illo montes Appulia notos Ostentare mihi, quos torret Atabulus, et quos Nunquam

Ultimus, et calvo serviret Roma Neroni;
Incidit Adriaci spatium admirabile rhombi
Ante domum Veneris, quam Dorica sustinet Ancon,
Implevitque sinus: neque enim minor hæserat illis,

Calvo Neroni mancipata erat, e regione templi Veneris, quod fulcit Ancona Dorica, retia incurrit ac replevit stupenda magnitudo rhombi Adriatici: etenim non adhæsit

x. 396. Drakenb. et nos ad Sil. III. 16. 495.—39 *Hadriaci* pro *Adriaci*, ut *Hiberia*, *Hannibal*, *Hamilcar*, *Hasdrubal* al. propter auctoritatem antt. codd. et nummorum, scribere jubent Drakenb. ad Sil. I. 39. 54. VIII. 439. Brœkhus. ad Prop. I. 6. 1. Cellar. Geogr. I. 2. 9. et Orthogr. lat. T. I. p. 109. 145. ed. Harles. Corte ad Sall. b. Jug. 5. Intpp. Corn. Nep. Ham. 1. et Horat. Od. I. 3. 15. 16. 4. Sed auctoritas illa fere par est, et h. l. in libris tantum non omnibus *Adriaci* legitur. Græci etiam sine aspirat. scribunt Ἀδρίακος et Ἀδρίας, ut Ἰβηρία, Ἀννίβας, Ἀμίλχαρ, Ἀσδρούβας cet. *rombi* 21. 22. 48. 64. Cf. inf. ad v. 68. 119. et XI. 121.—40 *Doricha* 46. 47. 50. *Dorida* 21. a m. sec. *Anchon* 14. 27. 46-50. 60. 64. 65. 68. 71. —41 *sinum* 24. *nec* 17. *major* 14. *hic erat* pro

NOTÆ

38 *Calvo Neroni*] Utraque vox invidiosa pro *Domitiano*, qui quidem calvitio sic offendebatur, ut in contumeliam suam traheret, si cui alii vel joco vel jurgio objectaretur. Ita Sueton. Domit. c. 18. Deinde, propter vitia paria similemque sævitiam Nero alter vocatur. Vide Sueton. Domit. c. 10. 11. 15. Tantum desciverat ille a placidis moribus Vespasiani ac Titi. Unde Martial. 'Flavia gens quantum tibi tertius abstulit hæres! Pæne fuit tanti non habuisse duos.'

39 *Incidit Adriaci, &c.*] Regnante, inquam, Domitiano, rhombus ingens a piscatore captus est. 'Parturiunt montes,' &c.

Adriaci, &c.] Natantis in mari Adriatico, quod est inter Italiam, Illyricum, et Græciam, hodie, *Sinus Venetus.*

Spatium admirabile rhombi] Immensa prope moles piscis, rhombus stupendæ amplitudinis.

Rhombi] Plin. IX. 20. 'Marinorum piscium,' inquit, 'alii sunt plani, ut rhombus, cui situs dexter resupinatus est,' &c.

40 *Ante domum Veneris, quam, &c.*] Locum etiam designat accurate, veluti ad rem faciat. Ante urbem Anconam, ubi Veneris templum.

Quam Dorica sustinet Ancon] Syracusani a Græcis oriundi Tyrannum Dionysium fugientes huc navigantes appulere, civitatemque condidere in agro quidem Piceno, opportuno situ, atque (ut Mela scribit) in angusto duorum Promontoriorum ex diverso coëuntium, inflexi cubiti imagine ac figura, unde nomen; ἀγκὼν, *cubitus*, seu *flexus brachii:* ibidemque insignem Veneri ædem posuere.

Dorica] Synecdoche, pro *Græca*. *Dores* populi gemini fuere, alii in Asia minore, alii in Achaia.

41 *Implevitque sinus*] Mole sua et amplitudine retia implevit rhombus.

Sinus] Vide Satir. I. 88.

Neque enim minor hæserat, &c.] Qui enim tum retibus adhæsit captus piscis non erat inferior magnitudine illis, qui detinentur in fundo Paludis Mæotidis, quamdiu constricta gelu est, at inde exeuntes rupta glacie, postea natant et capiuntur in Ponto Euxino, magni et pingues ob longam desidiam.

Quos operit glacies Mæotica, ruptaque tandem
Solibus effundit torpentis ad ostia Ponti
Desidia tardos, et longo frigore pingues.
Destinat hoc monstrum cymbæ linique magister
Pontifici summo. Quis enim proponere talem,
Aut emere auderet, cum plena et littora multo
Delatore forent? Dispersi protenus algæ

minor iis quos tegit glacies Mæotica, et Sole denique soluta ejicit ad ingressum pigri maris Euxini, *inertia torpentes, geluque diuturno saginatos. Dominus naviculæ ac linei* retis *supremo antistiti reservabat illud prodigium. Nam quis attentaret* aut venum *exponere tantum* piscem, *vel mercari; quando ripæ etiam refertæ*

hæserat conj. Schrader, vulgare verbum substituens poëtico et exquisitiori.—43 *hostia* 14-17. 19-22. 45. 46. 47. 49. 50. 62. 63. 64. 73. *ostia Nili* 26.—45 *Destinet* 14. 58.—46 *præponere* 21. 45.—47 *audebit* 10. *hæc litora* 21. 26. *ea litora* 59. 60. 65. 69. Vulgo post *auderet* signum interrog. ponitur, et mox post *forent* colon vel semicolon.—48 Versus ab alia manu scriptus in 10. *dis-*

NOTÆ

42 *Mæotica*] Palus *Mæotis* excipit Tanaim fluvium, inter minorem Tartariam Europæ, et Circassiam Asiæ regiones: cum Euxino mari per Bosphorum Cimmerium, hodie *Fretum Caffa* connectitur. Illuc sæviens Boreas plurimam convehit glaciem.

43 *Solibus*] Æstivi Solis ardoribus.

Torpentis] Tarde fluentis. Quidam legunt, *torrentis*, quod ibi rheuma quoddam mare trahat. Vetus Schol.

Ponti] Euxini scilicet, qui olim *Axenus* dicebatur, id est, *inhospitus*, teste Plinio; Amazonius Claudiano; Scythicus Flacco; Tauricus Festo; mare Ponticum Straboni, Tacito, Plutarcho; Cimmerium Herodoto et Orosio; Caucasium Apollonio; Colchicum nonnullis; Sarmaticum Ovidio; Phasianum Aristidi; vulgo *Mare Nigrum*; Italis *Mare Maggiore*, &c. Situs ejus est inter Thraciam, Sarmatiam, et Asiam minorem: ambitus continet vicies semel centena quinquaginta millia, ut auctor est Varro, et fere Veteres, inquit Plin. IV. 12.

45 *Monstrum*] Monstrosum piscem, rhombum, de quo ante.

Cymbæ linique magister] Piscator.

46 *Pontifici summo*] Domitiano, qui Albanos Sacerdotes instituerat, eorumque Sacrorum erat velut Antistes summus. Vide Satir. II. ad vs. 83. in hæc verba, *accipient te*. Vel, quia Vestalem virginem Corneliam condemnaturus, Maximi jure Pontificis abusus, reliquos Pontifices in Albanam villam convocaverat. Quod supra jam dictum, atque auctor est Plinius IV. Epist. 11. Vel etiam, quia Imperatores hos sibi titulos ac munera sæpe vindicabant. Sueton. Tit. c. 9. Pontificatum Maximum ideo se accipere professus, ut puras servaret manus.

47 *Cum plena et littora, &c.*] Cum non urbs tantum, sed omnes Italiæ anguli, ipsaque littora plena forent delatoribus.

48 *Dispersi inquisitores*] Huc et illuc passim volitantes, explorantes, insidiantes.

Algæ] Herba marina est. Ponitur

Inquisitores agerent cum remige nudo,
Non dubitaturi fugitivum dicere piscem,
Depastumque diu vivaria Cæsaris, inde
Elapsum veterem ad dominum debere reverti?
Si quid Palphurio, si credimus Armillato,
Quicquid conspicuum, pulchrumque est æquore toto,
Res fisci est, ubicumque natat. Donabitur ergo,
Ne pereat. Jam letifero cedente pruinis
Auctumno, jam quartanam sperantibus ægris,

erant plurimo denuntiatore? Quippe *statim exploratores algæ vagabundi accusarent remigem spoliatum, nec ambigerent affirmare elapsum* hunc *piscem, et in Cæsaris dudum vivariis enutritum, ex iis effugisse,* atque adeo *redire oportere ad antiquum possessorem. Si fidem aliquam habemus Palphurio, vel Armillato, quodcumque eximium est et præstans ex universo mari, ubi ubi nat, ad fiscum id pertinet. Itaque dabitur, ne deperdatur, lethali Autumno jam jam locum dante glaciei, jam ægrotis*

---

pensi 68. 71. 73. *dispersi* (immo *dispersæ*) *protenus alni* (h. e. navium naufragarum et dispersarum) *Inquisitores,* quales erant Palphurius et Armillatus, emend. Grævius. Præstiterit *alti*, h. e. maris, *inquisitores*, vel *alto*, in mari, per mare etiam dispersi, vel *aulæ Inquisitores*, i. e. delatores Cæsaris. Sed vulgata lectio aptissima.—51 *vinaria* 45. 59. *convivia* 46. 48. 49. 55. 57.—53 *Palphurio* 56. 60. 65. 74. *Parfurio* 17. 19-22. *Parphutio* 11. *vel creditur* 11. *Armilato* 60. *Armiliato* 10.—54 *ex æquore* 10. 14. 27. 45. 57. 74. *in æquore* 15. *æquore toto est* 12. *ex æquore toto est* 19. 20. 21. 23. 24. 25. 46-50. 55. 58. 61. 63-69.—55 *natet* 26.—56-69 ejecti e 13. In omnibus, quas vidi, editt. post *pereat* comma, et post *ægris* punctum reperitur, quo prorsus turbatur vera h. l. sententia.—57 *Auctumno* scripsi pro *Autumno*, quoniam vox descendit ab *augere*

NOTÆ

vel pro littoribus; vel pro vilibus quibuslibet rebus, quarum tamen erant inquisitores ac delatores. Proverb. 'Vilior Alga.' Virgil. Eclog. 7.

49 *Agerent cum remige nudo*] Pauperem et innoxium piscatorem reum protinus agerent, ac raperent in jus, atque ad Tribunal ipsius Imperatoris.

51 *Vivaria*] Vide supra Satir. III. ad vs. 308. Vide et Macrob. III. 13.

52 *Veterem ad dominum*] Ad Domitianum Imperatorem.

53 *Palphurio, Armillato*] Hi Consulares fuerant viri, qui per delationes Domitiani gratiam captavere. Sueton. Domit. c. 13. refert *Palphurium* Suram olim Senatu pulsum, pro eo vero in Capitolino certamine de Oratoribus coronato universos Imperatori supplicasse, ut restitui placeret. *Armillati* quoque meminit alibi idem Suetonius.

55 *Fisci*] 'Fiscus,' inquit Ascon. Pæd. 'est sacculus ad majoris pecuniæ summam capiendam, et pecuniam publicam.'

56 *Ne pereat*] Ne corruptum pereat, quandoquidem vendi non licet, ex Palphurio et Armillato juris summis Interpretibus; ergo donandum Imperatori. Ita secum miser is piscator.

Letifero Auctumno] Tunc enim frequentes morbi, qui pariter acuti et exitiales ea tempestate, teste Hippocr. III. Aphor. 9. Item Galen. &c.

57 *Quartanam sperantibus ægris*] Timentibus. Ita Virg. 'Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.' Con-

Stridebat deformis hyems, prædamque recentem
Servabat: tamen hic properat, velut urgueat Auster.
Utque lacus suberant, ubi, quanquam diruta, servat
Ignem Trojanum, et Vestam colit Alba minorem,

quartanam expectantibus. Horrens bruma stridorem edebat, et piscem *recenter captum conservabat: attamen festinat ille, quasi instet Notus. Et cum* jam *adessent lacus, ubi Alba quamvis destructa custodit ignem Trojanum, ac inferiorem Vestam*

vel *auctum*, ut et *auctor* et *auctoritas*, ap. Dion. *αὐτοκράτωρ*. Accedunt lapides et inscriptt.—58 *hyems* rectius scribitur quam *hiems*, a Gr. *ὕω pluo*, unde propr. est pluvia ac tristis tempestas.—59 *hinc* 49. 50. *urgueat* reposui pro *urgeat*, quoniam ita in optimis libris et nummis reperitur, ut *tinguo*, *unguo* al. v. Pier. ad Virg. Æn. v. 202. et Drakenb. ad Sil. vi. 265.—60 *lucus* 65. *suberant* i. 28. al. *suberat* 15. *subeunt* 17. a m. pr. *subeant* 14. 17. a m. sec. *superant* (h. e. transeunt, scil. piscator et inquisitores) 2. 3. 5. 11. 68. 74. *nunquam* 14. *tunquam* 47. 57.—61 *ac* 27. 47. 48. 50. 64. *vestem* 16. 60.—63 *Excessit* 14. 29. *Et*

NOTÆ

tendunt aliqui in propria significatione sumendam vocem, *sperantibus*, Celsi auctoritate freti, qui ait quartanas febres neminem jugulare; adeoque ægros sperare et cupere, tertianam in quartanam mutari. Sed quæ fides?

58 *Stridebat deformis hyems*] *Hyems* erat, sæviebat sibilus ac stridor ventorum Aquilonarium. Cic. Tusc. q. i. n. 68. 'Horrifer Aquilonis stridor.'

59 *Servabat*] A putrefactione tuebatur: frigus nempe et Aquilo corruptionis omne periculum arcebant.

Tamen hic properat] Piscator tamen inquisitorum sævitiam pertimescens, rhombum Imperatori donare festinat, non secus ac si æstas vel autumnus, et flans in eis Auster, putredinis metum injicerent.

Auster] Ventus meridionalis, quo tepescens aër carnes et pisces facile corrumpit. Galen. in Aphor. 5. l. iii. Hunc ait varias ægritudines invehere. Horat. Od. ii. 14. 'Frustra per Autumnos nocentem Corporibus metuemus Austrum.'

60 *Utque lacus suberant*] Cum prope essent lacus Albani: vel, cum piscator et inquisitores portentosum piscem deferentes Domitiano, colles Albanos in quibus tum erat Imperator, ascenderent, et lacus qui sunt ibi, subjectos quasi sibi cernerent. Legunt quidam, *superant*, id est cum jam transivissent illi Albanos lacus, et pergerent ad Domitianum tum forte (ut solebat quotannis, ex Sueton.) ibi Quinquatria celebrantem Minervæ, cui collegium instituerat Sacerdotum, quibus præerat velut Pontifex Summus. Vide supra vs. 46. et Sat. ii. vs. 83.

Quanquam diruta, servat ignem Trojanum] Alba quidem a Tullo Hostilio diruta fuerat, tecta solo adæquata, unaque hora quadringentorum annorum opus, exceptis tamen Templis, periit; teste Livio i. 29. At cum Albani fortunæ subirati patria Sacra neglexissent, ac Deorum cultum; prodigia contigere, quibus illa instaurari jubebantur. Ita Alba quanquam diruta servavit ignem illum inextinctum, quem cum reliquis omnibus Tullus Romam transtulerat: (Livius i. 31.) antea tamen jam a Numa usurpatum. Plutarch. Dionys. Halic. ii. Gell. i. 12.

61 *Trojanum ignem*] Cujus perpe-

Obstitit intranti miratrix turba parumper.
Ut cessit, facili patuerunt cardine valvæ.
Exclusi spectant admissa opsonia Patres.
Itur ad Atridem. Tum Picens, Accipe, dixit,
Privatis majora focis: genialis agatur
Iste dies, propera stomachum laxare saginis,

observat, multitudo obstupescens aliquantulam ingressuro moram attulit. At *ubi locum dedit, fores apertæ sunt volubili cardine: Senatores non admissi dapes illatas opperiuntur: pergitur ad Atridem. Mox Picenus ait: Sume quæ superant vulgarem caminum; celebretur hic dies Genio; festina stomachum aperire pinguedine,*

---

cessit 10. 11. 15. 16. 17. 19-25. 45-50. 54-70. 74. *At* vel *Sed cessit* emend. Schurzfl. Ego solam distinctionem mutavi. Piscatori *intranti parumper obstitit turba miratrix:* sed *ut cessit* ei hæc turba, stupore remisso, facilis illi patuit aditus. *faciles* 26. Parum interest. *fragili* 45.—64 *expectant* 17. 20. 21. 23. 26. 27. 29. 45-50. 54-56. 59. 60. 61. 63. 64. 65. 74. prob. Prateo, qui h. l. ita interpretatur: 'Patentibus valvis introducti, qui munera portabant, exclusis etiam Senatoribus, qui Domitianum comitati fuerant, quique interim foris stant, et expectant, quid inde fiat.' *obsonia* scribunt et ediderunt multi. Sed est Gr. ὀψώνιον.—65 *tunc* 21. 22. 27. 45-47. 49. 50. 60. 61. 63. 65. *Picens* 15. *Picrus* 16. *Piscens* 21. a m. sec. 22.—67 *Ista* 22. *lassare* 22. *saginam* 1. 9. a m. pr. Vetus scholion est: 'Alii *sagittis*, ut sit sensus, *acutis curis*, ut exercitatione sagittarum. Digestioni, inquit, et harenis, (forte leg. *sagittarum, digestionem invita. Alii* SAGENIS) quibus vectari illum debere dicit, ob

NOTÆ

tui servandi in Templo Vestæ, quod fatale esset pignus Imperii, mos invectus ab Ænea Trojanisque: et hinc a Romanis assumtus. Vide Alex. ab Alex. v. 12.

Vestam minorem] Nam major ea, quæ Romæ religiosius celebatur, habebatque Templum pulchrius a Numa ædificatum. Vide supra ad vs. 10.

Alba] *Alba* longa nimirum ab Ascanio condita, distans Roma quindecim fere millibus passuum. Ex rideribus illius hæc quondam creverat, et nunc etiam Albanum, urbs adjacens, vulgo, *Albano*, Episcopatus tribui solitus alicui e sex Cardinalibus antiquioribus.

62 *Turba*] Seu populi, seu Albanorum Sacerdotum cupiditate videndi tanti piscis affluentium.

64 *Exclusi spectant*] *Spectant*, id est, cum admiratione contemplantur. Alii codices habent, *expectant;* id est, patentibus valvis introducti qui munera portabant, exclusis etiam Senatoribus qui Domitianum comitati fuerant, quique interim foris stant, et expectant quid inde fiat.

65 *Atridem*] Domitianum, qui Romanis imperabat, sicut Græcis Agamemnon Atrei filius. Adde quod Atrei Atridarumque mentio Domitiani crudelitatem exhibet ac perstringit. Vide Senecæ Thyest. et Agamemn. item Euripidis Orestem, &c.

Picens] Piscator oriundus e Piceno Italiæ regione, hodie *Marchia Anconitana*, ad sinum Adriaticum.

66 *Privatis majora focis*] Adulatorie; una Imperatoris mensa dignum ferculum.

Genialis] Vide Persii Satir. II. vs. 3.

Et tua servatum consume in sæcula rhombum.
Ipse capi voluit. Quid apertius? Et tamen illi
Surgebant cristæ. Nihil est, quod credere de se
Non possit, cum laudatur Dis æqua potestas.
Sed deerat pisci patinæ mensura. Vocantur

atque comede rhombum ævo tuo reservatum. Ipse sponte irretitus est. Quid evidentius? Ac nihilominus is cristas arrigebat. Nihil est quod nequeat existimare de se, quando collaudatur, potentia Numinibus æqualis. At catini amplitudo pisci non

cibum futurum. Legitur et *saginis*, i. e. escis futuris stomachi indigestum (legend. stomachum digestioni) præparare.'—68 *tempora* pro *secula* 14. *rombum* 21. *rumbum* 16. 22. 27. *rhumbum* 23.—69 *Ille* 19. *rapi* 16. *at tamen* 23. —70 *Sic opus est nihil, quod* 13.—72-154 ejecti e 13. *spatium* pro *mensura* 84.

NOTÆ

69 *Ipse capi voluit*] Quasi sciens et gaudens se ad te deferendum, atque Imperatorio stomacho inserendum ac sepeliendum.

Quid apertius] Meram hanc esse assentationem, quis non sentiat?

Illi surgebant cristæ] Ex Proverbio, seu pisci, seu potius Imperatori præ vana alacritate ac superbia. Is enim mirum quantum adulationibus gaudebat, atque illis intumescebat. Ceterum quicquid alii sentiant, mihi probatur magis alia aliorum locum hunc interpretandi ratio, hoc verior ac melior quo simplicior. Ergo non sint hæc Poëtæ verba: *Quid apertius?* Sed piscatoris Domitiano adulari pergentis hoc modo: quid apertius, quam piscem capi voluisse, ut ad Imperatorem deferretur? ut mox salse Poëta subjungat: et tamen illi rhombo surgebant cristæ spinæque in dorso, satisque ostendebat indignationem, quod captus esset. Verum Domitianus turpi nihilominus adulatione gaudens facile credebat piscem capi voluisse, Imperatoriæ gulæ et vanitati obsequentem.

70 *Nihil est, quod credere, &c.*] Suprema auctoritate divinæ simili Principes inflati obcæcatique nihil non de se credere parati sunt, præsertim si adulatores adjuvent. Sic apud Sueton. Calig. c. 22. 'Is divinam sibi majestatem asserit; modo Jupiter Latialis salutatur: modo Castorem inter et Pollucem consistens adorandum se præbet; modo Jovis Olympii aliorumque Numinum simulacris demto capite, suum imponi mandat.' Sic Domit. c. 13. ille dictans Epistolam ita incipit: 'Dominus ac Deus noster sic fieri jubet:' unde non alio deinceps nomine appellari institutum. Hinc in Domitianum salse Martialis Epig. v. 8. 'Edictum Domini Deique nostri.' Sic et Alexander ille Magnus per subornatos Antistites Hammonis filius salutatur, ac pro Deo non pro Rege coli jubetur. Ipse vero Hammone se patre censeri imperat. Apud Justinum l. II. et l. XII. adorari se jubet, recusantes autem Macedonum Principes sub specie insidiarum de medio tollit. Sic etiam Antiochus, sic Diocletianus Dii voluerunt cognominari, &c.

71 *Dis æqua potestas*] Quia neminem supra se vident aut verentur.

72 *Sed deerat pisci patinæ mensura*] Martial. Epig. XIII. 81. 'Quamvis lata gerat patella rhombum, Rhombus latior est tamen patella.'

Vocantur in concilium proceres] Ad deliberandum quo possit modo

Ergo in consilium proceres, quos oderat Ille;
In quorum facie miseræ magnæque sedebat
Pallor amicitiæ. Primus, clamante Liburno,
Currite, jam sedit, rapta properabat abolla
Pegasus, attonitæ positus modo villicus Urbi.

oderat par: *itaque in consultationem accersuntur Principes, quos is aversabatur; in quorum vultu residebat pallor miserabilis et summæ familiaritatis. Tum vociferante Liburno, accedite, jam consedit; ante alios accurrebat sumta chlamyde Pegasus*

a m. pr. Manifestum glossema, quod vel e violatis metri legibus intelligitur. —73 *concilium* 14. 21. a m. sec. 46. 48. 56. 59. 60. 63. 65. 77. Male, si verum est, *consilium* et *concilium* ita differre, ut hóc de cœtu hominum, qui audiendi, illud de conventu (*βουλῇ*) eorum, qui deliberandi causa conveniant, dicatur; quod monent Ernesti in Clav. Cic. Gron. ad Liv. XLIV. 2. Jani ad Horat. Od. III. 25. 6. Heyne ad Virg. Ge. I. 25. et Æn. VI. 433. IX. 227. X. 2. XI. 234. 304. 469. Crediderim tamen, voc. *concilium* (a *concieo*) de omni conventu adhiberi posse, neque in eo inesse vim audiendi. Cf. inf. v. 145. et Heins. ad Claudian. in Eutrop. II. 325. *oderat ipse* 21.—75 *clamante tribuno* 24.—76 *sedet* 12. 14-17. a m. sec. 19. 22-24. 45. 49. *cedit* 60. *et rapta* 22. 23. *obolla* 65. —77 *urbis* 60. 65.—78 *tum* 11. 17. 19. 26. Præstiterit *nunc*. *hic* ante *quorum*

NOTÆ

tantus piscis coqui, condiri, apponi, an concisus in partes, an integer.

73 *Quos oderat*] Domitianus Tyrannorum more Nobiles inprimis oderat.

74 *In quorum facie, &c.*] Quorum facies erat pallida præ metu, ne simulata ne insidiosa foret tanta illa Domitiani familiaritas. 'Is enim,' ut ait Suetonius, 'non magnæ solum, sed etiam callidæ inopinatæque erat sævitiæ.' Sic, 'Aretinum Clementem Consularem virum, e familiaribus suis, capitis condemnaturus, in majore quam ante gratia habuit.' Sic etiam 'Auctorem Summarum pridie quam crucifigeret, in cubiculum vocavit, assidere juxta coëgit, parte cœnæ suæ dignatus est, denique securum hilaremque dimisit.' Sueton. Domit. c. 11. Vide etiam Sat. I. vs. 33.

75 *Primus properabat*] Primus Senatorum venit vocatus in concilium.

Clamante] In concilium advocante, et magnis vocibus instante, ne sedentem jam Imperatorem morarentur.

Liburno] Is admissionibus præerat, inquit vetus Schol. Alii dicunt præcones peti e Liburnia solitos, quod Liburni essent sonora et valida voce. Verum id gratis affirmare videntur. Porro Liburnia regio Illyrici, ubi nunc Croatiæ pars maritima cum parte Dalmatiæ Occidentalis.

76 *Jam sedit*] Jam in concilio sedet Domitianus.

Rapta] Veste raptim ac trepide assumta.

Abolla] Vestis erat militaris, ex Nonio; philosophica etiam, supra Sat. III. vs. 115. necnon Senatoria, ut aiunt quidam, diciturque quasi *abulla*, quod undique bullata. Prudent. Epig. I. 20. contra Symmachum: 'Adjectus fastis palmata insignis abolla.'

77 *Pegasus*] Is Albanus civis, Juris adeo peritus, ut liber vulgo non homo diceretur. De eo scripsit etiam; unde Jus Pegasianum. Præterea plurimis functus honoribus, multis quoque Provinciis præfuit: ipsique urbi Romæ a Vespasiano præfectus. Vetus Schol.

Anne aliud tunc Præfecti? quorum optimus, atque
Interpres legum sanctissimus, omnia quanquam
Temporibus diris tractanda putabat inermi
Justitia. Venit et Crispi jucunda senectus,
Cujus erant mores, qualis facundia, mite
Ingenium. Maria, ac terras, populosque regenti
Quis comes utilior, si clade, et peste sub illa
Sævitiam damnare, et honestum afferre liceret

civitati stupefactæ villicus nuper constitutus. Numquid enim *aliud tum* erant *præpositi? Inter quos maxime probus ac integer* ille *Jurisconsultus censebat* molliter *agenda universa jure sine armis, licet tempestate sæva. Advolavit etiam Crispi hilaris senecta, cujus indoles erat similis eloquentiæ,* ac *lenis animus. Ecquis assecla fructuosior gubernanti mare, terramque, et nationes; si fas fuisset condemnare crudelitatem, et bona dare monita, inter eam calamitatem atque perniciem? Verum*

additur in 20. 21. et post *atque* in 19. *atque hic* 29. 59. 60. 65. 68.—81 *et* abest ab 11.—84 *ac peste maligna* 22.—85 *Sævitiem* 16. *ferre* 12. 14-17. 19.

NOTÆ

Villicus] Quod Roma tunc esset veluti villa, sine libertate, sine privilegiis. Hinc non præfectus Pegasus appellatur, sed *Villicus*.

Attonitæ urbi] Quia non civem Romanum sibi præpositum cernit sed alienigenam; et quod se misere oppressam sentit, Roma stupet.

78 *Anne aliud*] An tunc Præfecti aliud videri possunt quam villici Imperatori velut domino ad nutum servientes, et de omnibus rationem redditnri.

Quorum optimus, &c.] Pegasus nimirum.

80 *Tractanda putabat inermi justitia*] Patienter sustinendam hanc veluti procellam, ac serviendum tempori calamitoso, quo non jus vigebat sed injuria; nec ratio, sed Imperatoris sævitia ad arbitrium omnia faciebat. Cui tanquam torrenti si quis obex opponeretur, non levaret malum, sed augeret.

81 *Crispi jucunda senectus*] *Crispus* in senectute non morosus sed hilaris et festivus. Intelligunt aliqui Crispum Passienum, Oratorem, bis Consulem, Agrippina uxore ac Nerone privigno clarum: cujus meminit Plinius l. XVI. cap. ultimo. Ego malim cum aliis, Vibium Crispum, Placentinum, de quo Quintilianus x. 1. sub finem ita loquitur: 'Vibius Crispus, compositus et jucundus, atque delectationi natus, privatis tamen causis quam publicis melior.' Is interroganti cuidam, essetne quis intus cum Cæsare, facete respondit, ne musca quidem: quod soleret Domitianus quotidie se conclavi suo includere, initio quidem Principatus, ubi per id tempus nihil alind quam muscas captabat, ac stylo præacuto configebat. Sueton. Domit. c. 3.

83 *Regenti*] Orbem gubernanti Domitiano.

84 *Quis comes utilior*] Quam Crispus, ob ingenium mite, quo immitis Tyranni indoles temperari alioqui potuisset?

Clade, et peste sub illa] Sub Domitiano, qui clades velut et pestis bonorum omnium.

Consilium? Sed quid violentius aure tyranni,
Cum quo de pluviis, aut æstibus, aut nimboso
Vere locuturi fatum pendebat amici?
Ille igitur nunquam direxit brachia contra
Torrentem, nec civis erat, qui libera posset
Verba animi proferre, et vitam impendere vero.
Sic multas hyemes, atque octogesima vidit

quid iracundius auricula Tyranni? Apud quem verba facienti de imbribus, vel de nimiis *caloribus, vel* de *vere nebuloso, familiari mors imminebat. Is itaque non intendit unquam lacertos adversus torrentem. Neque civis extabat, cui liceret ingenue sensa mentis aperire, ac vitam dare veritati. Ita complures hyemes, et octogesima solstitia*

20. 22-27. 45-49. 54-60. 64. 65.—86 *et si quid* 19.—87 *de nimbis, aut æstibus, aut pluvioso* edidit Marshall, nescio qua auctoritate motus.—91 *Verba animi* Juvenalem dixisse vix crediderim, etsi non ignoro, in antiquissima rudiumque populorum lingua *cogitationes animi* vocari *verba*, et *loqui* simpl. (ut Hebr. אמר) vel *loqui in corde* (אמר בלבו) idem esse quod sentire s. cogitare. Legendum forte *animo proferre*, vel *Sensa* pro *Verba*, ut hæc vox e marg. irrepserit.—92 *adque* 22.—93 Vulgo non male comma post *Solstitia*, et punctum

NOTÆ

86 *Quid violentius aure Tyranni*] Hic enim rapide fertur in vindictam et cædem, seu quid loquaris quod ipsi minus placeat; Sueton. Domit. c. 10. seu quid adversus aliquem licet innoxium ei suggerant delatores et adulatores. Certe delicatas habet aures quilibet Princeps. Hinc Sapiens monet, Eccles. c. 8. 'Ne litiges cum homine potente,' &c. et Proverb. c. 23. 'Quando sederis cum Principe, diligenter attende:.... Statue cultrum in gutture tuo.' Persius autem Sat. I. vs. 107. 'Sed quid opus teneras mordaci radere vero Auriculas?' &c.

87 *De pluviis, aut æstibus, &c.*] De frivolis quibusvis rebus si quid affirmes Tyranni sententiæ adversum, quodque licet jocose dictum, eum offendat, ultionem ille continuo meditabitur. Sic Domitianus levissima de causa multos peremit etiam graves viros. Vide Sueton. Domit. c. 10.

88 *Fatum pendebat amici*] Nemini quippe Tyrannus parcit. Sueton. Domit. c. 11. Neron. passim, &c.

89 *Ille igitur nunquam direxit brachia contra torrentem*] Crispus igitur prudenter eluctatus est mala, nusquam adversando tyrannidi; nihil ceteroqui profuturus, si secus fecisset. Contra torrentem niti dicitur is qui quidlibet incassum tentat.

91 *Vitam impendere vero*] Mortis adire periculum, animi sensa veritatemque libere dicendo, ut fecit Papinianus, quem ferunt occisum ab Antonino Caracalla, quod huic post interfectum fratrem Getam, mandanti ut facinus dilueret cum in Senatu, cum apud Populum, respondit, non ita facile parricidium excusari posse, quam fieri. Spartian. in Anton. Caracalla.

92 *Multas hyemes*] Poëtica locutio, multos annos. Synecdoche.

Octogesima vidit solstitia] *Solstitium* quasi *Solis statio*, quæ duplex in anno, hyemalis et æstivalis, quando Sol Tropicos attingit. Hinc non *octoginta* dixit Juvenalis *Solstitia*, quæ face-

Solstitia. His armis illa quoque tutus in aula,
Proximus ejusdem properabat Acilius ævi
Cum juvene, indigno, quem mors tam sæva maneret,
Et Domini gladiis tam festinata: sed olim
Prodigio par est cum nobilitate senectus;
Unde fit, ut malim fraterculus esse gigantis.

conspexit, *illis armis* instructus, *securus etiam in ista aula. Acilius similis ætatis* continuo *festinabat cum adolescente non merente ut eum mors expectaret adeo crudelis, atque Imperatoris ensibus adeo accelerata. At quondam senium in nobilibus erat* quid *portento simile. Hinc efficitur ut satius ducam esse fratrem gigantum. Nihil igitur in-*

post *aula*; sed perperam comma post *armis* in omnibus, quas vidi, editt. ponitur: nam jungenda verba, *tutus his armis*, et in voce *illa* magna vis inest, quæ forte augetur, si ei τὸ *quoque* junxeris.—94 *Acillius* 23. *Achilius* 22. *Atilius* 11. 46. 48.—95 *indigne* 16. Suspicabar aliquando *indignus*. *quod mors* 22. *manebat* 14.—96 Versus ab alia manu scriptus in 10. *gladiis domini* 21. *jam destinata* 11. 12. 14-17. 19-27. 45-49. 54-63. 65. 66. 67. 71-74. adversante metro: nam secunda syll. voc. *destinata* brevis est. Hinc Lipsius Epistol. Quæst. lib. IV. Ep. 25. vel *tam festinata*, vel *jam designata* reponi jubebat. Alii editores hoc, alii illud recepere, ne laudato quidem emendationis auctore. *jam designata* 69. *jam festinata* 33. a m. sec. 50. 64. 68. *tam festinata* 28. 70. 75. 76. 77. 81. 82.—97 *Par est prodigio* 22. *in* pro *cum* 7. 10. 11. 14-17. 19-25. 45-50. 54-63. 65-70. 74.—98

NOTÆ

rent annos tantum quadraginta, sed per *octogesima solstitia*, significavit annos octoginta, quibus jam sub Nerone, ac deinceps, in media tyrannide tutus vixit Crispus, Cæsaribus nunquam non gratiosus. Quæ videntur ironice dicta, cum inter claros magis quam inter bonos censeatur Crispus apud Corn. Tac.

93 *His armis*] Assentando, connivendo, cedendo tempori, sibi consulendo. His artibus.

Illa quoque tutus in aula] Etiam sub Domitiano, qui terribilis cunctis et invisus. Sueton. Domit. c. 14.

94 *Proximus*] Secundus post Crispum.

Acilius] *Acilius* Glabrio Consularis, quem Domitianus exulantem interfici jussit quasi molitorem rerum novarum. Sueton. Domit. c. 10.

95 *Cum juvene*] Quis ille, haud constat. Quidam juvenem Helvidium, de quo Sueton. Domit. c. 10. Quidam ipsius Acilii filium intelligunt, cum Schol. veteri, qui sic habet: 'Acilius Consul sub Domitiano fuit, indignus pati quæ passus est. Hujus filium juvenem cum occideret, ipsum Acilium servavit, qui pœnas sentiret orbitatis.'

96 *Tam festinata*] Legunt alii, *jam designata*: alii, *jam destinata*, repugnante metro, nam *destino* mediam syllabam corripit.

97 *Prodigio*] *Prodigia* vocari, quia prædicunt, sicut ostenta, monstra, portenta, quod ostendunt, monstrant, portendunt, suntque præsensiones rerum futurarum, Auctor est Tullius 2. de Nat. Deor. n. 7. et 1. de Divin. n. 93.

Prodigio par est cum nobilitate senectus] Nimirum, ut supra diximus, Nobilitatem semper oderunt Tyranni, et cum licet, pessumdant. Hinc Eccles. c. 10. 'Omnis potentatus brevis vita.'

98 *Malim fraterculus esse gigantis*]

Profuit ergo nihil misero, quod cominus ursos
Figebat Numidas, Albana nudus arena
Venator. Quis enim jam non intellegat artes
Patricias? quis priscum illud miretur acumen,

felici contulit, quod ursos Numidicos prope confodiebat denudatus venator in *arena Albana. Nam quis modo non comprehendat astus Nobilium? Quis admiretur veterem tuam*

Ut non sit 22. *mallem* 16. *gigantis* 3. 4. 5. 10. 12. 13. 14. 17. 19-24. 45. 47. 49. 54. 57. 58. 70. 75. 76. 82. *gigantum* 11. 15. 16. 25. 46. 48. 50. 55. 56. 59-69. 71-74. 77. 81.—99 *quo minus* 15.—100 *Numidos* 22. a m. sec. *harena* 14. 21. 22.—101 *jam* abest a 14. 16. *intelligeret* 14. *intelligit* 15. 77. *intellegat* pro *intelligat* 17. Rectius; unde receptum.—102 *miretur* pro *miratur* revocavi ex 25. 46. 48. 49. 54. 55. 56. 59. 60. 62. 64-74. quoniam exquisitius est, et præcessit

NOTÆ

Malim humilis esse ac obscurus, et ex genere eorum, qui propterea dicuntur Terræ filii ac gigantes, a γίνεσθαι, et γῆ. Vide Pers. Satir. VI. vs. 57. et seq. et quæ nos ibid. et Ang. Polit. Miscell. c. 18.

99 *Misero*] Juveni Acilio.

Quod cominus ursos figebat] Non sine magno vitæ periculo, captans gratiam Domitiani, qui gaudebat venationes edere scenicosque ludos, in Albæ Amphitheatro, dum Quinquatria Minervæ quotannis celebrabat, teste Suet. Domit. c. 4. ubi feras varii generis centenas ipse conficere arte summa industriaque spectatus est. Ibid. c. 19.

Ursos Numidas] Id est, leones validos ex ea regione Africæ, quæ hodie *Biledulgerid*. Porro Numidia proprie dicta sita erat ubi nunc sunt Bugiæ et Constantinæ regna in ditione Algeriana. Magnam hic litem Plinio movent nonnulli, quam tamen scite dirimit Just. Lipsius Elect. II. 4. ubi Plinium egregie vindicat, expeditque locum ejus VIII. 36. Arido certe calidoque solo non gaudent ursi, unde nulli sunt in Africa, aut rari admodum iique minuti ac imbelles in montana forte aliqua parte. Hic igitur intelligendi leones, quos quidem ubi primum Romani conspexerunt, noto nomine ac domestico appellabant *ursos*, Numidicos autem Libycos, aut Africanos, ad distinctionem. Unde et communi sermone Virgilius Æneid. 5. et 8. dixit, 'pellem Libystidos ursæ?' pro, *leænæ*. Neque vero quenquam movere debet auctoritas Herodoti, Solini, Strabonis, ut docet ibidem Lipsius erudite.

100 *Albana arena*] Vide superiorem Notam.

Nudus venator] Vel, sine armis, et solo robore corporis feras debellans; vel etiam sine vestibus, ut amentiam simularet, exemplo Bruti, de quo mox infra.

101 *Artes patricias*] Jam callet Domitianus artes Nobilium, qui metu mortis stoliditatem simulant, Junium Brutum imitantes.

102 *Priscum illud acumen, Brute, tuum*] Audiens enim Brutus fratrem suum cum primoribus civitatis interfectum, Tarquinii Superbi avunculi sui sævitiam elusit stupidum se fingens ac bardum: sicque iram dissimulans, et suæ tum vitæ consuluit, et ultionis occasionem tandem est consecutus. Tit. Liv. I. 56.

Brute, tuum? Facile est barbato imponere regi.
Nec melior vultu, quamvis ignobilis, ibat
Rubrius, offensæ veteris reus atque tacendæ,
Et tamen improbior satiram scribente cinædo.
Montani quoque venter adest abdomine tardus;
Et matutino sudans Crispinus amomo,
Quantum vix redolent duo funera; sævior illo
Pompeius tenui jugulos aperire susurro;

istam solertiam, o Brute? Arduum non est decipere barbatum regem. Ibat et Rubrius non potior facie, quanquam plebeius, conscius autem *priscæ culpæ et silendæ; ac nihilominus pejor* * * *Satiras componente. Præsto etiam fuit Montani alvus ventre lentus: nec non Crispinus mane distillans amomum, quantum vix exhalant duæ funebres* pompæ: tum *Pompeius eo crudelior incidere guttura levi obmurmu-*

intellegat.—105 *Claudius* forte s. *Clodius* substituendus in locum Rubrii, et hæc verba ex iis explicanda, quæ Suet. Domit. c. 1. de Clodio Pollione et poëmate Neronis *cinædi* memoriæ prodidit.—109 *non* pro *vix* 22. a m. sec.—112 *prædia*

NOTÆ

103 *Barbato Regi*] Primis Regibus illis rudibus, nec dum astutis, ut est jam Domitianus. Prisci quidem Romani per annos quadringentos quadraginta quatuor *barbati* permansere, ac sine tonsoribus, donec eos in urbem accersivit e Sicilia P. Ticinius Mena: quod asserunt Varro II. de Re Rust. cap. ult. et Plin. VII. 59. Vide et Gellium III. 4. et Alex. ab Alex. V. 18. et quod nos ad Pers. Sat. IV. vs. 1.

104 *Nec melior vultu*] Non lætior aut confidentior. Nec enim Domitianus Nobilitati solum infestus, sed et cuivis e plebe.

105 *Rubrius*] Is e Gallia oriundus, humili genere, Domitiano tamen familiaris; unde et indignatio Poëtæ, omnibusque bonis.

Offensæ veteris reus] Quæ illa? Non liquet. Stuprum cum Julia afferunt nonnulli, suamque in sententiam trahere conantur vet. Schol. quasi Juliam a *Rubrio* corruptam, non Tibiam scripserit, ut legitur vulgo.

106 *Satiram scribente*] Nerone, qui probroso carmine Quintianum perstrinxit velut mollem ac flagitiosum, suaque in illo vitia impudenter reprehendit. Corn. Tac. Annal. 15.

107 *Montani quoque venter adest, &c.*] Adfuit et *Montanus* ventre obeso ac prominente, hincque tardus incessu. Hujus mentio est apud Tacitum Annal. XVI. et Histor. IV.

Abdomine] Pars est ima ventris.

108 *Matutino sudans Crispinus amomo*] *Crispinus*, de quo fuse supra, non ante cœnam duntaxat, ut alii, lavans et ungens corpus, sed mane se unguentis perfundens, summa luxuria.

Matutino amomo] *Matutinum amomum* quidam explicant ex Oriente advectum, ubi mane Sol. De *amomo* Plinius XII. 13. Preciosum fit unguentum ex eo frutice.

109 *Quantum vix redolent duo funera*] Vide Pers. Sat. VI. vs. 35. et seq. et quæ nos ibid.

110 *Pompeius*] *Pompeius* Rufus Crispino etiam perniciosior. De illo Plin. lib. III. Epist. 9. sub finem.

Sævior aperire jugulos, &c.] Græcis-

Et, qui vulturibus servabat viscera Dacis,
Fuscus, marmorea meditatus prælia villa;
Et cum mortifero prudens Veiento Catullo,
Qui nunquam visæ flagrabat amore puellæ:
Grande, et conspicuum nostro quoque tempore monstrum!
Cæcus adulator, dirusque a ponte satelles,

ratione: et Fuscus, qui bella animo *volutans* in *villa e marmore, Daciæ vulturibus intestina* sua *reservabat: et callidus Veiento cum lethali Catullo, qui ardebat cupidine virginis nunquam aspectæ; magnum atque spectabile prodigium nostro etiam ævo, assentator oculis orbatus, ac sævus minister a ponte, meritus corrogare stipem*

16.—113 *Vegnento* 22. *Vegento* 26. Cf. ad vs. 123.—116 *e ponte*, ut inf. xiv.

NOTÆ

mus, id est, sævior in afferenda multis pernicie ac morte per suas tectas delationes atque susurrationes apud Domitianum.

111 *Vulturibus*] Hi triduo ante vel biduo solent volitare, ubi futura præsentiunt cadavera. Plin. x. 6. Vide Plutarch. Quæst. cent. Rom. 93. et Cœl. Rhodig. VIII. 18. et XXVII. 8.

Dacis] *Dacia* Europæ regio satis ampla, Transylvaniam, Moldaviam, et Valachiam comprehendens.

Qui vulturibus servabat viscera Dacis] Fusci enim cadaver expositum fuit voracitati avium ejusmodi, cum cæsus esset in Dacia, quo bellum intulerat. Martialis Epigram. VI. 76. 'Ille sacri lateris custos Martisque togati, Credita cui summi castra fuere Ducis, Hic situs est Fuscus, licet hoc, fortuna, fateri; Non timet hostiles jam lapis iste minas. Grande jugum domita Dacus cervice recepit, Et famulum victrix possidet umbra nemus.'

112 *Fuscus*] Cornelius *Fuscus* Prætorio præfectus, cui licet inexercitato secundam in Dacos expeditionem commisit Domitianus infelicibus auspiciis et malo suo. Vide Sueton. Domit. c. 6. Corn. Tacit. Histor. 2. et 3. Eutrop. l. VII. in fine.

Marmorea meditatus prælia villa] Erat enim domi nobilis, sed otio ac deliciis innutritus parum erat idoneus, cui summa belli crederetur, marmoreis ædibus magis assueto quam castris.

113 *Mortifero*] Delatore pernicioso.

Prudens] Vel, astute serviens tempori, vel doctus, teste Cornelio Tacito Annal. 14.

Veiento] Fabricius *Veiento*, de quo jam ante Sat. 3. vs. 185. et post amplius Sat. 6.

Catullo] Plin. Lib. IV. Epist. 22. 'Cœnabat,' inquit, 'Nerva cum paucis, Veiento proximus, atque etiam in sinu recumbebat. Dixi omnia cum hominem nominavi. Incidit sermo de Catullo Messalino, qui luminibus orbatus ingenio sævo mala cæcitatis addiderat: non verebatur, non erubescebat, non miserebatur; sæpius a Domitiano non secus ac tela, quæ et ipsa cæca et improvida feruntur, in optimum quemque contorquebatur,' &c.

114 *Qui nunquam visæ flagrabat amore puellæ*] Senex et cæcus puellas deperibat nunquam visas, reluctante adagio, ἐκ τοῦ ὁρᾷν γίγνεται τὸ ἐρᾷν.

116 *A ponte satelles*] Qui magis debuerat esse miser et mendicus ponti velut satelles assiduus, quam Aulæ et Imperatoris assecla.

Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes,
Blandaque devexæ jactaret basia rhedæ.
Nemo magis rhombum stupuit: nam plurima dixit
In lævam conversus; at illi dextra jacebat
Bellua. Sic pugnas Cilicis laudabat, et ictus,
Et pegma, et pueros inde ad velaria raptos.

ad axes Ariciæ, atque adulatoria dare oscula currui declivi. Nullus rhombum plus admiratus est. Etenim multa locutus est ad sinistrum versus, sed ei tamen *bestia procumbebat* ad *dextram. Ita Cilicis commendabat certamina, ac percussiones, atque pegma, juvenesque hinc elatos ad integumenta. Fabricius haud* ei *concessit:*

---

134. *aliquis de ponte*, malebat Nic. Heins. ad Ovid. Ibin vs. 420.—117 *mendicabat* 25. *Aricinas...ad arces*, h. e. ad collem s. clivum Aricinum, quin corrigendum sit vix dubito. *Axem* certe poëtis dici collem editum, non mihi persuasere Plathner et Scalig. ad Prop. IV. 1. 125. ubi Passerat. ex vet. libro recte restituit *arcis*.—119 *stupuit rhombum* 15. *rhumbum* 64. *rumbum* 21. 22. 27.—120 *lævam* (ut mox *dextra*) 16. 24. 25. 27. 28. 45-50. 54-60. 64. 65. unde restitui. *lævum* alii.—121 *Belua* pro *Bellua* scribitur 21-25. 27. 45. 47. 56. 59. 60. 65. *pugnans Cilices* 11. *pugnam* 45. *jactabat* 21.—122 *Ut* 22. *pægma* 62. 68.

NOTÆ

Dirus] Importunus ac molestus in exigenda stipe a prætergredientibus.

117 *Aricinos qui mendicaret ad axes*] Vel ad portam urbis Ariciæ, vel ab iis qui curru vehuntur per Appiam viam, in qua est Aricia. Frequentes esse mendicos ad pontes, ad urbis portas, et ad vias celebres, nemo ignorat, et jam ante notavimus ad Sat. 3. vs. 296. et alibi.

Aricinos] Aricia urbs olim Latii, colli imposita, Hippolyto conditore, et nemore proximo celebris: hodie *la Riccia*, in Campania Romana oppidulum titulo Ducatus insignitum.

118 *Devexæ jactaret basia rhedæ*] Dignus et ea premi inopia, qua victum quæritans adigeretur ad prensandas rhedas e clivo Aricino descendentes, imo ad extorquendum obolum eas blande at sordide oscularetur extensa manu. Minus ad rem videtur quod ait vetus Schol. jactari ab eo oscula ferenti mulierculas rhedæ. Nam ante velut ridiculus amator ille est notatus, hic autem summa dignus paupertate dicitur.

119 *Nemo magis rhombum stupuit*] Quam Catullus ille Messalinus, qui rhombum non viderat tamen, utpote cæcus.

120 *In lævam conversus, at, &c.*] Ea parte indicans et obstupescens magnum et ingentem rhombum, ubi non erat. Hic enim ad dextram, ille ad sinistram se vertebat.

121 *Bellua*] Prodigiosus piscis.

Sic pugnas Cilicis laudabat] Sic ille quidem temere laudabat singula; et vanas ejus assentationes ferebat amabatque Domitianus.

Pugnas Cilicis laudabat, &c.] Quasi vidisset ejus gladiatoris pugnas, sic eas adulatorie extollebat.

Cilicis] Is erat insignis gladiator e Cilicia, quæ regio est Asiæ minoris ad mare Cyprium: hodie *Caramania* est proprie dicta, non *Turcomania*, ut aliqui perperam scripsere.

Ictus] Vulnera adversario inflicta.

122 *Et pegma*] Sic etiam Catullus perinde ac si oculatus testis exti-

Non cedit Veiento: sed, ut fanaticus, œstro,
Percussus, Bellona, tuo divinat, et, Ingens
Omen habes, inquit, magni clarique triumphi:
Regem aliquem capies, aut de temone Britanno

verum quasi furens œstro tuo percitus, o *Bellona, ominatus est, aitque; Insigne augurium accipis summæ et illustris victoriæ; captivum habebis quempiam Imperato-*

---

71. 72. Est Gr. πῆγμα.—123. *Vegento* 17. 19. 21. 22. a m. sec. Cf. ad vs. 113.—125 *clari magnique* 16. 20.—126 *ut* pro *aut* 19.—127 *Excidit* 12. 17. 20. 21.

NOTÆ

tisset, in Theatro admirabatur ac laudabat machinas affabre factas.

Pegma] Machina e ligno, aliave materia sustentandis signis aut statuis idonea ad ornatum ædium. Plin. XXXIII. 3. 'Princeps Caius,' inquit, 'in Circo pegma extruxit, in quo fuere argenti pondó centum viginti quatuor.' In Theatris autem pegmata machinæ erant αὐτοκίνητα, seu tabulatum αὐτομάτως et per se assurgens ac sensim crescens, pariter ac decrescens. Martial. Spectac. Epigramm. 2. 'Et crescunt media pegmata celsa via.' Vide Scalig. Poët. I. 21.

Et pueros, &c.] Pegmati nimirum insidentes, in sublime raptos non sine stupore et oblectatione spectantium. Claudian. de Consulat. Manl. Theodori. 'Vel qui more avium sese jaculantur in auras, Corporaque ædificant celeri crescentia nexu. Quorum compositam puer augmentatus in artem Emicet, et vinctus plantæ vel cruribus hærens, Pendula librato figat vestigia saltu. Mobile ponderibus descendat pegma reductis'

Velaria] Vela quibus expansis superne theatrum integebatur adversus imbres et Solem.

123 *Non cedit Veiento*] Catulli adulationibus non cessit Fabricius *Veiento*, sed et majores addidit.

Fanaticus] Dictus a *fano*, in quo afflatus numine, Entheus, ac divino furore correptus exagitatur, vaticinatur, &c. eo nomine dicti inprimis Cybelæ Sacerdotes, de quibus Sat. 2. vs. 112.

Œstro] Muscæ genus est, quod alias asilus et tabanus, aculeo vexans et infestans armenta. Varro 2. de Re Rust. c. 5. Plinius IX. 15. 'Animal est parvum; scorpionis effigie, aranei magnitudine,' inquit. Virg. Georg. 3. 'Nomen asilo Romanum est, Œstron Graii vertere vocantes: Asper, acerba sonans, quo tota exterrita sylvis Diffugiunt armenta,' &c. *Œstrum* apud Poëtas sumitur pro afflatu divino ac furore, quo homines correpti fatigantur, atque humano quidpiam majus aut loquuntur aut faciunt. Ejusmodi *Œstro* in pellicem Io Inachi filiam immisso, Juno se ulta est: eo quippe exagitata Io in mare se præcipitem dedit.

124 *Bellona*] Minerva Jove nata, bellorum præses et inventrix, unde *Bellona* dicta est. Varro 4. de Ling. Lat.

Divinat] Præsagit, vaticinatur, et ex ingenti pisce capto ingentes ominatur triumphos.

126 *Temone Britanno*] *Temo*, lignum est illud oblongum inter equos currum trahentes, quo et currus regitur. Synecd. pro ipso curru ponitur. Porro Britanni ex essedis seu curribus

Excidet Arviragus. Peregrina est bellua. Cernis
Erectas in terga sudes? Hoc defuit unum
Fabricio, patriam ut rhombi memoraret, et annos.
Quidnam igitur censes? conciditur? Absit ab illo
Dedecus hoc, Montanus ait. Testa alta paretur,
Quæ tenui muro spatiosum colligat orbem.

rem; vel Arviragus delabetur e curru Britannico. Externa est fera. Vides spicula in dorso rigida? Illud solum desideratum est Veientoni, ut rhombi patriam ætatemque enarraret. Quid ergo judicas? An *dissecabitur? Probrum istud amoveatur ab eo, inquit Montanus; comparetur profunda testa, quæ exili pariete am-*

22. 26. 29. 33. cujus Schol. exponit: mortuus est et de regno expulsus; tanquam vaticinentur de re præsenti, vel quasi jam facta. *Armiragus* 19. *Arguragus* 21. a m. sec.—128 *Ereptas in terga* 45.—129 *rumbi* 45. 46. 47.—130 *censes* 65. *concíditur* 16.—131 *testa illa* 20. 21. a m. pr.—133 *patinæ mag-*

NOTÆ

pugnabant, ac per temonem discurrebant, &c. Vide Cæsar. de bello Gall. IV. 33.

Britanno] Britannia major nempe, Ptol. Albion. Insula Europæ maxima, Angliam et Scotiam complectitur. Virgil. Ecl. I. 'Et penitus toto divisos orbe Britannos.' *Britannia* vero minor pars est Galliæ, *Aremorica* vel *Armorica* nuncupata, de qua hic mentio non est.

127 *Excidet*] A te dejectus, o Domitiane, victus in acie, forsan et regno spoliandus.

Arviragus] Rex Britannorum.

Peregrina est bellua] Rhombus ingens peregrino captus in mari, portendit illustrem victoriam de peregrino hoste, v. g. de Britannis.

128 *Erectas in terga sudes*] Hæ notant infigenda hostium tergo tela; pergit Veiento adulator.

Sudes] Pinnas Rhombi vel spinas instar spiculorum rigentes et arrectas. Proprie *sudes* telum est rusticum, seu paxillus igne torridus ac præacutus, idem quod vallus Servio: 'Sudibus concursum, ac in modum justæ pugnæ dimicatum,' ait Livius de bello Punico.

Hoc defuit] Ironice. Cum enim ille singula persequeretur adjuncta, quin ætatem piscis inquirebat, &c.

130 *Quidnam igitur censes*] Inquit Domitianus Veientoni tot præclara ominato: Sed quid tandem de pisce fiet? Totusne, an in partes concisus coquetur?

131 *Dedecus hoc*] Ut ea qua pollet magnitudo violetur: absit. Quantus, quantus est, integer coquendus atque apponendus.

Testa alta] Vas fictile profundum et capax. Tale fuit illud, quod Vitellius, apud Sueton. c. 13. ob magnitudinem, Minervæ Clypeum dictitabat. Ejus meminit Plin. XXXV. 12. His verbis: 'Vitellius in principatu ducentis sestertiis condidit patinam, cui faciendæ fornax in campis exædificata erat: quoniam eo pervenit luxuria, ut fictilia pluris constent quam murrhina.'

132 *Tenui muro spatiosum colligat orbem*] Ejus testæ latera quidem haud spissa, at fundum sit amplum rotundumque, rhombi figuræ et magnitudini accommodatum.

Debetur magnus patinæ subitusque Prometheus.
Argillam, atque rotam citius properate: sed ex hoc
Tempore jam, Cæsar, figuli tua castra sequantur.
Vicit digna viro sententia. Noverat ille
Luxuriam imperii veterem, noctesque Neronis
Jam medias, aliamque famem, cum pulmo Falerno
Arderet. Nulli major fuit usus edendi
Tempestate mea. Circeis nata forent, an

plum circulum contineat: Catino huic *opus est summus ac repentinus Prometheus. Accelerate quamprimum lutum atque orbem: ab hac autem hora deinceps, o Cæsar, figuli comitentur exercitum tuum. Superavit dictum viro dignum. Is sciebat priscum luxum Imperatorum; et noctes Neronis jam dimidias, et esuriem alteram, quando pulmo flagrabat Falerno. Amplior epulandi peritia fuit nemini, meo tempore. Admorem primo noverat distinguere* utrum *ostreæ Circæis essent editæ, an ad ru-*

nus 11.—134 *totam* 45. *cives* pro *citius* 22.—135 *jam figuli, Cæsar* 26. *sequuntur* 16.—140 *Circeiis* 60. 65.—141 *Ritupinove* 24. *Ruptupinove* 45. *Ruptupi-*

NOTÆ

133 *Debetur magnus patinæ, &c.*] Fabricandæ huic insigni patinæ quærendus figulus tam peritus et ingeniosus quam fuit Prometheus, qui hominem e luto finxisse dicitur. Metam. Fab. I. 2.

Subitusque] Artifex operæ celeris, ac promtæ industriæ, ne, si moretur ille, corrumpatur ac pereat eximius piscis.

Prometheus] Is Japeti filius, dictus ἀπὸ τῆς προμηθείας, a *providentia*, seu *sapientia singulari*. Missis Fabulis de *Prometheo* bene multis, certum est eum Astrorum rationem ac motus e Caucaso observasse, Assyriosque primum docuisse. Vide Cœl. Rhodig. VII. 19. et seq.

134 *Argillam*] Terram tenacem, e qua finguntur vasa.

Rotam] Plin. VII. 56. 'Figlinas,' inquit, 'invenit Corœbus Atheniensis, in iis orbem Anacharsis Scythes, ut alii, Hyperbius Corinthius.' De rota figulina Horat. ad Pisones: 'Amphora cœpit Institui, currente rota, cur urceus exit?'

135 *Figuli tua castra sequantur*] Compositores luti ad bella etiam te sequantur, o Domitiane, ne illis forte, ut nunc, indigeas. Ironice.

136 *Vicit digna viro sententia*] Hæc ventricosi Montani sententia superior fuit, vicitque ut rhombus integer coqueretur.

137 *Noctes Neronis*] Sueton. Ner. c. 27. 'Epulas a medio die ad mediam noctem protrahebat: refotus sæpius calidis piscinis, ac tempore æstivo nivatis.'

138 *Aliam famem*] Irritamenta gulæ; vel secundam famem seu edacitatem procuratam prioris cibi accelerata coctione per Falernum, aut quid aliud inprimis calidum.

Falerno] *Falernus* mons in Campania vini ferax generosissimi. Hujus excellentiam narrat Plinius XIV. 6. utilitatem vero ac salubritatem, XXII. 1.

139 *Usus edendi*] Solertia peritiaque condiendi ac deligendi cibos, ad laute epulandum.

140 *Tempestate mea*] Ætate quidem mea.

Lucrinum ad saxum, Rutupinove edita fundo
Ostrea, callebat primo deprendere morsu;
Et semel aspecti littus dicebat echini.

pem Lucrinum, an profundo Rutuporum procreatæ: atque visi statim echini ripam enarrabat. Exurgitur; ac cœtu dimisso, discedere mandatur principibus, quos

none 23. *Rutupinoque* 20. 25. 27. 46. 47. 48. 55-60. 64. 65. *Ruptupinoque* 17. a m. pr. 19. *Rutipinoque* 15. *Rutupino vel* 14. *ruptoque pinoque* 16.—142 *deprehendere* 17. 22. 24. 27. 64.—143 *simul* 17. a m. sec. *dicebat litus* 14. *echinni* 19. 46. 47. 58.

NOTÆ

Circeis] Promontorium *Circeium* dictum a *Circe*, quæ illic habitavit, atque sacellum habuit. Situm est in Campaniæ littore, ad mare Tyrrhenum, non longe a Terracina. Horat. Sat. II. 4. 'Ostrea Circæis, Miseno oriuntur echini.'

141 *Lucrinum ad saxum*] *Lucrinus* lacus Baias inter et Puteolos: unde et Baianus vocatur; piscosus admodum. Plin. III. 5. Horat. loco mox citato, 'Murine Baiano melior Lucrina Peloris.'

Rutupino] *Rutupæ*, vel *Rutupi*, oppidum est in ora Anglicana, non procul urbe Cantuaria, et Sanduico portu. Hinc etiam optimæ ostreæ afferebantur.

Fundo] Mari profundo Rutupis proximo.

142 *Ostreo*] Tullius de Divin. II. 33. 'Ostreis,' inquit, 'et conchyliis omnibus contingit, ut cum Luna crescant pariter, pariterque decrescant.' Gellius XX. 7. 'Ostreæ senescente Luna inuberes, macræ, tenues, exsuccæ: crescente, pinguescunt.' Citatque Lucilii versum: 'Luna alit ostrea, et implet echinos,' &c. Horat. citat. Sat. II. 4. 'Lubrica nascentes implent conchylia Lunæ. Sed non omne mare est generosæ fertile testæ.' Astipulatur Plin. II. 41. Porro, teste Athenæo III. 13. optima sunt ostrea marina, si quando lacus adjacet aut fluvius; ubi intelligenda monet æstuaria Casaubonus. Tarentina inprimis laudat Varro, item Gellius VII. 16. Lucrina vero præfert Seneca Epist. 79. et Plin. IX. 54. 'Circæis autem ostreis caro testaque nigra sunt,' inquit Plinius, XXXII. 6. 'His autem neque dulciora neque teneriora esse ulla compertum est.' Ibidem.

143 *Littus dicebat*] E quo essent advecti littore statim et primo aspectu dignoscebat.

Echini] 'Piscis est marinus e genere cancrorum, spinis hirsutus, quibus et se tuetur, instar hericii, qui echinus est terrestris, sicut echinus marinus est hericius. Echino spinæ pro pedibus sunt, ingredi est in orbem convolvi; ora in medio corpore ad terram versa; sævitiam maris præsagire traditur.' Hæc Plinius IX. 31. et alibi. Athenæus cit. III. 13. rem lepidam narrat de Lacone quodam. Hic, appositis echinis hactenus ipsi inusitatis, unum arripuit atque in os immisit totum cum spinis ac testa; dentibus autem licet offensis noluit rejicere: ait vero: O nequam edulium, neque modo te dimittam præ mollitie animi, neque te unquam posthac sumam. 'Putavit homo durus suæ constantiæ interesse, ne vinci ab echini aculeis videretur,' inquit Casaubonus ibidem.

Surgitur, et misso proceres exire jubentur
Consilio, quos Albanam dux magnus in arcem
Traxerat attonitos, et festinare coactos,
Tanquam de Cattis aliquid, torvisque Sygambris
Dicturus, tanquam et diversis partibus orbis
Anxia præcipiti venisset epistola pinna.

summus Imperator in castellum Albanum convocarat stupefactos atque properare compulsos, quasi locuturus quidpiam de Cattis, ac trucibus Sicambris; quasi solicitæ literæ citata pinna advenissent e *variis terræ regionibus. Utinam*

—145 *Consilio* 17. 20. 21. a m. pr. 23. 24. 27. 45. 47. 50. 57. 64. quos libros secutus sum. *Concilio* reliqui. v. sup. ad v. 73. *quo* 50. *ad arcem* 66.—146 *Texerat* 22. *attonitus...coactus* 16.—147 *Catis* 55. *Cathis* 54. *Getis* 10. 12. 14-17. 19-22. 25. 27. 46. 47. 48. 56-63. 65. 66. 67. 69. contra historiam et metri leges. *Geticis* (scil. negotiis) 11. 24. 26. 71-74. 77. *Gehis* 45. *Gathis* 49. *Gotis* 23. *Dacis* 68. *Giatis* Lubini vet. Commentator, qui etiam monet, *Giatas* esse Scotos. *tortisque* malebant Valla, Grang., Schegk. in Præmissis, et Ramires ad Martial. de Spect. Epigr. IV. 9. *Crinibus in nodum tortis venere Sygambri.* Cf. etiam inf. XIII. 165. et Smetii ant. neom. p. 70. ubi XII. Sygambrorum capita, vultu truci ac severo, crinibusque in nodum tortis, expressa videbis. Sed vulgata lectio multo aptior est h. l. et *anxietati* Imperatoris. *Sycambris* 11. 17. 24. 60. 65. *Sigambris* 14. a m. pr. *Sicanbris* 21. Vulgo *Sicambris.* Ego *Sygambris* edidi, quæ scriptura auctoritate tum antiquiss. codd. Ovidii, Claudiani aliorumque, tum Græcc. auctorum firmatur: nam Dioni et Ptolemæo constanter dicuntur Σύγαμβροι, Straboni IV. p. 194. et al. Σούγαμβροι, ut *Sugambri* Tac. Ann. II. 26. IV. 47. XII. 39. Cf. Heins. ad Ovid. Am. I. 14. 49. Oudend. ad Suet. Aug. 21. Duker. ad Flor. IV. 12. Jani ad Horat. Od. IV. 2. 36.—148 *de* pro *et* 15. *et* abest ab 10. 11. 14. 16. 21-27. 45-50. 54-69. 71-74. 77.—149 *penna* 11. 14-17. 19. 20. 23-26. 45-50. 54-69. 71-74. Conf. ad III.

NOTÆ

144 *Surgitur*] Probata igitur ab omnibus Montani sententia, Domitianus concilium illud celebre dimittit.

145 *Albanam in arcem*] Supra, vs. 60. et seq.

Dux magnus] Domitianus Imperator.

146 *Traxerat attonitos, &c.*] Supra vs. 73. et seq.

147 *Cattis*] Populi sunt Germaniæ, hodie *Hessi.* Sic legit vetus Schol. Alii tamen codices habent, *Dacis;* de quibus supra egimus, vs. 111. Alii, *Geticis: Getæ* porro sunt hodie *Moldavi,* ut quidam volunt. Suetonius Domit. c. 6. sic ait: 'Expeditiones partim sponte suscepit, partim necessario: sponte in Cattos; necessario in Sarmatas.—in Dacos duas.—De Cattis Dacisque post varia prœlia, duplicem triumphum egit.'

Torvis] Ferocibus, bellicosis.

Sigambris] Hi Gheldriam incoluere, forsan et Zutphaniam, inferioris Germaniæ regiones. Francos ab illis ortos saltem constat. *Sicambrorum* nomine comprehensos olim *Usipetes, Tencteros* et *Bructeros* scribunt aliqui.

149 *Anxia Epistola*] Subitum aliquod malum annuncians, seu desectionem sociorum, seu hostium irruptionem.

Præcipiti pinna] Hæc erat nota casus et infortunii, sicut e contra lætitiam laurea indicabat. Nam, ut ait vetus Schol., si victoria nunciabatur, laurus in Epistola figebatur, insere-

Atque utinam his potius nugis tota illa dedisset
Tempora sævitiæ, claras quibus abstulit Urbi,
Illustresque animas impune, et vindice nullo!
Sed periit, postquam cerdonibus esse timendus
Cœperat. Hoc nocuit Lamiarum cæde madenti.

autem ineptiis illis impendisset magis integrum istud crudelitatis ævum, quo civitati Nobiles ac præstantes animas ademit, sine pœna, atque ultore nemine. At mortuus est posteaquam sartoribus incepit esse formidolosus. Id vero *damnosum fuit stillanti Lamiarum cruore.*

118.—150 *nugis potius* 15. 20. 21. 77. *ille* pro *illa* restitui ex 7. 17. 20. 21. a m. sec. 22. 29. Importuna vox *illa*, quam nemini displicuisse mireris.—151 *claræ* 60. 65. *orbi* 22.—152 *Illustres* 25. 27. 46. 47. 48. 56-60. 64. 65. *judice* 21.

NOTÆ

batur, obvolvebatur, ferebaturve; si quid adversi, pinna. Laureatas certe tabellas populo ostensas refert Livius. Laureatos postes, fasces, lictores passim invenias. Vide Alex. ab. Alex. I. 27. Epistolæ per sagittam transmissæ Herodotus meminit l. VIII. n. 319. per aviculas autem, pedibus earum scilicet alligatæ, in obsidione quidem Mutinensi, Plinius x. 37. de Tinnunculo. Sunt qui veredarios accersant ad hujus loci explicationem. Sed neque hæc, nec illa, sed prima interpretatio valeat ac vigeat.

150 *His nugis*] Quale est, habuisse concilium Optimatum de coquendo pisce.

151 *Claras illustresque animas*] Insignes virtute juxta ac natalibus viros, ut supra notavimus, ex Sueton. Domit. capp. 10. 11. 15.

152 *Impune et vindice nullo*] Nemine Patriciorum id auso, quod fortiter deinde Plebeii fecerunt.

153 *Sed periit*] Tandem sævus Imperator interiit, pœnasque dedit, merita dudum nece mactatus, non per ignavos Nobiles, sed per ignobiles strenuos, qui sibi timere incipiebant, cum Domitianus Nobilium cruore satur, in plebeios jam sævire aggrederetur. Vide Sueton. Domitian. capp. 14. et 17.

Cerdonibus] Synecdoche, pro *Plebeiis*. Vide Pers. Sat. 4. vs. penult.

154 *Hoc nocuit*] Sarcasmus in Patricios ac Nobiles: quasi diceret: Adhuc viveret ille nequam Tyrannus et in reliquam Nobilitatem grassaretur, si Plebeiis formidolosum se non præbuisset ac terribilem, quod ait Sueton. Domit. c. 14.

Lamiarum] Horum familia Romæ perillustris erat, quippe quæ originem duceret a Rege Læstrigonum *Lamo*, teste vel Horatio Carminum III. 17. 'Æli vetusto Nobilis ab Lamo, Quando et priores hinc Lamias ferunt Denominatos,' &c.

Lamiarum cæde madenti] Domitiano sanguine Nobilitatis resperso. Ille siquidem levi de causa multos jugulavit ac sustulit; inter alios autem Nobiles, et *Ælium Lamiam*, duntaxat ob suspiciosos at innoxios jocos, ut enarrat Sueton. Domit. c. 10.

EXCURSUS

AD SAT. IV. 24-27.

Markland. in Epist. Crit. p. 152. hunc locum sic distinguit et emendat: *Multa videmus, Quæ miser, et frugi non fecit Apicius: hæc tu Succinctus Pharia quondam, Crispine, papyro? Hoc pretium squamæ?* Adjecit has rationes: 'Vox *Pharia* valentior videtur ad excitandam invidiam et odium adversus Crispinum, utpote Ægyptium, quam illa altera *patria;* et, quod summum est, si *patria* retineas, non exinde colligere potes, cujus regionis fuerit Crispinus: *patria* enim *papyrus* non necessario *Ægyptiam papyrum* denotat, quoniam in aliis etiam regionibus nascebatur papyrus.' Sed contra eum jam ita disputavit Schrader in Observatt. p. 19. 'Papyrus Ægyptia adeo nobilis erat, ut Nilus amnis papyrifer appellaretur, et Niliaca papyrus ab omnibus celebraretur: v. Muncker. ad Fulgent. I. p. 19. *Succinctus* igitur *patria papyro* notat et designat Ægyptium. Sed contra *succinctus Pharia papyro* non necessario significat Ægyptium, quoniam sic succingi poterat alienigena. Deinde constabat inter omnes, Crispinum esse Ægyptium: sufficiebat ergo *patria.* Denique receptæ lectioni firmissimum præsidium est in vs. 32. ubi poëta similiter siluros Crispini *municipes* vocat. Cf. Salmas. ad Solin. p. 939.'

Vs. 25. *Hoc pretio squamæ* (h. e. tanto pretio piscis scil. a te emitur vel emtus est, quod verbum mox sequitur) 1. 61-63. 68-73. 75. 76. 82. *Hoc pretium squamæ* (h. e. tantum pretium est s. ponis mullo, s. mulli, piscis squamosi, a te emti) 7. 10. 11. 14-17. 19-27. 29. 45-50. 54-60. 64-67. 74. 83. 84. prob. Schradero. Sed doctior est illa lectio, et piscem potius *squamas,* quam *squamam* dici crediderim.

Vs. 27. Vetus scholion est hoc: 'Anthypophora, quasi Crispinus hoc responderit: Quid mihi invides? Apulia curios (forte *carius*) agros vendit, ut majores pisces vendit, quos tu provincialibus gratis abstulisti. Et ironia: *majores Apulia vendit.* Amphibologia, utrum *agros* an *mullos*? vel per anastrophen postpositum sit.'—Ferrarius in Elect. I. 18. *majoris* legit contra metri leges, et perperam hunc locum ita interpretatur: '*Apulia* hic non est regionis nomen, sed mulieris prædivitis orbæ, quæ donatos a captatoribus pisces carius vendebat: duos enim hic de more perstringit Juvenalis, *Crispinum,* qui millibus sex (i. e. CL. coronatis) mullum emerat, et *Apuliam,* quæ hamata hæredipetarum munera, inter quæ jure mulli tunc fuere pretiosissimi, majoris vendebat. Cf. inf. VI. 39. 40. et inpr. V. 97. 98. ubi de *Aurelia* sermo est, quod nomen et h. l. fidentius ponerem, si codex manu exaratus ad manus esset, ut sit: *sed majoris Aurelia vendit.*' Sic etiam multi interpretes *Apuliam* putarunt mulieris nomen esse ap. Horat. Od. III. 4. 10. ubi v. Bentl.—Rectius mentem Juvenalis percepisse videtur Henninius, qui hæc notavit: 'Justa indignatione exagitat agri pretio piscem emtum, cum sex millibus extra Italiam in provinciis ager emi potuerit, imo cum et in ipsa Italia, in fertili illa Apulia, *majores agri* quam in provinciis venirent eopse pretio: oblique vero taxat Romanos, qui usque adeo ab antiqua frugalitate desciverint, ut susque deque habita agri colendi ratione, præ nimio gulæ luxu *piscem* potius emerent, cujus singulas libras, si modo adulatoria vanitate de magnis majora non fuerint dicta, venientibus etiam in ponderis rationem *squamis,* et interaneorum rejectaneis, singulis millibus pensarent, quam ut eo pretio agrum sibi compararent. Cf. Colum. Præf. ad lib. de R. R. Obiter etiam vellicat superbum illud delicatorum nepotum patrii soli fastidium, qui non dubitabant pluris emere agros in *provinciis,* quam ut *majores* fertilioresque eodem pretio in ipsa Italia, in fertili illa *Apulia,* sibi compararent. Legendum ergo sensu plano et obvio: *Provincia tanti Vendit agros; et majores Apulia vendit.* Tangit etiam obiter Appulorum gulam, cui ut ob-

sequerentur, agros suos viliori pretio vendebant. Τὸ *sed* a librariis est ex finali litera τοῦ *agros* præcedentis, et monachorum scriptura *set*, ut sexcenties in vett. Mss. et sæpius ad Martial. monuit Scriverius: aut si quis τὸ *sed* tolerare velit, nostram sententiam admittat saltem.' *Prædia Appula* laudantur etiam inf. IX. 55.—Prateus tamen et alii non male suspicantur, minoris quam alibi venisse agros Apuliæ, quod magna ejus pars, quam poëta respexerit, montibus aspera fuerit ac sterilis, (v. Horat. Sat. I. 5. 77. sq. et Senec. Ep. 87. et 91. ubi hæc leguntur: 'Agri suburbani tantum possidet, quantum invidiose in desertis Apuliæ possideret') vel quod Apulia infestetur Atabulo vento, qui plantas frigore adurat, de quo v. Horat. l. l. Senec. Nat. Quæst. v. 17. Plin. XVII. 24. Gell. II. 22. Alex. ab Alex. III. 22.

Ceterum scripturam *Appulia* pro *Apulia* revocavi e 60-63. 65. ne metrum laboraret: nam primam syll. voc. *Apulia* brevem esse, intelligitur ex Horat. Od. III. 24. 4. et al. Neque tamen eandem ob causam auctore Schurzfl. emendandum: *et majores terra Appula vendit:* nam secunda quidem syll. τοῦ *Apulus* s. *Appulus* corripitur a poëtis, sed τοῦ *Apulia* et *Apulicus* semper producitur, v. c. ab Horatio in Od. III. 24. 4. in Epod. III. 16. et in Sat. I. 5. 77.

SATIRA V.

Si te propositi nondum pudet, atque eadem est mens,
Ut bona summa putes, aliena vivere quadra;
Si potes illa pati, quæ nec Sarmentus iniquas
Cæsaris ad mensas, nec vilis Galba tulisset:

Si non adhuc pudori est tibi institutum tuum, *et animus idem constat, ut existimes supremam* esse *felicitatem, vesci aliorum patina; si vales ea tolerare, quæ nec Sarmentus ad injuriosas Cæsaris mensas, neque sordidus Galba tolerasset; verebor*

1 *Sic* pro *Si* vs. 1. et 3. legendum censebat Lubinus, ut interrogatio esset, conjuncta cum exclamatione et indignatione, hoc modo: Siccine te nondum ...pudet? itane vero in turpi tuo proposito perseveras? Sed ita versus 5. non bene cohæret cum verbis præcedd. Nec tamen censendus est in scirpo quæsisse nodum; quem certe interpretes, quod sciam, nondum solverunt. *est* omittunt 13. 15. 22. 25. 45. 59.—3. 4 ejecti e 13.—4 *aut* pro *nec* 16. *Gabba* 1. 9. 11. Vetus scholion est: Apicius Gabba sub Tiberio scurra nobilis fuit.

NOTÆ

1 *Si te propositi*] Alloquitur Trebium parasitum, quem avertere conatur a sordida sua vivendi ratione.

Si te propositi] Contra Codices omnes manuscriptos et excusos, ut fatetur ipse, Lubinus legit, *Sic te propositi, &c.* id est, *Siccine, &c.* cum interrogatione et indignatione: alias, inquit nulla cohærentia, nulla commoda sententia. Verumtamen hic saltem in suo sensu abundat vir cetera doctus et valde ingenuus.

2 *Quadra*] Alieno catino, aliorum sumtibus ac mensa. Vasculum modice concavum, super quo cibi convivis apponuntur, vel etiam dissecantur, quando est figuræ quadratæ, *quadra*, si rotundæ, orbis vocari solitum. Virgil. Æneid. VII. 115. 'Patulis nec parcere quadris.' Item *quadra* est frustum panis, placentæ, casei, apud Martialem. At præferenda prior interpretatio.

3 *Sarmentus*] Is fuit Romanus Eques, et scurra famosus tempore Augusti Cæsaris. Illum probe exagitat Horatius Sat. I. 5. Ejus meminit et Plutarchus in Antonio, Cæsarisque delicias eum appellat.

Iniquas] Duras, graves, ob injurias et probra quæ scurris ibi devoranda.

4 *Cæsaris*] Ne quidem ad mensam Imperatoris, nedum in privata domo ac mensa, ut tu, Trebi.

Galba] Nonnulli *Gabba* legunt; perperam tamen, ut videtur. Apitius *Galba*, scurra insignis, ævo Tiberii, ut ait vetus Schol. vel ipsius Augusti,

Quamvis jurato metuam tibi credere testi.
Ventre nihil novi frugalius. Hoc tamen ipsum
Defecisse puta, quod inani sufficit alvo:
Nulla crepido vacat? nusquam pons, et tegetis pars
Dimidia brevior? Tantine injuria cœnæ?
Tam jejuna fames? cum pol sit honestius, illic

tibi fidem habere licet testificanti, et *jusjurandum adhibenti*. Ego *nihil comperi alvo parcius. Veruntamen illud idem æstima deesse, quod vacuo ventri satis est:* an *ripa nulla otiosa est? Nullibi pons, ac tegumenti portio media minor?* an *tanti* est *contumelia convivii?* an *esuries adeo famelica? Quandoquidem valeas ibi decore*

Sed forte leg. *Galba.*—5 *reddere* 29. *Testi* quidam male scribunt, ut sit vocat. et Testius Caballus scurra intelligatur, ex Martiali notus: in cujus optimis exemplar. non *Testius* dicitur, sed *Tectius.*—6 *frugalius esse modesto* 13. a quo

NOTÆ

ut scribunt alii. Martial. Epigramm. I. 42. 'Qui Galbam salibus tuis, et ipsum Posses vincere Sextium Caballum.' Et Epigram. X. 101. 'Elysio redeat si forte remissus ab agro, Ille suo felix Cæsare Galba vetus. Qui Capitolinum pariter, Galbamque jocantes Audierit, dicet: Rustice Galba, tace.'

5 *Jurato*] Plaut. Amphitr. I. 1. 'Injurato plus credet mihi, quam jurato tibi.' Tullius Att. Epist. XIII. 28. 'Jurato mihi crede.' Procem. in Verr. 'Nec jurato malim quam injurato committere,' &c.

Quamvis jurato metuam tibi credere testi] Non tibi credam etiam juranti, non videri molestum istud vivendi institutum, in quo tot a divitibus contumeliæ parasitis sunt ferendæ.

6 *Ventre nihil novi frugalius*] Nimirum scio naturam parvo esse contentam: nec voracem esse ventrem, sed gulam. Horat. Sat. I. 2. 'Dives opis natura suæ; si tu modo recte Dispensare velis,' &c. Vide Senec. Epist. 'Natura minimo nos esse contentos jubet,' inquit. Item alibi: 'Summa voluptas est ad id sese reduxisse, quod eripere nulla fortunæ iniquitas possit.'

Hoc tamen ipsum defecisse puta, &c.] Verum, esto: desint ventri necessaria, atque parvum illud quod ei sufficit.

8 *Nulla crepido vacat, &c.*] An idoneus mendicando locus nullus vacuus est, seu ad ripam fluvii, seu ad pontem, seu ad viam publicam; in quem te recipere queas ad corrogandam stipem a prætereuntibus? quod sane tolerabilius quam alienis inhiare dapibus, et miseram parasiti vitam agere.

Crepido, pons] Proseucha, casa ad pontem aut flumen. Vide Sat. 3. vs. 96. et Sat. 4. vs. 116. et seq. Porro *crepido* dicitur ora terræ, ad quam alluens et allidens aqua crepitat. Vetus Schol.

Tegetis pars] Pars vel proseuchæ; vel *tegetis*, storeæ, mattæ, &c. quibus utplurimum tegunt se pauperes et mendici.

9 *Tantine injuria cœnæ*] Tantine cœnam æstimas in qua toleras tot probra?

10 *Tam jejuna fames*] Tamne avida, tam dira te urget fames, ut quidlibet pati malis, quam eam?

Et tremere, et sordes farris mordere canini?
Primo fige loco, quod tu discumbere jussus
Mercedem solidam veterum capis officiorum.
Fructus amicitiæ magnæ cibus. Imputat hunc rex,
Et, quamvis rarum, tamen imputat. Ergo duos post
Si libuit menses neglectum adhibere clientem,
Tertia ne vacuo cessaret culcita lecto;
Una simus, ait. Votorum summa! Quid ultra

magis et contremiscere, et mandere sordidum panem canum. Primo loco statue, quod tu invitatus ad *accumbendum* cœnæ, *recipis fructum omnem antiqui ministerii. Cœna* est *præmium summæ familiaritatis. Illam annumerat Princeps, atque licet infrequentem nihilominus annumerat. Itaque duobus elapsis mensibus, si placuit invitare asseclam relictum, ne tertius pulvinus vacaret inani thoro: simul, in-*

abest vs. 7.—10 v. Excurs. ad h. l.—12. 13 ejecti e 13. *finge* 25. 27. 48. 57. 59. 60. 65. 68.—13. 14 leguntur ante vs. 12 in 24. *solitam* 7. 21. 22. 28. 45. 68. —14. *Fructus a. m. cibus. ergo quid ultra* 13.—15 *raro* 11. 14. 15. 26. Vetus Schol. *ubi et hoc, quod vile est, imputat:* unde Schurzfl. suspicabatur, eum pro *rarum* legisse *macrum*, vel simile quid. *duas...menses* 16.—16. 17 absunt ab 13. *licuit* 27. 47. 50. *accire* 25. 56. 57. 59. 60. 65. Sed doctius τὸ *adhibere.* —17 *culcitra* 11. 15. 16. 19. 20. 21. a m. sec. 22-25. 27. 45-50. 54-67. Sed *culcita* 2. 10. 14. 17. 21. a m. pr. 26. 68-77. recte, si fides habenda Festo, Nonio,

NOTÆ

Cum pol sit honestius illic, &c.] Aliter *possis*, quod corrigunt aliqui, *poscis;* eo quod, *possis*, ultimam producit. At satius est ferre licentiam, quam sensum pervertere. Aut certe, cum aliis quibusdam legendum, *possit*, et referendum ad vocem, *fames.*

Illic] Ad pontem, ad fluvium.

11 *Tremere*] Frigore horrere, algere.

Sordes farris mordere canini] Vesci pane hordeaceo, vel furfureo, qualis datur canibus. Vide Sat. 9. vs. 122. ad vocem, *farre.*

12 *Primo fige loco*] Alii, finge: id est, cogita.

14 *Imputat*] Mercedis loco donat et assignat.

Rex] Dives Patronus, Clientibus veluti Rex imperans. Sat. 1. vs. 136. *Rex horum.*

16 *Adhibere*] Vocare te ad cœnam forte rectam. Vide Sat. 1. vs. 94. et seq.

17 *Tertia ne vacuo, &c.*] Ne vacuus maneret locus in triclinio, seu lectis quibus ad mensam discumbebatur, more veteri. Addit vero, *tertia:* ad contemtum, quasi dicat, ultimo loco, et veluti ad supplendum duntaxat numerum. Tres nimirum in conviviis olim disponebantur lectuli: unde triclinii nomen. Et Horat. Sat. I. 4. 'Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos.' Ceteros omnes veterum conviviorum ritus lege, si vis, apud Just. Lips. antiq. Lect. lib. III.

Culcita] Sic Festo, et Nonio; aliter *culcitra.*

18 *Una simus*] Una cœnemus. Terent. 'Hodie apud me sis volo.'

Votorum summa] Non habes quod ultra petas, aut expectes.

Quæris? Habet Trebius, propter quod rumpere somnum
Debeat, et ligulas dimittere, solicitus, ne
Tota salutatrix jam turba peregerit orbem
Sideribus dubiis, aut illo tempore, quo se
Frigida circumagunt pigri sarraca Bootæ.

quit, sinus. Hoc *supremum* est *desiderium.* *Quidnam petis insuper? Trebio* causa *est, per quam adigatur quietem interturbare, ac negligere corrigias, anxius ne jam caterva salutantium universa circulum perfecerit astris incertis, vel ea hora, qua circumvolvit se algens plaustrum tardi Bootæ.* *Attamen quale convivium?*

Varroni, Manutio in Orthogr. et Torrent. ad Suet. Tib. 54.—21 *Turba salutatrix jam tota* 11. *urbem* 12.—22. 23 desunt 13. et post vs. 19. ponendi videbantur Schurzfl.—23 *serraca* 1. 10. 14. 17. 19. 20. 21. 23-26. 45-47. 49. 50. 54. 55. 57. 58. 64. 65. (Paris. 1512.) 66. 67. 69. 70. 74-77. 82. *sarraca* 11. 15. 16. 22. 27. 48. 56. 59-63. 65. 68. 71. 72. 73. 81. v. sup. ad III. 255. *boëtæ* 15. 16.

NOTÆ

19 *Habet Trebius propter quod, &c.*] Ironice. O grandis merces tot officiorum! O justa causa toties abrumpendi somni! &c. Vide Martial. Epigram. III. 36.

Trebius] Is est quem ut amicum dehortatur Juvenalis a parasitica vita.

20 *Ligulas dimittere*] Calceorum aut vestium *ligulas* vix aptatas relinquere, præ solicitudine ac festinatione. Sumitur etiam *ligula* pro *gladiolo*. Martial. Epigram. XIV. 120. ‘Quamvis me ligulam dicant Equitesque Patresque, Dicor ab indoctis lingula Grammaticis.’ Nomen plurimi deducunt a *lingua*, inprimisque Festus, at vetus Schol. a *ligando*.

Ne tota salutatrix, &c.] Ne venerint alii clientes ante ipsum, jamque dispositi velut in gyrum singuli Patronum salutarint, priusquam ipse Trebius accessisset. De prisco illo salutandi more, vide Sat. 1. vs. 96. 117. 127. 132. et quæ ibidem annotavimus.

22 *Sideribus dubiis*] Summo mane, luce dubia, cum sidera ob proximam auroram non plene apparent aut fulgent.

Illo tempore] Nocte scilicet, cum jam perfecte observare licet Bootem, aliaque signa.

23 *Frigida*] Ob vicinitatem Poli Arctici.

Pigri] Virgil. Ecloga ultima: ‘Tardi venere bubulci.’

Sarraca] Vel *Serraca*. Vide Sat. 3. vs. 255. Quintilianus VIII. 3. ‘Vim rebus aliquando ipsa verborum humilitas affert,’ inquit: ‘an cum dicit in Pisonem Cicero, cum tibi tota cognatio, in sarraco advehatur, &c. incidisse videtur in sordidum nomen; non autem eo contemtum hominis auxisse?’

Bootæ] Sidus est Ursæ majori proximum. Βοώτης, Latine *bubulcus*, quia stella hæc bubulci more plaustrum insequitur. Hinc et *Arctophylax* appellatur, quasi Ursæ custos. Nimirum septem stellæ sunt ita dispositæ, ut priores duæ pares pro bobus habeantur, aliæ quinque plaustri gerant speciem: proximum vero his signum adhæret, quasi auriga: et propterea vocatur *Bootes*. Vide Gell. II. 21.

Qualis cœna tamen? Vinum, quod sucida nolit
Lana pati: de conviva Corybanta videbis.
Jurgia proludunt; sed mox et pocula torques
Saucius, et rubra deterges vulnera mappa,
Inter vos quoties libertorumque cohortem

Vinum, quod pinguis lana recuset admittere. Ex epulante cernes Corybantem. Rixæ præeunt. At statim vulneratus et projicis calices, et plagas abstergis mantili cruentato, quotiescumque certamen ardescit poculo Saguntino commotum inter vos,

21-24.—24 *sucida* pro *succida* reposui e 17. 19. Ita etiam *sucus*, *sucosus*, *suculentus* in antiq. codd. et glossis Philox. recte scribitur, a *sugendo*. Cf. Heins. ad Sil. VII. 169. Pier. et Heyne ad Virg. Ecl. III. 6. inf. ad XI. 76. *succina* 13. 16. *nolet* 57. *nollet* 11. 15. 16. 19. 24. 25. 27. 28. 45-50. 54. 55. 56. 58. 59. 60. 64. 65.—26 *procedunt* 2. *deludunt* 24. *præludunt* 27. *torquens* 19. *ut pocula portas* conj. Schrader. et vs. 27. *at* pro *et*.—27 *detergens* 14. *detergis* 16.

NOTÆ

24 *Qualis cœna tamen*] At qualis tandem ea post menses duos cœna, et quam lauta; cujus nempe gratia tot et tam indigna pateris?

Vinum quod, &c.] Vile omnino vinum ibi propinatur.

Sucida] Sordida, pinguis, nondum lota: dicitur quasi succo adhuc sudans; vel qualis succisa est, scilicet plena sordibus. At Varro aliter, l. II. de Re Rust. cap. ultimo: 'Tonsuræ tempus inter æquinoctium vernum et solstitium,' inquit, 'cum sudare inceperunt oves; a quo sudore recens lana tonsa succida est appellata.'

Quod sucida nolit lana pati] Tam crassum, ut lana vix illud imbibat. Vel tam vile, quod vix idoneum ad imbuendam ac præparandam lanam, quo melius recipiat alienum colorem, v. g. purpureum. Varro loco mox citat. 'Tonsas recenter eodem die perungunt vino,' &c. Astipulatur et Dioscorides.

25 *De conviva Corybanta videbis*] Eo vino mens turbatur, et insanit, fitque similis *Corybantum* Cybeles Sacerdotum, qui furore correpti caput jactant, saltant, aliosque in similem agunt insaniam.

Corybanta] *Corybantes* dicti, vel ab ea quam gestant galea, quæ Græce *κόρυς*: vel a *κορύσσειν*, id est, *impetu ferri*, et *furere*, apud Apollon. et Theocr. Quidam derivant ab *oculorum pupillis*, quas Græci *κόρας* vocant, eo quod illi apertis semper oculis, etiam inter dormiendum, Jovem infantem custodierunt. Quæ postrema sententia minus arridet.

26 *Sed mox*] Post convitia succedunt verbera.

Pocula torques, &c.] Nimirum in famulos petulantes, quos percussus repercutis. Tandemque more Barbarorum utrimque pugnatur scyphis in usum lætitiæ duntaxat natis; quod damnat Horat. Od. I. 27.

27 *Rubra*] Tincta sanguine e plaga.

28 *Inter vos*] Asseclas et clientes parasitos.

Libertorum cohortem] Atque inter libertos domini seu Patroni cœnam exhibentis. Ergo non cum ipso domino, sed cum ejus famulis ad viles epulas admissus Trebius. Qualis itaque cœna?

Pugna Saguntina fervet commissa lagena.
Ipse capillato diffusum consule potat,
Calcatamque tenet bellis socialibus uvam,
Cardiaco nunquam cyathum missurus amico.
Cras bibet Albanis aliquid de montibus, aut de

et catervam libertorum. Ille vero vinum *bibit infusum crinitis Consulibus, et servat racemum bello sociali pressum;* nequidem *scyphum unquam porrecturus familiari corde dolenti. Altera die potabit quiddam e collibus Albanis,*

—28-48 extrusi e 13. *nos* 61. *liberorumque* 27. 47.—30 *defusum* 23.—32 *Cardiaco* 19. *Cardiaco cyathum non porrecturus amico* in quodam exemplari, nescio

NOTÆ

29 *Saguntina lagena*] Aut vino pessimo ex agris Saguntinis: vetus Schol.: vel potius fictili, ex ista Hispaniæ urbe; de quo Plin. xxxv. 12. Et Martial. Epigram. xiv. 108. 'Sume Saguntino pocula ficta luto.' Porro *Saguntus* oppidum est in Regno Valentiæ, hodie, *Morvedre. Saguntina fames* in Proverbium abiit, ex quo Saguntini per octo menses obsessi extrema ferre maluerunt, quam se Annibali dedere. Tit. Liv. xxi. 6. et seq.

30 *Ipse capillato, &c.*] Interea Patronus generosum bibit ac salubre vinum: vetus nempe, et optimo solo generatum.

Capillato Consule] Dum Romani Consules erant adhuc intonsi, comamque alebant. Vide Sat. 4. vs. 103. ad eam vocem, *Barbato.*

Diffusum] In serias ac vasa infusum.

31 *Calcatamque tenet bellis socialibus uvam*] Eo tempore quo Sext. Julius Cæsar et M. Philippus Consules erant, anno Urbis 663. Sunt qui Opimianum vinum intelligant, scilicet expressum anno Urbis conditæ 633. de quo Plin. xiv. 4. et 14. et Cic. in Bruto n. 157. 'Ut si quis Falerno delectetur,' inquit, 'sed eo nec ita novo, ut proximis Consulibus natum velit; nec rursus ita vetere, ut Opimium aut Anitium Consules requirat. Atqui hæ notæ sunt optimæ, credo,' &c.

Bellis socialibus] De his vide Luc. Flor. iii. 18. et præced. Tit. Liv. l. lxxi. Scilicet Latini omnes, aliique Italiæ populi, iniquo ferentes animo, quod onerum Imperii periculorumque sane participes essent, at non item munerum atque honoris, a Livio Druso insuper spe civitatis elusi, quod jure se frustra petere intelligebant, armis id consequi tentarunt. Hinc ipsos Consules aggressi, cum nihil proficerent, vario tamen eventu pugnantes, non parum Romanos fatigarunt, per annos fere quatuor. *Sociale bellum* alias *Marsicum* appellatur, eo quod Marsi moverunt illud primi. Vide Appian. Bell. Civil. l. i. Eutrop. l. v. Plutarch. in Sylla. Oros. v. 18.

32 *Cardiaco*] Cor, Græce *καρδία.* 'Cardiacorum morbo spem unicam in vino esse certum est,' inquit Plin. xxiii. 1.

Nunquam cyathum missurus amico] Optimi porro illius vini tantillum dare nollet amico etiam laboranti, ne quidem quantum continet cyathus, vas parvulum. Adeo sibi uni dives consulit.

33 *Albanis*] De Alba civitate diximus Sat. 4. vs. 61. Albanum autem

Setinis, cujus patriam, titulumque senectus
Delevit multa veteris fuligine testæ:
Quale coronati Thrasea Helvidiusque bibebant,
Brutorum et Cassî natalibus. Ipse capaces

vel Setinis, cujus natale solum ac inscriptionem obliteravit vetustas plurima nigredine vasis *antiqui fictilis: quale potabant Thrasea et Helvidius redimiti,* in die *natali Brutorum et Cassii. Ipse Virro habet calices amplos, Helia-*

quo, invenit Lubinus.—34 Verba *cujus...Delevit* absunt a 22.—35 *Delinit* 60. 65.—36 *Trasea* 21. 22. 24. *Elvidiusque* 21. 22. 45. *Elvidius* 23. *Elidius* 15. *Elvinusque* 24. *bibebat* 22. *biberent* 14. *solebant* (scil. bibere) 25. 27. 46. 47. 48. 56-60. 65. quod doctius videri potest et a poëta profectum, nisi glossa forte fuit *bibere solebant*, et pars ejus in textum irrepsit.—37 *Cass* 46-49. *in natalibus* 15.—38 *Eliadum* 22. 24. 45. *Apiarum* 14. *Beliadum* vet.

NOTÆ

vinum quam esset nobile, disserit Plinius XIV. 2. et 6. testis et Martial. Epigramm. XIII. 109.

34 *Setinis*] Setia urbs Campaniæ Romanæ, hodie *Sezze*, in colle sita, non procul a Pomptinis paludibus. *Setina* vina ciborum coctionem accelerant, teste Plinio XXII. 1. Hinc aliis prælata ab Augusto ac primoribus. Plin. XIV. 6. Martial. Epigr. XIII. 112. 'Pendula Pontinos quæ spectat Setia campos, Exigua vetulos misit ab urbe cados.' Et Epigram. VI. 86. 'Setinum, dominæque nives, densique trientes, Quando ego vos, medico non prohibente, bibam?'

Patriam, titulumque, &c.] Signabant Antiqui vasa vinaria, inscribebantque, qua ex regione vinum, et quo anno, seu Consule, conditum. Brod. Miscell. I. 3. Horat. ad amphoram l. III. Ode 21. 'O nata mecum Consule Manlio,' &c.

35 *Multa fuligine*] Situ, mucore, plurimis ab annis inducto, quo deleta Inscriptio est, aut ita confusa, ut vix quicquam legi posset.

Testæ] In amphoris enim ac testis, iisque gypsatis ac picatis vinum olim servabatur. Notavimus ad Pers. Sat. V. vs. 148.

36 *Coronati*] Floribus, sertis, ex hedera, apio, myrto, rosis, coronati Veteres epulabantur: seu quod flores sunt lætitiæ symbola, seu quod vini exhalationes illis comprimi arbitrabantur.

Thrasea Helvidiusque] Pœtus *Thrasea* et illius gener *Helvidius* Priscus, libertatis amatores. Horum egregie meminit Cornel. Tacit. lib. XVI. et Suet. Neron. c. 37. et Domit. c. 10.

Bibebant] Optimum scilicet ob lætitiam ac memoriam restitutæ per eos in statu pristino Reipublicæ.

37 *Brutorum et Cassii*] Hi libertatis extitere vindices et assertores. L. Junius Brutus primus Rom. Consul Tarquinium exegit; deinde M. Brutus cum Cassio Cæsarem confodit. D. autem Brutus ab Antonio apud Murinam obsessus, a Romanis Consulibus primum quidem liberatus, aut postea desertus a suis, pro Republica dimicans occubuit. Vide supra Sat. IV. vs. 103. ad eam vocem, *Brute*.

Ipse] Patronus, potens quilibet ac dives.

Heliadum crustas, et inæquales beryllo
Virro tenet phialas: tibi non committitur aurum;
Vel, si quando datur, custos affixus ibidem,
Qui numeret gemmas, unguesque observet acutos.
Da veniam: præclara illic laudatur iaspis.

dum cortices, atque beryllo asperos. Tibi vero *non creditur aureum* vas; *aut si aliquando committitur, illic adhæret observator, qui computet lapillos, et speculetur aduncos ungues.* Hoc vero *condona:* nam *ibi commendatur jaspis eximia.* *Quippe*

Schol. coll. Virg. Æn. I. 729. Male! *inæquales beryllos* perperam 10. 12. 15. 17. 19-22. 27. 45-50. 55. 56. 59. 60. 61. 63. 65. 74. 77.—39 *Viro* 46. 48. *Virrho* 17. *Vyrro* 20. *Vero* 21. *Guirro* 22. Cf. ad vs. 43.—40 *ibidem est* 22.—41 *numerat....observat* 16. 22. 45. *ungues* 14-17. 19. 20. 21. 23. *aënos* 20. *aduncos* 49. 55. 56. 57. 59. 60. 65. *amicos* 4. 12. 14. 17. a m. pr. 23. a m. pr. et cod. Leid. teste ac prob. Nic. Heins. ad Ovid. A. A. I. 585. et Trist. I. 9. 65. ubi Ovidio similiter *amica* dici monet *pectora, limam, causam* ac *ventum* A. A. III. 737. ex Ponto II. 4. 17. Trist. I. 8. 65. et Met. XIII. 440.—42 *illic* (h. e. in poculo) revocavi ex 1. 7. 10. 11. 14-17. 19. 21. 22. 25. 26. 27. 45-50. 54. 55. 57. 58. 59. 63. 64. 77. *ibi* 20. *illi claudatur* 61. 62. vitiose. *illi laudatur* 23. 24.

NOTÆ

38 *Heliadum crustas*] Pocula ex electro cavata. *Heliades* nimirum filiæ Solis, qui Græce ἥλιος. Eas autem fabulantur Phaëtontis fratris interitum lugentes contabuisse, conversasque in alnos seu populos arbores, e quibus distillat electrum. Vide Plin. XXXVII. 2. et alibi. Ovid. Metam. 2. 'Inde fluunt lacrymæ, stillataque Sole rigescunt De ramis electra novis.'

Crustas] Lacrymas sororum Phaëtontis in electrum concretas, vel electrum ex arborum supradictarum cortice defluens, ac postmodum durescens.

Inæquales beryllo] Phialas e gemmis factas, inquit vetus Schol. vel potius aureos calices insertis lapillis asperos, v. g. *beryllis*, de quibus Plinius XXXVII. 5. 'Poliuntur,' inquit, 'figura sexangula, quoniam hebescunt, nisi color surdus repercussu angulorum excitetur: aliter enim politi non habent fulgorem eundem,' &c. De poculis autem lib. III. Proœm. 'Turba gemmarum potamus, et smaragdis teximus calices: ac temulentiæ causa, tenere Indiam juvat, et aurum jam accessio est.' Salmas. bene animadvertit hic perperam legi, *inæquales beryllos*.

39 *Virro*] Fictum nomen.

Tibi] O cliens, vel parasite.

41 *Gemmas*] Poculis insertas.

Unguesque observet acutos] Ne furtim abrasum surripias aliquem e lapillis istis.

42 *Da veniam*] Ironice. Verum ne ægre fer quod custos adhibeatur atque observator, dum gemmatum poculum tenes, quodque tuæ fidei minus creditur.

Laudatur iaspis] Nam inter eos lapillos fulget *iaspis* magni quidem pretii, cujus proinde jactura nimium caveri nequit. Vide Plin. XXXVII. 8. et 9. In agro Brixiano suo Britannicus reperiri multiplicem ait; optimam autem illam quæ purpuræ quiddam habet; secundam, quæ rosæ, tertiam, quæ smaragdi.

Nam Virro, ut multi, gemmas ad pocula transfert
A digitis, quas in vaginæ fronte solebat
Ponere zelotypo juvenis prælatus Iarbæ.
Tu Beneventani sutoris nomen habentem
Siccabis calicem nasorum quatuor, ac jam
Quassatum, et rupto poscentem sulfura vitro.
Si stomachus domini fervet vinoque ciboque;
Frigidior Geticis petitur decocta pruinis.

Virro (sicut plurimi) a digitis ad calices transmittit lapillos, quos adolescens Hiarbæ zelotypo antepositus consueverat collocare in capite vaginæ. At *tu exhauries scyphum quatuor narium, cognominatum* a *sutore Beneventano, jamque mutilatum, atque fracto vitro petentem sulphura. Si stomachus Patroni et mero et epulis calet, quæritur* aqua *cocta Getarum nivibus gelidior. Mox dolebam non*

---

56. 60. 65-76. 81. 82. *hiaspis* 27. 45. 46. 47. 50. Gr. ἴασπις.—43 *Virò* 27. 46-49. *Guirro* 22. Cf. ad vs. 39. *confert* 22.—45 *juvenum* 26. *Iarbæ* recepi e 17. 21. 24. 45. 81. *Yarbæ* 19. 20. *Hyarbæ* 27. 46. 47. 48. 50. 56. 59-65. 68. 71. 73. *Hiarbæ* 1. 14. 15. 16. 22. 23. 25. 26. 49. 54. 55. 57. 58. 65. 66. 67. 69. 70. 72. 74-77. 82. Cf. Intpp. Virg. Æn. IV. 36. 196. et Sil. I. 417.—47 *vasorum* 10. 16. 26. 54. 71. 72. 73. *et jam* 15. 77. *at jam* 23. *aut jam* 21.—48 *et*

NOTÆ

43 *Transfert a digitis*] Ab annulis aufert, ut addat poculis. Martial. Epig. XIV. 109. 'Gemmatum Scythicis ut luceat ignibus aurum, Aspice quot digitos exuit iste calix.'

44 *In vaginæ fronte*] In gladii capulo, seu manubrio. Virgil. Æneid. IV. 'Stellatus iaspide fulva Ensis erat.'

45 *Juvenis prælatus Iarbæ*] Æneas Didoni adamatus, ac prælatus *Iarbæ* Libyæ Regi. Virgil. Æn. IV.

46 *Beneventani sutoris*] Is nomine Vatinius, vitreorum artifex, a quo Vatiniani calices appellati Corn. Tacit. Annal. XV. 'Nero,' inquit, 'apud Beneventum consedit, ubi gladiatorum munus a Vatinio celebre edebatur. Vatinius inter fœdissima ejus aulæ ostenta fuit, sutrinæ tabernæ alumnus, corpore detorto, facetiis scurrilibus,' &c.

Beneventani] Oriundi ex ea urbe Italiæ in regno sita Neapolitano, quæ *Beneventum* modo, olim *Maleventum* dicebatur.

47 *Nasorum quatuor*] Vatinius grandi naso fuit, inquit vetus Schol. Unde aiunt, Vatinianos calices ob similitudinem dictos, quia rostra quatuor, velut nasos, protendebant. Martial. Epig. XIV. 96. 'Vilia sutoris calicem monumenta Vatini Accipe; sed nasus longior ille fuit.'

Jam quassatum] Neque vero novus ac recens ab opifice tibi calix dabitur, sed mutilus et vilis.

48 *Rupto poscentem sulfura vitro*] Hoc dicit, quia sulfure vitrum solidatur, id est malthatur, inquit vet. Schol. Quod rejiciunt non immerito, voluntque dictum a Juvenale, quia sulfuratis fracta vitrea solebant permutari; teste Martiali Epig. I. 42. 'Qui pallentia sulfurata fractis Permutant vitreis.' Et X. 3. 'Quæ sulfurato nolit emta ramento Vatiniorum proxeneta fractorum,' &c.

Non eadem vobis poni modo vina querebar :
Vos aliam potatis aquam. Tibi pocula cursor
Gætulus dabit, aut nigri manus ossea Mauri,
Et cui per mediam nolis occurrere noctem,
Clivosæ veheris dum per monimenta Latinæ.

similia vina propinari vobis: sed et *dissimilem vos aquam bibitis. Cursor Getulus scyphum tibi porriget; vel manus ossea Mauri atri, cui etiam nocte concubia obvius fieri metueres, quando portaris intra sepulcra viæ Latinæ declivis.*

abest a 19.—51 deest 13. *nobis* 26. 47. 54. 58.—52 *pocula furvus Gætulus dabit* conj. Schrader coll. Horat. Sat. II. 8. 14. *procedit fuscus Hydaspes Cæcuba vina ferens.*—53 *Getulus*, et vs. 59. *Getulum* scribunt nonnulli. Sed dicuntur Gr. Γαιτοῦλοι.—54 Versus ab alia manu ascriptus in 10. *nolles* 19. 22. 27. *nolens* 16. *non vis* 14.—55 *monimenta* (a *monitum*) scripsi pro *monumenta*. Cf. Schelleri Præcepta styli bene lat. T. I. p. 35. et Cellarii Orthogr. Nugatur Servius ad Virg. Æn. XII. 945. putans, *monumenta* esse memoriæ,

NOTÆ

50 *Geticis*] *Getæ* populi Daciæ Scythis affines: sunt hodie *Moldavi*, ut placet nonnullis.

Petitur] Ad refrigerationem paratur.

Decocta] Plin. XXXI. 3. 'Neronis,' inquit, 'Principis inventum est decoquere aquam, vitroque demissam in nives refrigerare. Ita voluptas frigoris contingit sine vitiis nivis. Omnem utique decoctam utiliorem esse convenit; item calefactam magis refrigerari.' Vide Sueton. Neron. cap. 48. Athenæus III. 34. Decoctæ meminit tanquam veteribus usitatæ; sed eam Neronianæ prorsus absimilem contendit Casaubonus eo loci. Porro docet ibid. Athenæus, aquæ perquam frigidæ, pariter et calidæ, usum fuisse in conviviis antiquorum.

Pruinis] Glacie, nivibus de Nat. Deor. Cic. I. n. 25. 'Terræ maximas regiones inhabitabiles et incultas videmus, quod pars earum appulsu Solis exarserit, pars obriguerit nive pruinaque longinquo Solis abscessu.'

51 *Non eadem vobis poni, &c.*] Supra, vs. 24. et 30.

52 *Cursor Gætulus*] Inter servos Mauros, mira pernicitate præditos, atque hinc ad eundum quolibet ac percurrendum destinatos, unus tibi pocillator adhibetur niger ac deformis.

Gætulus] *Gætuli* Libyæ interioris populi sunt Melæ, ac Ptolemæo; at Mauritaniæ, Plinio, et aliis.

53 *Manus ossea*] Macilenta et arida, dura, agrestis, horrida.

Mauri] Mauritania Africæ regio in Barbaria Occidentali, ubi nunc sunt regna Algerii, Fezzæ, et Marochii.

54 *Per mediam nolis occurrere noctem*] Tum quia pavore te concuteret, tum quod malum omen videretur. Phantasma quippe crederes, ac portentum. Sic antequam M. Brutus ultimum ac fatale prælium committeret, inter alia proximæ cladis indicia, Æthiopem vulgo apparuisse narrat Plutarchus in Bruto. Fertur etiam Adrianus Imperator ex occursu Mauri imminentem sibi mortem auguratus. Vide Spartian. et Cæl. Rhodig. XXIV. 9.

55 *Clivosæ veheris dum per monimenta Latinæ*] Dum rheda per viam

Flos Asiæ ante ipsum, pretio majore paratus,
Quam fuit et Tulli census pugnacis, et Anci,
Et, ne te teneam, Romanorum omnia regum
Frivola. Quod cum ita sit, tu Gætulum Ganymedem
Respice, cum sities. Nescit tot millibus emtus

Prope illum flos Asiæ, emtus pluribus pecuniis, quam extitere opes vel Hostilii bellatoris, vel Martii: ac, ne te morer, quam *cuncta vilia Regum Romanorum. Quæ quoniam sic se habent, quando te sitis uret, oculos converte in Ganymedem Gætulum.* Enimvero *servus tot millibus* nummorum *com-*

* * * * * * * * * * *

monimenta vero a mentis admonitione dicta.—56 post vs. 60. legitur in 13.—57-59 ejecti e 13. *census Tulli* 24.—59-61 in 13. ita contracti: *Prospice cum sities tu Getulum Ganymedes Pauperibus miscere puer tot millibus emtus.*—60 Versus ab alia manu scriptus in 10.—61 *servire* pro *miscere* 15. *puer formosus, et*

NOTÆ

Latinam veheris, inter sepulcra, quæ hinc et inde plurima illic constructa sunt. Vide Sat. I. vs. ultimo.

56 *Flos Asiæ ante ipsum*] At diviti Patrono formosus adest puer ex Asia, jucundus pincerna et minister.

Asiæ] Una est e partibus orbis, sane maxima, vel eo præferenda ceteris, quod in ea primus homo creatus; Deusque visus, et cum hominibus conversatus, ibidem morte sua vitam restituit lapsis mortalibus.

Pretio majore paratus] Plin. VII. 12. 'Toranius mango,' inquit, 'M. Antonio jam Triumviro eximios forma pueros duos vendidit sestertiis ducentis.' Vide ibid. historiam eorum non infacetam.

57 *Tulli*] *Tullus* Hostilius Rex tertius Romanorum Censum instituit primus, teste Eutropio; item sellam curulem, lictores, togam pictam, atque prætextam, insignia magistratuum Romanorum post debellatos Hetruscos. Macrob. Saturn. I. 6.

Census] Opes, divitiæ, facultates.

Pugnacis] Tullus enim militarem disciplinam, artemque bellandi condidit; atque exercita juventute provocare ausus Albanos, gravem et diu principem populum: tandemque hoste victo, Albam diruit, ejus incolis atque opibus Romam translatis. Flor. cap. 3.

Anci] *Ancus* Martius quartus Romanorum Rex, Latinos subegit, Romanam ditionem ad mare protulit, atque Ostiam urbem in ipso maris ac Tyberis confinio ædificavit. Tit. Liv. lib. I.

58 *Romanorum omnia Regum*] Numero septem, quorum exiguæ opes initio fuere.

59 *Frivola*] Nihili putanda præ divitiis Rom. principum hodiernis; ac præ ea summa, qua emtus est ille Asianus puer.

Gætulum Ganymedem] Dissimilia passim jungit. Ironice hic admodum. Scil. *Getulus* ille fuscus, deformis, servus: e contra *Ganymedes* regius puer, Trois filius, candidus, et tam eleganti specie, ut a Jove raptus dicatur, et sibi pocillator assumtus. Et hæc quidem fabulatores de *Ganymede*: sed quid de eo sentire debeant sapientes, quidque raptus illius significet, ostendit Cic. I. Tuscul. n. 65. et Tuscul. IV. n. 71. et seq.

60 *Respice*] Innuens ut vinum tibi affundat.

Nescit] Non assuevit, indignatur.

Improbulum, superest illic, qui ponere cogat.
Vis tu consuetis audax conviva canistris
Impleri, panisque tui novisse colorem?
Scilicet hoc fuerat, propter quod, sæpe relicta
Conjuge, per montem adversum, gelidasque cucurri
Esquilias, fremeret sæva cum grandine vernus

tere. Epulator inverecunde, inquiet, *visne saturari solitis corbibus, et tui panis colorem dignoscere? Illud nempe fuerat, cujus gratia dimittens uxorem frequenter properavi per montem oppositum, et exquilias frigidas, dum vere strideret Jupiter*

thocopi 13. 19. *fingis amentem* 14.—73 *illi* 20. *rogat* 16.—74 *Vis tu* 10. 11. 24. 26. 28. 31 b. 50. 62. 70-73. 75. 76. 82. *Vix tu* 12-17. 19-23. 25. 27. 45-49. 54-61. 63-68. 74. *Vix' tu* 77. *Vix te* 69. Ferrarius Elect. II. 10. putabat, sive *Vis*, sive *Vix* legatur, concinnam sententiam aut verum sensum elici neutiquam posse, neque aliter mentem poëtæ intelligi, nisi *Vix* legamus, et *audeas* pro *audax* duarum vocalium collisione, ut ipse poëta ad parasitantem loquatur. Sed hæc vocalium E A collisio s. συνίζησις insolita est, sensusque h. l. planissimus. Hinc etiam non necessaria est, etsi melior, emendatio Plathneri: *Vis tu non suetis a. c. c. Impleri? panisne tui vis nosse colorem?* Perperam Mancin. post *Vix* supplebat *dignus es.*—76 *fuerit* 28.—78 *Æsquilias* 27. 46. 47. 48. 50. 58. 63-69. 71. 73. *Æsquillias* 61. *Exquilias* 23. 24. 56. 57. 59. 60. 62. 65. *Æxquilias* 25. v. sup. ad III. 71. *quum sæva* 11. 20.—

NOTÆ

et ὄπτομαι, *video* seu *inspicio*. Ita quidem legit vet. Schol. at explicat, pistor, quasi ab ὀπτάω, *torreo*. Alias *artopta* vas est seu instrumentum, in quo panes torrebantur et coquebantur: eo sensu Plautus usurpat Aulul. sc. 12. Plin. XVIII. 11. accipit pro muliere panifica. Ubi et pistores Romæ non fuisse ante bellum Persicum, annis ab Urbe condita super 580. annotat. Quidam legunt, *Artocopi;* interpretanturque panem cum labore factum, a κόπος, *labor;* sed parum ad rem.

Finge tamen te improbulum] Quod si fueris paulo audacior, extendasque manum in panem illum delicatiorem.

73 *Improbulum*] Minus timidum ac pudentem, inverecundum, importuniorem.

Superest illic, qui, &c.] Artoptes illic astat, qui abstinere jubebit, increpabitque.

74 *Vis tu consuetis, &c.*] Verba sunt Artoptæ inverecundiam convivæ castigantis: an ergo non contentus eris pane tibi consueto?

Canistris] Pane in cophinis contento. Metonym.

75 *Colorem*] Subatrum, utpote secundarii panis.

76 *Scilicet hoc fuerat*] Respondet cliens indignabundus: an igitur istas ob viles epulas tot vigiliis et laboribus perfungor dudum?

Relicta conjuge] Summo mane surgens, et somnum interrumpens; ut est supra, vs. 19.

77 *Montem adversum*] Arduum, qui toties fuit superandus.

Gelidasque cucurri Esquilias] *Esquilinum* collem ventis expositum, in cujus regione divites habitabant. Vide Sat. III. vs. 71.

78 *Vernus Jupiter*] Aër vernæ tem-

Jupiter, et multo stillaret pænula nimbo!
Aspice, quam longo distendat pectore lancem,
Quæ fertur domino, squilla, et quibus undique septa
Asparagis, qua despiciat convivia cauda,
Cum venit excelsi manibus sublata ministri.
Sed tibi dimidio constrictus cammarus ovo

dira grandine, atque lacerna diffueret imbre plurimo. Vide quam amplo pectore catinum impleat squilla, quæ Patrono apponitur, qualibus etiam asparagis undequaque circumdata; quali cauda despectet dapes, quando affertur elevata manibus famuli proceri. At tibi fertur Cammarus medio ovo concretus, epulæ funebres in parva

79 *Juppiter* vulgo perperam scribitur: nam vox *Jupiter* contracta ex *Jovis pater*, primaque ejus syll. ubivis producitur.—80 *longe* 11. *distentat* 2. 3. 22. *destendat* 16. *discentat* 14. *distinguat* 49. 75. 76. 81.—81 *scylla* 49.—83 *Dum* 10. 11. 13. 17. 19. 23. 24. 45. 49. 54. 57. *excelsis* 20. 27. 46-49. 54-57. 59. 60. 65. *porrecta* pro *sublata* 14. et 83.—84 *constructus* 73. prob. Plathnero, quia veteres ovis non tantum inchoaverint cœnam, sed etiam reliqua construxerint et coronaverint fercula, de quo v. Lips. antiq. lect. lib. III. Causaub. ad Athen. II. 16. Martial. X. 48. 11. XI. 53. 8. Plaut. Men. I. 1. 26. *gammarus* 10. 11. 16. 17. 20. 24. 27. 45-49. 54. 55. 57. 58. 61. 62. 63. 65. 67. 68. 71-73. *gamarus* 13. 19. 21. 22. 23. a m. pr. *grammarus* 66. *gambarus* 23. a m. sec. Sed Κάμμαρον Græci dicunt. v. Har-

NOTÆ

pestatis sæpe ventosus et nimbosus. Aër et cœlum Jupiter vocatur, ex Varrone.

79 *Pænula*] Pallium est adversus pluvias. Cic. pro Milone. 'In rheda, pænulatus,' &c.

Nimbo] Repentinis imbribus, quales ferme circa æquinoctia.

81 *Squilla*] Parvus est piscis, at saporis exquisiti, alio nomine *pinnotera* et *pinnophylax* dictus Plinio. Cum audisset ille famosus lurco Apicius *squillas* in Libya majores quam Romæ reperiri, earum desiderio et cupiditate, illuc navigavit: quod refert Suidas. Horat. Sat. II. 8. 'Affertur squillas inter muræna natantes In patina porrecta,' &c. Martial. Epig. XIII. 83. 'Cœruleus nos Liris amat, quem sylva Maricæ Protegit: hinc squillæ maxima turba sumus.' Vide Cic. de Nat. D. II. n. 123. et Athenæum, III. 23.

Quibus asparagis] Quibus condimentis. Plin. XX. 10. 'Asparagi stomacho utiles,' inquit, 'et cumino quidem addito inflationes stomachi coliquè discutiunt, oculis claritatem afferunt,' &c.

82 *Despiciat*] Ab alto aspiciat, dum elata et quasi superbe fertur.

Convivia] Alia fercula, ipsosque convivas.

Cauda] Hanc in deliciis fuisse aiunt.

83 *Excelsi*] Ad majorem pompam et fastum.

84 *Dimidio constrictus*] Coctus et conditus immixto quidem ovo, sed tenuiter admodum et parce. Respiciunt alii ad naturam Cammari, qui sub cauda ova gerit, instar cancrorum, et decrescente Luna imminuitur et quasi constringitur.

Cammarus] Marinus cancer, vilis cibus. Ejus meminit Plin. XXXII. c. ult. Et Martial. Epig. II. 43. 'Concolor in nostra, Cammare, lance rubes.'

Ponitur, exigua feralis cœna patella.
Ipse Venafrano piscem perfundit: at hic, qui
Pallidus affertur misero tibi caulis, olebit
Laternam. Illud enim vestris datur alveolis, quod
Canna Micipsarum prora subvexit acuta;
Propter quod Romæ cum Bocchare nemo lavatur,
*Quod tutos etiam facit a serpentibus Afros.

lance. Ille quidem oleo *Venafrano piscem aspergit: ea vero quæ tibi infelici apponitur pallens brassica redolebit lychnum. Nam vestris id lancibus infertur, quod arundo Micipsarum apportavit prora acuminata: quamobrem Romæ nullus balneum init cum Boccare: quod ab anguibus quoque nigris securos reddit. Patronus*

dnin. Plin. XXVII. 8.—86-102 ejecti e 18. *Venafrano* 15. 19. 21. a m. sec. 23. 27. 45. 46. 47. 58. *perfudit* 19. *perfundit piscem* 20.—87 *offertur* 27. 46. 47. 48. 50. 54. 58. 61. 62. 63. 65-69. 71-74. 77. *confertur* 22.—88 *Laterna* 14. 15. 16. *nostris* 20. *auleolis* 45. Cf. ad VII. 73.—89 *Micissarum* 19.—90.

NOTÆ

Dimidio ovo] Dimidia vix ovi parte.

85 *Exigua feralis cœna patella*] Instar cœnæ feralis exigua et modica. Vide Pers. Sat. VI. 33. et quæ nos ibidem fuse, ad ea verba, 'cœnam funeris.'

86 *Ipse*] Dominus et Patronus, quem pergit conferre cum cliente.

Venafrano] Optimo quidem oleo ex agris *Venafri* urbis, in Regno sitæ Neapolitano, in terra Laboris. Mart. Epig. XIII. 101. 'Hoc tibi Campani sudavit bacca Venafri. Unguentum quoties sumis, et istud olet.' Vide Plin. XV. 2.

87 *Pallidus*] Flaccescens et marcidus, quique pallido colore fastidium pariat. Martial. Epig. XIII. 17. 'Ne tibi pallentes moveant fastidia caules, Nitrata viridis brassica fiat aqua.'

Olebit laternam] Id est, oleum istud vile, quod lampadibus et lucernis adhibetur.

88 *Alveolis*] Paropsidibus, patinis.

89 *Canna*] Vel doliolum, vel navicula e *canna*. Plin. VII. 56. 'Naves,' inquit, 'utiles in Nilo fiunt ex papyro, et scirpo, et arundine.' Cap. vero 2. ejusdem Libri ait, in India nasci arundines tantæ proceritatis, ut singula internodia alveo navigabili ternos interdum homines ferant.

Micipsarum] Afrorum, Numidarum, quorum fuit Rex *Micipsa* Masinissæ filius. Vide Sallust. Jugurth.

Prora] Pars navis anterior. Synecdoche. *Acuta*, ob figuram.

90 *Bocchare*] 'Fuit Bocchar,' sive Bocchor, 'ea tempestate Rex Maurorum:' inquit Liv. XXIX. 30. Ponitur hic pro Numida seu Mauro quolibet.

Cum Bocchare nemo lavatur] Delicati scilicet Romani non sustinebant tetrum illum odorem olei Africani, quo Afri inungebantur; unde et horum consortium illi fugiebant in balneis.

91 *Quod tutos etiam, &c.*] Notat Theod. Pulmannus abesse versum hunc a vetustissimis codicibus.

Tutos etiam facit a serpentibus] Quod etiam oleum fœtore suo arcet et fugat serpentes. Quam miseri ergo parasiti et clientes, qui tam viles ci-

Mullus erit domini, quem misit Corsica, vel quem
Tauromenitanæ rupes, quando omne peractum est,
Et jam defecit nostrum mare, dum gula sævit,
Retibus assiduis penitus scrutante macello
Proxima, nec patimur Tyrrhenum crescere piscem.
Instruit ergo focum provincia: sumitur illinc

habebit barbulum, quem Corsica, aut quem scopuli Taurominitani præbuerunt; cum universum mare nostrum exhaustum est, jamque deest; quando grassatur ingluvies, continuis cassibus, macello funditus maria vicina inquirente; neque sinit adolescere Tyrrhenos pisces. Munit igitur caminum provincia. Inde petitur quod Lenas

91 v. Excurs. ad h. l.—92 *Mulus* 62. 68. 71. 72. 73. *Murus* 11. *domino* 10. 19. 20. 21. 23. 24. 25. 27. 45-50. 54-69. 71-74. 77.—93 *Maurominitanæ* 20. *Tauromінotanæ* 24. *Taurominitannæ* 47. *Taurominitanæ* 10. 14. 16. 17. 19. 21. 22. 23. 25. 27. 45. 46. 48. 49. 54-69. 71-74. 81. ut passim, et *Taurominium* ap. Cicer. et al. Sed *Tauromenitanæ* 1. 11. 12. 15. 26. 50. 70. 75. 76. 77. 82. ut *Tauromenium* in antt. codd. Plin. III. 8. Gr. *Ταυρομένιον*, Strab. *Ταυρομενία*, et in nummis TAVROMEN. et TAVPOMENITAN. Cf. Heins. ad Ovid. Fast. IV. 475.—94 *Ac* 17. *Et jam nunc deficit* 19. *deficit* 16. 57. *mare nostrum* 16.—96 *ne* 22. *petitur* 11. *patitur* (scil. gula) 15. 16. 17. 19-25. 27. 45-50. 54-60. 62-69. 71-74. 77. Nihil interest.—97 *illic* 22.

NOTÆ

bos et tam male conditos avide sectantur! Legunt alii, *a serpentibus Afros*, id est, *Africanos*: perinde est.

92 *Mullus*] Exquisitus piscis, dictus ita, quod mollis atque tenerrimus; cujus cibo tradunt libidinem inhiberi, oculorum autem aciem hebetari, &c. Isidor. orig. XII. 6. 'Mullis nomen a mulleorum calceorum colore Fenestella datum putat;' inquit Plin. IX. 17. at e contra, et melius quidem, ut videtur, Isidor. orig. XIX. 34. *mulleos* calceos dici ait a colore purpureo, qualis est *mulli* piscis. Is alias *barbo* vocatur; *Barbus*, Ausonio: in Mosella, Idyll. X. sic habet: 'Liberior laxos exerces, barbe, natatus.' Vide quæ ad Sat. IV. vs. 15. jam notavi.

Corsica] Insula est Tyrrheni maris, olim *Cyrnus* dicta, Sardiniam inter et mare littusque Ligusticum.

93 *Tauromenitanæ rupes*] Proximæ scilicet illi urbi. *Tauromenium*, vel *Taurominium*, hodie *Taormina*, oppidum est Siciliæ portu inclytum, ad oram orientalem vallis, ut nunc appellant, Demonæ.

95 *Retibus assiduis*] Assidua piscatione.

Macello] Locus est in quo venduntur obsonia quælibet, dictus a quodam nomine *Macello*, cujus ibi domus publice diruta fuit. Varro de Ling. Lat. IV. 32. Item Festus, a *Macello* quodam qui exercebat in urbe latrocinia, quo damnato Censores Æmilius et Fulvius statuerunt, ut in domo ejus obsonia venderentur. Minus placent Isidor. et Donat. originem ducentes quod ibi pecora mactentur. Hic autem ponitur *Macellum* pro piscatoribus in *Macello* seu foro piscario degentibus.

96 *Tyrrhenum piscem*] Pisces maris Tyrrheni, quod et Inferum et Thuscum, estque pars maris Mediterranei, inter Italiam et Sardiniam, Corsicam atque Siciliam Insulas.

97 *Instruit ergo focum provincia*

Quod captator emat Lenas, Aurelia vendat.
Virroni muræna datur, quæ maxima venit
Gurgite de Siculo: nam, dum se continet Auster,
Dum sedet, et siccat madidas in carcere pennas,

insidiator mercetur, ac *venumdet Aurelia. Virroni offertur ingens muræna, quæ procedit e Siculo vortice. Etenim quando Notus se cohibet, cum quiescit, atque exsiccat alas humidas in ergastulo, retia* tunc *audacia spernunt mediam Charybdin.*

59.—98 *emit* 16. *Lenes* 22. *Lenas* quidam, vulgari errore librariorum, qui lineolam sæpe litteræ *n* perperam imponunt. *Aureola* 16. *vendit* 16. 22.—99 in 13. legitur post vs. 103. *murræna* 22. *murena* quidam, ut in fastis Capitol. ap. Gruter. p. 295. et in antt. codd. in quibus tamen vel raro vel nunquam exprimuntur diphthongi. Licinii quoque cognomen *Murena* ap. Cic. et *Μουρήνας* in Appiani bello Mithrid. c. 32. 43. 64. sq. Sed piscis dicitur *μύραινα* et *μύραινος* Suidæ, Athenæo, Hesychio, Aristoph. et aliis. *proxima* pro *maxima* 14. *cum sit* pro *venit* 16.—100 *Gurgite de Siculo titulis et fascibus olim* 13. ex vs. 110.—101 *Cum* 14. *jacet* pro *sedet* 21. *madidas siccat* 27.

NOTÆ

Externæ regiones culinam Romanorum instruunt piscibus, aliisque dapibus.

Provincia] Sic vocatur proprie regio extra Italiam armis subacta, et Romanis tributaria.

98 *Captator*] Vel amicitiæ, vel hæreditatis divitum, per munera. Vide Satir. l. IV. vs. 18. et seq.

Emat] Donandum scilicet ad captandam benevolentiam.

Lenas] Hæredipeta quidam. Vetus Schol.

Aurelia] Mulier pisces vendens; vel dives orba, quæ data sibi munera vendit, seu per avaritiam, seu ob nimiam copiam, ac ne corrumpantur: habet nimirum plura quam possit consumere.

99 *Virroni*] Supra vs. 39.

Muræna] Piscis delicatus, anguillæ similis: huic tamen est tergus crassum magis, illi tenuissimum, teste Plinio, IX. 23. Vide Macrob. III. 15. ubi sic habet: 'Accersebantur murænæ ad piscinas nostræ urbis abusque freto Siculo, quod Rhegium a Messana despicit. Illic enim optimæ a prodigis esse creduntur,' &c. Athen. VII. 18. et Casaub. ibid. ubi Murænas cum serpentibus misceri asseritur, &c. Plin. XXXII. 2. ubi, inter alia, dicuntur Murænæ fœminini tantum sexus esse, e *serpentibus* concipere, et ob id a piscatoribus sibilo evocari, et capi, &c. at loco mox citato idem Plinius retulerat, eam esse vulgi duntaxat opinionem; et ex Aristotele, Myrum vocari marem qui generat.

100 *Gurgite de Siculo*] E freto quod est Siciliam inter et oram extremæ Italiæ meridionalem: alias Mamertino, Rhegino, *Scyllæo;* hodie, *Faro di Messina.* Porro continentem olim cum Italia Siciliam, at maris impetu, sive terræ motu, fuisse distractas aiunt Strabo l. VI. &c. Virgil. Æneid. III. 'Dissiluisse ferunt, cum protinus utraque tellus Una foret, venit medio vi pontus, et undis, Hesperium Siculo latus abscidit, arvaque et urbes Littore diductas angusto interluit æstu.'

Se continet] Antro Æolio.

Auster] Ventus meridionalis imbrifer et aquosus, mare Siculum turbare solitus. Gell. II. 22. Ovidius Metamorphos. Fab. I. 2.

101 *Siccat madidas in carcere pennas*]

Contemnunt mediam temeraria lina Charybdim.
Vos anguilla manet longæ cognata colubræ,
Aut glacie aspersus maculis Tiberinus, et ipse
Vernula riparum pinguis torrente cloaca,

At *vos expectat anguilla longæ colubræ affinis, vel Tiberinus hyeme labeculis notatus, idemque littorum servus, fluente colluvione saginatus, atque assuetus subire*

46-49. 54. 55. 57. 58. 64. contra leges metricas. Hiatus tamen solennes Juvenali. v. ad I. 151.—102 *luna* 16. *ligna* 61. *carybdim* 64. *caribdim* 17. 19. 20. 22. 23. 24. 60. 65.—104-109 desunt 13. *varie* pro *glacie* conj. Schrader.—105 *torpente* invita Minerva emend. Rutgers. var. lectt. II. 17.—

NOTÆ

Poëtice omnia. Ovid. Metamorphos. I. Fab. 7. 'Emittitque Notum: madidis Notus evolat alis.' Virgil. Æneid. I. 'Vasto rex Æolus antro Luctantes ventos tempestatesque sonoras Imperio premit, ac vinclis et carcere frænat.'

102 *Contemnunt mediam temeraria lina Charybdim*] Piscatores audent piscari in mediis etiam vorticibus, dum Auster non sævit.

Lina] Linea vela et retia. Metonym.

Charybdim] Gurges est in freto Siculo naufragiis infestus, juxta Pelorum Promontorium; hodie, *Capo Faro.* Ibi per magnas circumductiones atque vortices navigia submerguntur ac detrahuntur in profundum. Strabo l. VI. *Charybdi* ex adverso respondet Scylla scopulus. Virgil. Æneid. III. 'Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis Obsidet,' &c. Mitto quod de *Charybdi* meretrice post raptos furtim Herculis boves, a Jove fulminata Poëtæ fabulantur.

103 *Anguilla*] Notus piscis, vulgaris cibus.

Cognata colubræ] Ob similem formam. Adde quod anguillam cum colubro misceri aiunt, sicut mox de muræna dixi.

104 *Glacie*] Hyemis enim et frigoris tempore has creduntur maculas contrahere.

Aspersus maculis] Cui venter albus nigris est notis maculosus; hincque vilior indicatur. Nam optimus ille, qui caret istis maculis, teste Columella IX. 17.

Tiberinus] Lupus, aut quivis alius e Tiberi amne piscis, quem tempore Juvenalis Romæ vilem fuisse existimandum est. Nam alioqui Macrob. III. 16. *Tiberinos* lupos, et omnes ex hoc fluvio pisces in deliciis et honore fuisse affirmat, testemque adhibet Varronem; subdit tamen ignorare se, cur illis ita visum fuerit. Plinius etiam IX. 54. lupos Tiberinos commendat, eos maxime qui duos inter pontes capti essent, ob aquam ibi concitatiorem nimirum; quod idem Macrobius laudat ibid. Lucilius pariter. Et Horatius Satir. II. 2. sic habet: 'Lupus hic Tiberinus in alto Captus hiet, pontesne inter jactatus?' &c. Vide eximias piscis lupi dotes apud Athen. VII. 17. ubi et piscium sapientissimus is celebratur.

105 *Vernula riparum*] Vel cœnosa littora consectans, iisque addictus mancipii instar; vel, natus verno tempore in ripis: sic enim proprie verna dicitur.

Cloaca] Sordibus inde manantibus.

Et solitus mediæ cryptam penetrare Suburæ.
Ipsi pauca velim, facilem si præbeat aurem.
Nemo petit, modicis quæ mittebantur amicis
A Seneca, quæ Piso bonus, quæ Cotta solebat
Largiri; namque et titulis, et fascibus olim
Major habebatur donandi gloria: solum
Poscimus, ut cœnes civiliter. Hoc face, et esto,

cavernam mediæ Suburræ. Illi cuperem non multa loqui, *si commodam præstet auriculam. Nullus* a te *postulat* eadem, *quæ Seneca dabat familiaribus egenis,* nec *quæ Piso benignus,* nec *quæ Cotta donare consueverat. Quondam etenim decus largiendi pluris æstimabatur,* quam *vel insignia, vel fasces. Unum rogamus,*

---

106 *foveam* pro *cryptam* 22. ex interpret. *Suburræ* 19. 23. 24. 27. 45. 47. 49. 50. 58. 62. 64-69. 71. 72. 73. v. sup. ad III. 5.—107 *facilis* suspicari possis coll. Horat. Sat. I. 1. 22. et Prop. II. 21. 15. Librarii etiam epitheta substantivis accommodare solent. Sed vulgata lectio non spernenda.—109 *Cota* 17. 19-23. a m. pr. 45. 46. 48.—110 *nam* 15. *in titulis* 14.—111 *dominandi* 14. *gratia* 29. *solum hoc* 15. 19.—112 *vivas* pro *cœnes* 16.—113 *Vi nunc sunt multi*

NOTÆ

106 *Cryptam*] Fornicem, seu meatus subterraneos, per quos urbis sordes egeruntur in Tiberim.

Suburæ] Est vicus et regio urbis præ ceteris immunda. Vide Satir. III. vs. 5. et Pers. Satir. V. vs. 32.

107 *Ipsi*] Virroni avaro.

108 *Quæ mittebantur amicis a Seneca*] Non petimus ut sis æque largus in tuos clientes, o Virro, ac fuit erga suos Seneca.

109 *Seneca*] L. Annæus Seneca, Cordubensis, inter Stoïcos morum sanctitate clarus, Neronis Præceptor, Pisonianæ conjurationis invidia aspersus, ab ipso jussus mori, insectis venis constanter vita excessit. Fuit autem ille dives perinde ac munificus. Corn. Tacit. Annal. XIV. et XV. De Seneca vide plura, Satir. VIII. vs. 212.

Piso, Cotta] C. Piso Calpurnius Claudio Imperatore celebris erat liberalitate et munificentia: pariter et Aurelius *Cotta* sub Nerone. De hoc Tacit. Annal. VI. de illo, l. XV. uterque vero Romæ valde nobilis: et Pisonum quidem genus ad Numam referebatur. Unde Horat. in Arte Poët. Pisones ita compellat: 'Vos, o Pompilius sanguis.'

110 *Titulis*] Honoribus, imaginibus, nobilitate.

Fascibus] Insignibus Magistratuum. Nam Dictatori viginti quatuor, Consuli duodecim, Proconsuli et Prætori sex lictores cum *fascibus* apparebant. Porro *fasces* illi constabant securibus, et virgis e betula quidem arbore e Gallia in Italiam ad id translata, teste Plinio, XVI. 18. ubi terribilem eam vocat. Circumligatis autem virgis pluribus ita securis una includebatur, ut ferri acies in summitate fascium emineret. Cur illi vero fasces colligarentur, docet in Problem. Plutarchus: nempe hinc significatur præcipitem esse non debere Magistratus iram, sed cunctatione et mora, dum sensim virgæ solvuntur, maturam et sapientem: additque ibidem virgis castigari quæ corrigi possunt, quæ vero non, securibus præcidi.

112 *Cœnes civiliter*] Communi cum

Esto, ut nunc multi, dives tibi, pauper amicis.
Anseris ante ipsum magni jecur, anseribus par
Altilis, et flavi dignus ferro Meleagri
Fumat aper: post hunc tradentur tubera, si ver

ut epuleris urbane. Id præsta, sisque, sis (quemadmodum hodie complures) opulentus tibi, egens familiaribus. Ante illum hepar ingentis anseris, altilis anseri æqualis, atque aper Meleagri telo non indignus fumum exhalant. Post eum tubera raduntur, si tum fuerit verna tempestas, *ac desiderata tonitrua præstent*

45.—114 *Ante ipsum dominum magni* 16. *Ponitur ante ipsum* 22.—115 Epitheton *flavi* otiosum videbatur Heinsio ad Ovid. medicam. fac. vs. 85. ubi emend. *navi* s. *gnavi*, et *validi*, ex quo *flavi* ortum putabat, cum τὸ *di* geminare librarius neglexisset. *ferro dignus* 11. 17. 19. 21.—116 *Spumat* 70. Male! *raduntur* 2. 3. 14. 15. 17. a m. sec. 22-25. 27. 45. 46. 47. 49. 50. 54-69. 71-74. 77. 81. ut inf. XIV. 7. probb. Pulm. Britann. Grang. et Heins. ad Ovid. medic. fac. vs. 85. *rudentur* 17. a m. pr. 19. 20. 21. 26. probb. Almelov. et Græv. Mihi utrumque alienum videtur ab h. l. ubi non de cibis apparandis coquendisque, sed jam paratis et in mensa apponendis, sermo est. *rodentur* 16. *traduntur* 10. 13. 48. Non male!—

NOTÆ

clientibus mensa, communibus item epulis, sive sint hæ viles seu lautæ. Sic enim erit salvus honor clientum; quippe videtur injuriosum quod aliis dapibus dives Patronus, aliis clientes et amici ad cœnam vocati in eadem mensa vescantur. Vide Plin. Epist. II. 6. ubi ait de cœna quadam: eam fuisse sordidam simul et sumtuosam: nam sibi et paucis opima quædam is qui invitaverat, vilia ceteris et minuta ponebat. Vinum etiam aliud sibi et nobis, aliud minoribus amicis, aliud suis nostrisque libertis, &c. Et Martial. Epig. III. 59. 'Cum vocor ad cœnam, &c. Cur mihi non eadem quæ tibi cœna datur? Ostrea tu sumis, &c. Cur sine te cœno, cum tecum, Pontice, cœnem?'

113 *Dives tibi, pauper amicis*] Ceterum tibi liceat quando solus eris, epulari laute; parce vero, quando cum aliis, et cum familiaribus: dummodo paria tibi aliisque fercula proponantur: has tibi condonamus avaritiæ sordes.

114 *Ante ipsum*] Ante patronum quidem apponuntur, &c.

Anseris magni jecur] Plin. X. 22. 'Fartilibus,' inquit, 'in magnam amplitudinem crescit' (jecur scilicet), 'exemtum quoque lacte mulso augetur. Nec sine causa in quæstione est, quis primus tantum bonum invenerit, Scipio Metellus vir Consularis, an M. Sestius eadem ætate Eques Romanus,' &c. Vide et Pers. Satir. VI. vs. 71. ad hæc verba: 'satur anseris extis.'

115 *Altilis*] Anas, gallina, quæ ad id aluntur, ut saginentur.

Flavi] Homeric. Epithet. ξανθός. Vide Gell. II. 26.

Dignus ferro Meleagri] Par magnitudine illi apro, quem interfecit *Meleager*. Vide Ovid. Metam. VIII. Fab. 4.

116 *Fumat*] Calet coctus, et mensæ appositus.

Tradentur] Id est, *apponentur;* quod quidem ipse contextus fulcire videtur. Nonnulli codices habent, *Raduntur*, id est, purgantur, abraso cortice, atque ad escam præparantur: vel sarculo evelluntur et abraduntur e terra.

Tunc erit, et facient optata tonitrua cœnas
Majores. Tibi habe frumentum, Alledius inquit,
O Libye; disjunge boves, dum tubera mittas.
Structorem interea, ne qua indignatio desit,
Saltantem spectes, et chironomonta volanti

epulas ampliores, O Libya, tibi serva triticum, ait Alledius; solve boves, dummodo tubera nobis *transmittas.* Ac *ne ulla deficiat iracundia, interim considera structorem* mensæ *subsilientem, atque cheironomonta cultro volitante, quoadusque perfi-*

117 *Non* pro *Tunc* fortasse legendum est: nam de *majoribus* agitur tuberibus, quæ verno potius tempore tenerrima sunt. *faciunt* 17. a m. sec.—118-120 absunt a 13. *Aledius* 21. 23. 24. 25. 27. 57. 58. 60. 62-68. 71. 72. 73. *Alcedius* 22. *Alvedius* 14. *Alidius* 17. *Alichius* 4. *Atilius* 30. prob. Calder. Similis varietas in Cic. ad Att. XII. 4. 24. 27. Forte legendum *Atedius*, (cujus luxum notat Tac. Ann. I. 10.) vel *Asellius*, (de quo Acron ad Horat. Sat. II. 2. 50. *Asellius quidam prætor fuit, qui usum ciconiarum condendarum primus reperit*) vel *Asinius*, (de cujus prodigentia v. Plin. IX. 17. s. 31.) vel denique *Vedius*, de cujus luxuria v. Dio LIV. p. 536. Tertull. de pall. p. 119. Sen. de ira III. 40. et de clem. I. 18. Plin. IX. 23. s. 39. Tac. Ann. I. 10. ubi cf. Lips. et Gron.—119 *Lybie* 60. 61. 64. 65. *Libya* 45-49. *Lybia* 17. 57. 58. *Libia* 14. 15. 16. 20. 21. 22. 26.—120 *siat* pro *desit* 14.—121 *spectas* 13. 17. 19. 20. 22. 23. 25. 27. 45-50. 54-69. 71-74. *videas* 14. 21. 24. *chironomunta* 11. 31 b. 46. 49. 54. (Cf. Gifan. Ind. Lucret. v. *Acherunta*) *chironomanta* 14. 15. 22. 23.

NOTÆ

Tubera] Hæc de genere fungorum sunt, atque velut terræ callum, nullis fibris nixa, aut saltem capillamentis, &c. ut ait Plinius XIX. 2. Martial. Epig. XIII. 50. 'Rumpimus altricem tenero de vertice terram Tubera: boletis poma secunda sumus.'

Si ver] Tunc enim sunt tenerrima. Ex Plin.

117 *Optata tonitrua*] Gulosi nimirum optant tonitrua fruges alioqui vastatura; eo quod illa faciunt ad tuberum procreationem. Plin. XIX. 3. Plutarch. Quæst. Convival. IV. 2. Athen. II. 21.

Cœnas majores] Seu quod tubera et alia ejusmodi gulam acuunt; seu quod uno ferculo cœnam augent.

118 *Alledius*] Nomen helluonis.

119 *Libye*] Hæc Africæ pars ingens, pro ipsa sæpe, et hic quidem, sumitur.

Disjunge boves] Ne ara, ne sere aut mete frumentum, quod Romam transmittas, ut soles: at deinceps gulæ nostræ delicias tubera duntaxat educa.

Tubera mittas] In Africa tubera nasci laudatissima, sicut et in aliis locis æque siccis, sabulosis, et frutetosis, docent Plin. cit. XIX. 2. et Athen. pariter citato mox loco.

120 *Structorem*] Struendæ mensæ, ferculorumque dissecandorum magistrum, Apuleio diribitorem, Petronio scissorem, Lipsio et aliis carptorem. Hujus erat munus et ars bene fercula disponere et collocare, ciboque eleganter in frusta concidere. Vide Sat. IX. vs. 110.

Ne qua indignatio desit] Ut multiplex indignandi causa suppetat: etiam vero ex ista in pincernis luxuria et fastu.

121 *Saltantem*] Veluti ad numeros corpus moventem, dum erudite altilia

Cultello, donec peragat dictata magistri
Omnia: nec minimo sane discrimine refert
Quo gestu lepores, et quo gallina secetur.
Duceris planta, velut ictus ab Hercule Cacus,
Et ponere foris, si quid tentaveris unquam
Hiscere, tanquam habeas tria nomina. Quando propinat
Virro tibi, sumitque tuis contacta labellis

cerit præcepta doctoris universa. Neque parva certe differentia interest, qua gesticulatione lepores, et qua gallinæ concidantur. Pedibus raptaberis ut Cacus ab Hercule percussus, atque statueris extra, si aliquid ausis unquam mutire, quasi geras tres appellationes. Ecquando tibi Virro calicem *porrigit, ac scyphum ac-*

---

a m. pr. 27. 47. *chironomenta* 45. *chiromanta* 19. *chyromenta* 16.—122. 123 in 13. ita coaluere: *Cultello. sed nec minimo discrimine refert. peragat mandata* 6. *magister* 29.—123 *ne* 19. 23. *differt* 20.—124 *gustus* 14. *secatur* 54.—126 *foras* 17. 20. 21. a m. sec. *quis* 47. 48.—127 *Discere... nomina. Plurima sunt quæ* cet. 13. *Discere* 13. 22. *quamquam* 22. idque non male conjecerant Rigalt. et Græv. ut sensus sit: quanquam sis nobilis, (vel potius ingenuus s. civis,) si tamen pauper es, in divitis mensa non audebis hiscere, nisi velis ejici. Iis astipulatur Schurzfl., qui monet, errorem ex antiqua script. *cancam* ortum esse, et vetus scholion in suo cod. ita legi: *Sed melius sic: quanquam nobilis sis, et habeas tria nomina, ut Cneus Cornelius Scipio et si*

NOTÆ

dissecat, et convivis facete ministrat ac apponit.

Chironomonta] Manus artificiose dirigentem, ac gesticulantem tam scite, ut gladiolus quo scindit, volare videatur, adeo versatur agiliter, Χεὶρ, *manus*, et νόμος, *lex*. Metaphora a *Chironomis*, qui certis manuum motibus ac gestibus saltabant.

122 *Magistri*] Trypheri concidendorum ex arte ciborum doctoris, de quo Satir. XI. vs. 137. Erant enim Romæ qui docerent eam artem, in altilibus ligneis, ut postea dicetur amplius, Satir. nimirum XI. Plin. X. 50. 'Postea culinarum artes, ut clunes spectentur, ut dividantur in tergora, ut a pede uno dilatatæ' (*gallinæ*) 'repositoria occupent.' Seneca de Brevit. vitæ c. 12. 'Quanta arte scindantur aves in frusta non enormia,' &c. Idem de Vita beata c. 17. 'Perite servitur' (aliis, *struitur*) 'et est aliquis scindendi obsonii magister.' Et, ad Lucil. Epist. 47. 'Alius pretiosas aves scindit, et per pectus et clunes certis ductibus circumferens eruditam manum, in frusta excutit.'

124 *Quo gestu lepores, &c.*] Diversi quippe ritus concidendi singula; et in variis variæ gesticulationes observabantur a peritis illis mensæ doctoribus ac ministris.

125 *Duceris planta*] Foras extraheris perinde ac ille Cacus olim ab Hercule.

Cacus] Gigas, quem clava ictum Hercules interfecit, quod suas boves abduxisset, et planta arreptum protraxit ex antro in quod furtum ille suum compegerat. Virg. Æneid. VIII. Liv. I. Eutrop. Dionys.

127 *Hiscere*] Obmurmurare et conqueri de facta tibi injuria.

Tanquam habeas tria nomina] Prænomen, nomen, cognomen; ut C.

Pocula? Quis vestrum temerarius usque adeo, quis
Perditus, ut dicat regi, bibe? Plurima sunt, quæ
Non audent homines pertusa dicere læna.
Quadringenta tibi si quis Deus, aut similis Dîs,
Et melior fatis donaret, homuncio: quantus
Ex nihilo fieres, quantus Virronis amicus!
Da Trebio: pone ad Trebium. Vis frater ab ipsis
Ilibus? O nummi, vobis hunc præstat honorem,

cipit tuis labris admotum? Ecquis inter vos tam imprudens, quis deploratus, ut domino sic *loquatur, pota? Multa sunt, quæ pronuntiare non attentant homines pallio perforato. Si quadringenta dederit tibi Numen aliquod, vel* quispiam *Numinibus æqualis, atque fatis benignior, quam magnus homo e nihilo, quam intimus Virroni evaderes!* Diceret sane tunc: *dona Trebio, appone ante Trebium: germane, an appetis de his intestinis? O nummi, vobis istam defert observantiam.*

quid simile.—129 *nostrum* 14. *adeo, et quis* 23.—131 *discere* 13. *læna* 13. 19. 22.—132-145 ejecti e 13. *Quadraginta* 19. 20. 24. 27. 46-50. 54. 55. 58. 64. Male! v. ad I. 106.—133 *deferret* pro *donaret* 16. Male distinguitur in omnibus fere editt. etiam Hennin. *donaret homuncio: quantus* cet. Nam diminut. *homuncio* contemtim dicitur, ut *homullus, homunculus* et *homullulus*, neque adeo verbis *similis Dîs et melior fatis* jungi potest.—134 *quantus fieres* 11. 14-17. 19-22. 45. 59. 60. 65. *Vironis* 22. 46-48.—135 *istis* 16. 48. 65. 68. 69. 77. *illis* 27. 46. 47. 50. 58. 62. 64. 66. 67. 74. *fis frater ab illis Ilibus* perperam corrig. Plathner putans verbum *vis* ab h. l. alienum esse, et non tantum propinationes honoris causa institutas, sed et fraternitatis poculum antiquis non incognitum fuisse, unde Xiphilin. in Tiberio: *ἐν γὰρ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ παρά τε τῷ Τιβερίῳ ἑστιάσθη καὶ φιλοτησίας ἔπιε.*—136 *præstant* 21. a m. pr. 24. a m. pr. *vos*

NOTÆ

Jul. Cæsar: Publ. Corn. Scipio, quod Nobilium est. Quidam sic intelligunt, tanquam fur sis, ut pro tribus literis tria nomina ponantur; sed melius, tanquam sis nobilis. Vetus Schol. Aliter explicant alii, nempe quod sis libertus et Patrono obnoxius, ex Politiano Miscell. c. 31. sed acute magis quam vere, meo judicio.

Quando propinat Virro tibi] An unquam suum tibi calicem offert, aut tuum accipit? quod superbiam ejus, ac tui contemtum indicat. Vide Martial. Epigramm. II. 15.

130 *Perditus*] Desperata fortuna, unde non metuat potentes offendere.

Dicat regi, bibe] Propinans ac porrigens scyphum Nobili cuipiam.

131 *Homines pertusa læna*] Ignobiles et pauperculi, quorum tritæ vestes ac laceræ.

132 *Quadringenta tibi si, &c.*] Quod si dives repente fias, tum colet te Virro, qui te inopem contemnit.

Quadringenta] Sestertia, Equestrem censum, de quibus vide Satir. I. vs. 106. et Satir. II. vs. 117.

Similis Dîs] Princeps ac dives aliquis perinde munificus ut Dii.

133 *Melior fatis*] Beneficentior erga te quam fata.

135 *Da Trebio*] Tum certe Virro pincernæ et structori imperaret opima tibi apponere.

Trebio] Supra vs. 19.

Ab ipsis ilibus] E partibus delicatioribus, e sumine, quod quidem erat in cupediis; teste Plinio XI. 37.

136 *O nummi, vobis, &c.*] Divitias non hominem spectat aut colit.

Vos estis fratres. Dominus tamen, et domini rex
Si vis tu fieri, nullus tibi parvulus aula
Luserit Æneas, nec filia dulcior illo.
Jucundum, et carum sterilis facit uxor amicum.
Sed tua nunc Mycale pariat licet, et pueros tres
In gremium patris fundat simul: ipse loquaci
Gaudebit nido; viridem thoraca jubebit

Vos estis germani. Attamen si tu cupis esse dominus, atque domino imperare; ne ullus tibi parvus Æneas lusitet in *aula, neque filia eo carior. Conjux infœcunda familiarem efficit gratum atque dilectum. Verum quamvis* uxor *tua Mycale modo parturiat, ac tergeminos infantes in paternum sinum edat; ille* tamen *una delectabitur nido garrulo, prasinum thoracem proferri imperabit, ac nuces parvulas, atque*

---

hunc præstatis honorem 2.—137 *tunc* pro *tamen* 16.—138 *tu vis* 16.—139 *Jusserit* 22.—141 *si* pro *nunc* 23. *Mycale* in plerisque libris extat, estque nomen magæ ap. Ovid. Met. XII. 263. et promont. urbisque Ioniæ ibid. II. 223. et al. *Mychale* 27. *Micale* 7. 17. 19. 21. 24. 45. *Michale* 20. 23. 46. 47. 48. 50. 58. 64. *Macale* 22. *Mygale* 1. 75. 76. 77. prob. Lubino, ut nomen fictum sit a concubitu vel commixtione, a *μυγνημι*, quod verbum nihili est. Immo *Migale* a *μίγνυμι* s. *μιγνύω*, *coëo*. Ita legendum censuit etiam d'Orville ad Chariton. I. 7. pr.—142 *effundat* 23. a m. sec. *semel* 75. *ille* 19.—143 *viridemque* 16. 17. a m. pr. 19. a m. sec. contra leges metricas. *et thoraca* 77. Recte, opinor. Post *nido*, et vs. 145. post *infans* signum interrog. ponunt nonnulli, ut sensus sit: Si uxor tua pepererit, putasne eum inde voluptatem capturum esse, et munera infantibus daturum? immo nihil iis donabit, et, quoties illos viderit, indignabitur. Non male! Sed tum pro *licet* vs. 141. reponerem *fac*, quod

NOTÆ

137 *Domini rex si vis, &c.*] At si Virroni plane vis dominari, ejusque intimam familiaritatem nancisci, oportet ut liberis careas; sic enim ille spem concipiet captandæ tuæ hæreditatis. Vide Martial. Epigram. XI. 56.

138 *Nullus tibi parvulus, &c.*] Sumtum e quarto Æneidos.

139 *Nec filia dulcior illo*] Nec videaris plus amare filiam tuam quam Virronem amicum. Vel, ne ita diligas filiam, ut diligeres filium.

140 *Jucundum, et carum sterilis, &c.*] Vir sine prole placet admodum Virroni, aliisque captatoribus avaris.

141 *Sed tua nunc Mycale*] At quamvis habeas filios et hæredes, si tamen dives fueris, Virro ejusque similes te observabunt.

Mycale] Legunt alii, *Migale*, derivantque a *μίγνυμι*.

Pueros tres] Tergeminos nasci certum est Horatiorum Curiatiorumque exemplo, (de quibus Livius l. I.) inquit Plinius VII. 3. ubi et quaternos, Ostiæ, sub Augusto, quinos in Peloponneso, septenos etiam in Ægypto uno partu editos refert.

142 *Simul*] Quidam legunt, *semel*, alii, *simul*, referuntque ad præcedentem sententiam: at alii ad posteriorem.

Simul: ipse loquaci, &c.] Adulator iste quamvis orbum te velit, simulabit se delectari admodum loquacitate pueruli tui, qui adhuc est in cunis.

143 *Nido*] Metonymia simul et Metaphora ab aviculis. Id est, parvulo in incunabulis constituto, ubi jam

Afferri, minimasque nuces, assemque rogatum,
Ad mensam quoties parasitus venerit infans.
Vilibus ancipites fungi ponentur amicis,
Boletus domino; sed quales Claudius edit
Ante illum uxoris, post quem nil amplius edit.

petitam stipem, quandocumque parasitus puer accesserit ad mensam. Familiaribus infimis apponentur fungi dubii, Patrono boletus: at qualem comedit Claudius ante eum conjugis, post quem nihil ultra comedit. Virro sibi aliisque Virronibus impe-

facile in *licet* mutari poterat, quoniam *et* sequitur.—144. 145 Pro vulg. *Auferri* et *Ac mensam* restitui *Afferri* ex 10. 11. 14-17. 19-27. 45-50. 54-60. 62. 64-69. 71. 72. 73. 77. et *Ad mensam* ex 10. 11. 14-17. 19. 20. 23. 24. 27. 45-50. 54. 55. 59. 60. 62. 65-69. Ita legendum esse jam conjecerat Græv. *axemque rogatum* 19. a m. pr. 27. 46. 47. 48. 62.—146 Versus ab alia manu ascriptus in 10.—147 *qualem* 11. 14. 15. 27. 50. 62. 65-74. 77. Doctior est nostra lectio. Hæc vero contra poëtæ mentem dici putabat Schurzfl. et verba in hunc ordinem redigenda esse: *Boletus Domino, fungi ponentur amicis Vilibus ancipites, seu quales Claudius edit.* At sententiam h. l. non percepit, quæ plana est.—148 *postquam* 22. *nihil* 17. 19. 45. 49.—149. 151. 154. 155. 165. 170-173 ex-

NOTÆ

garrire gestit, et conatur loqui.

Viridem thoraca] Pectoris munimentum, et alia munuscula donabit puero tuam captans amicitiam, ut morienti forte illi hæres a te substituatur: vel hunc præstat nummis tuis ac opibus honorem, ut supra.

Viridem thoraca] Viridis nempe coloris vestes pueris dabantur. Is enim veri dicatus ætati primæ congruit.

144 *Minimasque nuces*] Avellanas, poma, &c. quibus capiuntur juvenculi.

Assemque rogatum] Rogitanti quoque (ut fit) parvulo non negabit pecuniam, qua emat crepundia, nuces, et similia.

145 *Ad mensam quoties, &c.*] Quoties eum cœnantem adierit puer, more parasiti cibum petens, ingeret etiam ultro munera.

146 *Vilibus ancipites fungi ponentur amicis*] Vide Plin. Epist. II. 6. cujus locum habes supra, vs. 112. Annotat. ad hæc verba, 'cœnes civiliter.'

Ancipites fungi] Alii enim sunt boni, alii mortiferi. Plin. XXII. 22. 'quorundam ex his facile noscuntur venena, diluto rubore, rancido aspectu, livido intus colore, rimosa stria, pallido per ambitum labro.' Et c. 23. 'ii sunt,' inquit, 'tutissimi quibus rubet caro, magis diluto rubore, quam boleti.' Alii codices habent, *qui rubent callo, minus diluto rubore, quam boleti.* Vide Athen. II. 19. et Sueton. Neron. c. 33. ubi jocatus Nero Deorum cibum *fungos* appellat.

147 *Boletus*] Species fungorum innocua, eoque rara. Unde Martial. Epigram. XIII. 48. 'Argentum atque aurum facile est lænamque togamque Mittere: boletos mittere difficile est.'

Quales Claudius edit] Martialis Epigram. I. 21. 'Boletum, qualem Claudius edit, edas.'

Claudius] Romanorum quintus Imperator, boletorum appetentissimus. Sueton. Tacit.

148 *Ante illum uxoris, &c.*] Ante ultimum illum, quem porrexit ei Agrippina uxor venenatum, quo et extinctus est. Sueton. Claud. c. 44. Plin. XXII. 22. 'Inter ea quæ temere man-

Virro sibi, et reliquis Virronibus illa jubebit
Poma dari, quorum solo pascaris odore;
Qualia perpetuus Phæacum auctumnus habebat,
Credere quæ possis subrepta sororibus Afris.
Tu scabie frueris mali, quod in aggere rodit,
Qui tegitur parma, et galea, metuensque flagelli
Discit ab hirsuta jaculum torquere capella.

rabit ea proferri poma, quorum unica fragrantia replearis: qualia ferebat continuus Autumnus Corcyrensium: quæ suspicari queas detracta sororibus Africanis. Tu pomo uteris scabioso, quale in propugnaculis mandit qui scuto protegitur atque casside, ac flagrum timens vibrare telum docetur a Capella piloso. Fortasse putes Vir-

trusi e 13. *illa videbit* 22. 23. a m. pr. 45.—150 *piscaris* 11. unde Schurzfl. conj. *quorum solum piscaris odorem*. Sed ipse fatetur, eam lectionem videri duriorem.—151 *habebit* 12. Præstiterit, *alebat;* ut ap. Hom. Odyss. η, 119. αἰεὶ Ζεφυρίη πνείουσα τὰ μὲν φύει, ἄλλα δὲ πέσσει.—153 *fruere* 61. 63. 66. 67. 71. 72. 73. *malis* 13. a m. sec. *rodis* 13. *prodit* 4.—154 *flagellum* 22.—155 *Discat* 26. *hirsuto...Capella* 1. (cujus certe glossa est: *a sene magistro campi-*

NOTÆ

duntur,' inquit, 'boletos merito posuerim, optimi quidem hos cibi, sed immenso exemplo in crimen adductos, veneno Tiberio Claudio Principi per hanc occasionem a conjuge Agrippina dato: quo facto illa terris venenum alterum, sibique ante omnes, Neronem suum dedit.'

149 *Reliquis Virronibus*] Sui similibus opulentis.

150 *Quorum solo pascaris odore*] An respicit ad id quod refert Athenæus III. 7. Mala quædam Hesperidum vocari, suaviter quidem olentia, at parum cibo idonea, &c. An potius innuit ea poma tam exquisiti odoris esse, ut sua vel fragrantia pascerent?

151 *Perpetuus Phæacum Autumnus*] Hortos Alcinoi perpetuis fructibus nobiles intelligit. Vide Homer. Odyss. VII. et VIII. et Martial. Epigram. VII. 41.

Phæacum] Corcyra Insula sic dicta primum a Nympha cognomine, dein ejus populi dicti *Phæaces* a *Phæaco* Rege, Neptuni et Corcyræ Nymphæ filio. Illa Epiro adjacet, in Ionio mari, vocaturque hodie *Corfu*.

152 *Subrepta*] Sicut olim Hercules, ut fabulantur, occiso pervigili dracone, ea abstulerat. Hom. Ovid. et alii.

Sororibus Afris] Hæ sunt Hesperides tres, Ægle, Arethusa, Hesperethusa, aureis malis in horto nascentibus celebres. Plin. XIX. 4. 'Antiquitas,' inquit, 'nihil prius mirata est, quam Hesperidum hortos ac Regum Adonis et Alcinoï.' Et sub finem ejusdem capitis hortos illos ait sitos fuisse ad Lixum Mauritaniæ oppidum, ducentis passibus ab Oceano, juxta delubrum Herculis, antiquius Gaditano, ut ferunt.

153 *In aggere rodit, qui, &c.*] Miles tyro, in castris, deficiente sæpius commeatu nullum cibi genus respuens. Numquid enim hic intelligenda, quæ refert Plin. XV. 14. 'Sata in castrorum aggeribus mala?'

154 *Parma*] Breve scutum est, quale gerebant tyrones. Virgil. 'Parmaque inglorius alba.'

Metuensque flagelli] Vapulabant qui exerrabant a scopo.

155 *Hirsuto Capella*] Centurione vel Gladiatore tyrones exercente.

Forsitan impensæ Virronem parcere credas.
Hoc agit, ut doleas. Nam quæ comœdia, mimus
Quis melior plorante gula? Ergo omnia fiunt,
Si nescis, ut per lacrymas effundere bilem
Cogaris, pressoque diu stridere molari.
Tu tibi liber homo, et regis conviva videris:
Captum te nidore suæ putat ille culinæ:

ronem sumtibus temperare. Imo *facit illud ut lugeas. Etenim qualis Comœdia! Ecquis histrio potior edacitate lacrymante? Aguntur itaque universa, si ignoras, ut adigaris per fletus bilem ejicere, ac longius fremere attrito molari. Tu te credis hominem ingenuum ac domini convictorem. Hic te existimat allectum odore suæ*

doctore) 70. et edit. Maittarii, probb. Scalig., Schurzfl., Lindenbr. et Lipsio Mil. Rom. v. 14. Huic tamen *Capella* lanistæ nomen esse videbatur, quod flagellum militi non satis conveniret: illis nomen centurionis vel campidoctoris. Noti sunt plures *Capellæ*, v. c. Marcianus C. e Fabric. Bibl. latin. III. 17. Statilius C. ex Suet. Vesp. 3. poëta ex Ovid. e P. IV. 16. orator e Lamprid. Comm. I. aliique ex Martial. XI. 32. Grut. Inscriptt. p. 350. lin. 5. et al.—156 *credis* 21. a m. pr.—158 *plorante gula melior* 14. 16. 20. *gula est ergo* 13.—160

NOTÆ

Sene Magistro, *Capella*, campi Doctore, ut habet vetus Schol. aut certe glossa interlinearis, ut vult Theod. Pulman. Sueton. Vespas. c. 3. meminit Statilii *Capellæ* Equitis Romani, quem hic nonnulli notari volunt.

Hirsuto] Veste pilosa cooperto, vel prolixa barba crinibusque intonsis horrido, quod affectabant bellatores, ut annotavi cum alibi, tum ad Persii Satiram III. vs. 77. Plurimi legunt, *hirsuta*, explicantes de pharetra quæ caprina pelle integi solebat. Alii dicunt positam olim capellam pro scopo: quod non immerito rejicitur. Lipsius Centur. Epist. II. 31. quæ Josiæ Mercero inscribitur, improbat Scaligerum corrigentem hunc Juvenalis versum, legentemque, *hirsuto Capella*: sed quam ob rem, non explicat.

156 *Impensæ Virronem parcere*] Cum parca te excipit mensa.

157 *Mimus*] Histrio dicta aliorum gestibus exprimens, a *μιμεῖσθαι*, imitari.

158 *Quis melior plorante gula*] Quid jucundius quam videre hominem gulosum Plautino Gelasimo parasito similem, cum præsertim non ficte, sed vere deplorat famis et inediæ miserias? Vide Plaut. Stich. Scen. 3. et alibi.

159 *Effundere bilem*] Iram et indignationem depromere, ac ringi: quod Virroni sit pro Comœdia. Unde vides, quo te loco ille deputet, nempe ridiculi.

160 *Stridere*] Frendere, obmurmurare.

Molari] *Molares* dentes sunt ultimi illi admorsum atterentes cibum ac molentes: unde nomen.

161 *Tu tibi liber homo, &c.*] Tibi quidem videris esse aliquid, nobilis ac ingenuus, eo quod adhiberis mensæ hominis opulenti: at ille te suæ velut asseclam culinæ mancipiumque jure aspernatur.

Nec male conjectat. Quis enim tam nudus, ut illum
Bis ferat, Etruscum puero si contigit aurum,
Vel nodus tantum, et signum de paupere loro?
Spes bene cœnandi vos decipit. Ecce dabit jam
Semesum leporem, atque aliquid de clunibus apri.
Ad nos jam veniet minor altilis. Inde parato,
Intactoque omnes, et stricto pane tacetis.
Ille sapit, qui te sic utitur. Omnia ferre
Si potes, et debes. Pulsandum vertice raso

culinæ. Neque perperam suspicatur. Enimvero quis adeo spoliatus, ut istum patiatur semel ac iterum, si puer nactus est aurum Thuscum, aut nodum duntaxat, ac notam ex inope corrigia? Expectatio cœnæ lautioris vos fallit. En mox donabit Leporem dimidia parte *devoratum, et quidpiam e natibus apri. Mox nobis continget altilis tenuior. Hinc siletis cuncti apposito* vobis *pane duro etiam atque illibato. Is sapiens est, qui te ita tractat. Quandoquidem cuncta vales tolerare, etiam debes:*

---

nitore 17. a m. pr.—167 *Comesum* 15. *aut aliquid* 14. 19. 20.—168 *vos* 13. 16. 23. a m. sec. et al. v. Markland. ad Stat. p. 235. sq. et Oudend. in Misc. Obss. N. T.

NOTÆ

163 *Nudus*] Egens et inops rerum omnium.

Illum] Patronum, Dominum, Regem, arrogantem ac superbum, qui cibos præbet cum tanta contumelia.

164 *Etruscum puero si, &c.*] Si liber fuerit, seu ingenuo seu libertino genere editus.

Etruscum aurum] Bulla aurea, quam pueri nobiles collo suspensam ferebant. De ea vide quæ notabimus ad Persii Satir. v. vs. 31. *Hetruscam* vocat, seu quod ab Hetruscis morem hunc Romani essent mutuati, seu quod eum instituerit Tarquinius Priscus in Hetruria natus, qui et filium suum annos natum quatuordecim, quod hostem manu percusserat, et pro concione laudavit, et bulla aurea prætextaque donavit. Macrob. Saturn. I. 6.

165 *Nodus tantum, &c.*] *Nodus* e loro, seu bulla coriacea, quam gestabant tenuiores ac libertini, in signum libertatis. Etenim libertinorum quoque filiis subinde concessum, ut lorum in collo pro bullæ decore gestarent, quod testatur Macrob. loco mox cit.

166 *Ecce dabit jam, &c.*] Sic apud vos cogitatis quidem: at dum speratis venturas ad vos saltem reliquias lautitiarum Patroni, hinc fit ut nec attingatis viles cibos vobis propositos.

168 *Minor altilis*] Gallina, anas. Nam anser major est *altilis*.

Inde parato, &c.] Fortasse comedendum cum altili panem reservantes, illum non gustatis, et cum silentio expectatis, sed frustra.

169 *Stricto pane*] Vel crustis cultro abrasis leviter perstricto; vel strictim ablato e mensa, vel duritie constricto et solido, quod supra innuit, vs. 68.

Tacetis] Conqueri non audetis, ac justam illam indignationem promere, quam habetis in animo.

170 *Ille sapit*] Ille dives bene quidem et sapienter facit, o Trebi parasite, qui te sic abutitur ad omnem injuriam parato, et dummodo suppetant ac suggerantur cibi quacumque tandem ratione, nullum ignominiæ genus abhorrente.

171 *Et debes*] Ex more et merito

Præbebis quandoque caput, nec dura timebis
Flagra pati, his epulis, et tali dignus amico.

aliquando percutiendum offeres caput summitate detonsa; et meritus istam cœnam atque tantum familiarem, non metues ferre gravia flagella.

x. p. 465. *inde peracto* 11.—171 *Qui potes* 16. *Sic potes* 47. *ut debes* emend. Græv. putans, copulam ab h. l. alienam esse. Enimvero τὸ *et* pro *etiam* positum, et sic sententia aptissima est atque gravissima.

NOTÆ

parasiticæ conditionis, obligaris ad omnia perferenda.

Pulsandum vertice raso, &c.] Quin etiam liber cum sis, servilia tamen verbera sponte excipies ab eo qui te sua mensa et familiaritate dignatur.

Vertice raso] Qui asserebantur in libertatem, ii rasum caput habebant, ut fuse docebimus, ad Persii Satir. 5. vs. 82. et seq. Alii sic interpretantur: Tibi etiam per ludibrium abradi verticem ac percuti a superbo divite patieris ultro, ut istas epulas ac talem amicum tibi concilies. Vide Alex. ab Alex. IV. 10.

EXCURSUS

AD SAT. V. 9-11.

In vs. 10. qui haud dubie a librariis fœde corruptus est, nulla neque librorum lectio nobis satis facit, neque conjectura virorum doctorum, qui, ut in vitio detegendo sagaces, sic in medicina afferenda parum felices fuere.

Jam pro *Tam* 58. —*cum possis* vitiose (nam posterior syll. verbi *possis* longa est) 10. 11. 14-17. 19-22. 24. 25. 27. 45-50. 54-61. 63-68. 70-74. *cum poscis* 65. (Paris. 1505.) 69. *quum possit* 23. 44. 62. 75. 76. *quin possis* 13. *posses et* 26.

Prateo judice satius est, poëticam ferre licentiam, quam sensum pervertere. Despauterius malebat *poscit:* quo tamen nihil proficitur. Ascensius emend. *Tam jejunæ fames,* tu tam famelicus, *cum possit* scil. fames, h. e. cum possis, *honestius illic et tremere,* cet. vel: *Tam jejuna fames, cum poscis,* quando cupis *tremere honestius illic,* in injuriosa divitum cœna, *et*

mordere sordes s. immundas reliquias *farris canini*, panis adeo duri, quem ne canes quidem comesse possent. Illam emendationem, cui et libri favent, non improbat Prateus, et reliquis præfert Plathner, ut poëtà eleganter tribuat fami, quod orator famelico tribuisset.—Lubinus et Grævius reponi jubent *quin poscis*, sed diverso modo hæc verba et interpretantur et interpungunt. Ille sic: *quin* tu longe *honestius poscis*, postulas et præoptas mendicando potius tremere et sordidum comedere panem, quam turpiter adulando idem facere in divitum mensis. Hic vero ita: *Tam jejuna fames?* famesne tanta est, ut illas patiaris contumelias? *quin poscis?* cur non mendicas? *honestius* est, *illic*, in crepidine aut ponte, *et tremere*, frigus pati, *et sordes farris mordere canini*, et sordido pane vesci, quam in mensa divitum tam indigna pati. Hanc lectionem distinctionemque receperunt Henninius, et post eum alii. Sed τὸ *poscere* simpl. poni pro *mendicare* vix crediderim.—Grangæus, Britannicus et alii h. l. tacent, et difficultatem ejus vel non sensisse videntur, vel sapienter dissimilasse.

Equidem non tantum mihi sumserim, ut rem acu tetigisse mihi persuadeam. Cum vero in lectionibus, quæ in omnibus fere libris circumferuntur (*cum possis* et *cum possit*) nemo facile acquiescere, et levissima earum mutatione carminis nitori atque dignitati consuli queat: veniam spero mihi datum iri, quod in illarum locum aliam (*cum pol sit*) substituerim, quam, simul ac meliora edoctus fuero, lubens damnabo. Ea certe admissa non video, quid in h. l. displicere possit, si ita eum exposueris: *Tantine* pretii est tibi, vel a te æstimatur *injuria cœnæ*, h. e. cœna injuriosa, convivium, in quo tot talesque injuriæ tibi ferendæ sunt? tanti cœnam divitum nobiliumque facis, ut propter eam illas toleres injurias? *tam jejuna fames*, (ut ap. Ovid. Met. VIII. 790.) tantane et tam dira est fames tua, ut tantas ob eam et tot injurias patienter feras? *cum pol*, profecto, (ut edepol, ecastor, hercle, mecastor, mehercle) *sit honestius, illic*, in crepidine vel ponte, *et tremere*, frigore horrere, (quia pauper male vestitus est, ut taceam, quod Grang. monet, plerumque ficte tremere, qui

stipem mendicent, unde et forte *tremens Judæa* dicitur inf. VI. 543.) *et sordes farris mordere canini*, panem sordidum edere, qualis canibus datur? Cf. Martial. X. 5. 5.

Olim suspicabar, quod nunc minus placet: *Tam jejuna fames, quam poscis*, efflagitas, optas? *Honestius* est, *illic Et tremere* cet. vel, quod præstiterit: *Tam jejuna fames? cum* (nisi malis *quin* sine interrog.) *possit honestius Irus Et tremere —canini? Irus*, qui ex Hom. Odyss. Σ. 1. sqq. notus est, poëtis passim proverbii loco mendicus dicitur, ut dives contra *Crœsus*, (v. c. Prop. III. 3. 39. al. III. 5. 17. Ovid. Trist. III. 7. 42. Martial. V. 41. 9. VI. 77. 1.) indoctique librarii sexcenties corruperunt nomina propria.

EXCURSUS

AD SAT. V. 90. 91.

90. *Quod propter* 23.—*Bochare* 19. 20. 23. a m. pr. *Boccare* 11. 17. 24. 25. 46-50. 55. 57. 59. 61-69. 71-73. 77. *Bocare* 21. *Bolcare* 22. *Bochore* 27. *Bocchore* 11. 58. Hoc arridere potest, ut significetur Ægyptius, oleumque Ægyptium pessimi odoris. *Bocchoris* rex et legislator Ægyptiorum, notissimus ex Eusebio, Syncello et aliis. v. Diodor. p. 29. 41. 59. Plutarch. Opp. T. I. p. 901. ed. Frft. et Mémoires de l'Acad. des Inscr. et B. L. T. XIX. p. 20. sqq. Maurorum etiam regem *Bocchorem* vel *Bocchum*, non *Boccharem*, dictum putabant Salmas. et alii.—*lavabat* 17.

Versus 91. ante vs. 90. legitur in 11. Non male: judice etiam Rigaltio. Eum vero totum esse delendum, tanquam pannum a scholastico quodam assutum, semper suspicatus sum: admodum certe languet, et magis grammatici, quam poëtæ acumen sapit. Quis enim ferat h. l. τὸ *quod* toties repetitum, et triplicem olei notationem? Nunc video, versum abesse ab 8. et 75. prob. Schurzfl. qui ingeniose suspicatur, eum esse scholium, subjungendum verbis vet. Schol. *Significat oleum Tripolitanum*, et ad vs. 90. apponendum, ut itaque

interpres causam dicat, cur nemo cum Bocchare h. e. Afro velit lavari, quod scil. ille, tanquam adhuc sit in Africa, ubi a serpentibus cavendum sibi sit, oleo Tripolitano malique odoris inungatur. Scholion autem versu expressum esse, non est quod mireris. Id enim tum casu, tum arte scholastici fieri, et sententia vix aliter soluta oratione efferri potuit. Optimis quoque scriptoribus prosaicis, Ciceroni, Livio, Sallustio, et aliis multos excidisse hexametros, quis est qui ignoret? Exempla dabunt Scheller in Præceptis stili bene lat. p. 735. Pott ad Epist. Jacobi I. 17. et Nolten. in Lex. v. *versus*. Fraus etiam tum facilis est interpolatoribus, tum difficilis ad detegendum in poëtis satiricis, qui sermoni propiora scribunt; de quo v. Horat. Sat. I. 4. 40-62. Cf. inf. Excurs. ad IX. 123.

Afros exhibent 13. 21. 22. 82. *Afris* 77. *atris* 10. 11. 12. 14-17. 19. 20. 23-27. 45-50. 54-74. 76. 81. Quæ lectiones probæ sunt omnes. V. Bentl. ad Horat. Sat. II. 8. 95.

D. JUNII JUVENALIS

AQUINATIS

SATIRARUM

LIBER SECUNDUS.

SATIRA VI.

CREDO pudicitiam Saturno rege moratam
In terris, visamque diu, cum frigida parvas
Præberet spelunca domos; ignemque, laremque,
Et pecus, et dominos communi clauderet umbra:
Sylvestrem montana torum cum sterneret uxor
Frondibus et culmo, vicinarumque ferarum

Existimo castitatem regnante Saturno in terris habitasse, et aliquamdiu conspectum, quando antrum algens suppeditabat ædes modicas, et æquali umbraculo contegebat ignem, et Penates, et greges, et Magistros: quando montana conjux nemorensem parabat lectum foliis et palea, et propinquarum pelliculis bestiarum: non tibi par, o

2 *dum* 26.—4 abest a 14. *communis* 22.—6-13 ejecti e 13.—7 *aut similis*

NOTÆ

1 *Credo pudicitiam*] Hac Satira Juvenalis varia mulierum facinora commemorando, Ursidium Posthumum ab uxore ducenda dissuadet.

Saturno Rege] Cum Saturnus Cœli et Vestæ filius in Latio regnabat; cumque vigebat virtus et innocentia. Unde et fuisse tunc aureum sæculum fabulantur. Hesiod. op. I. Cic. de Nat. Deor. 2. n. 64. Virgil. Eclog. 4. et Æneid. 8. Ovid. Metamorph. I. Fab. 3. et 4. Lactant. I. cap. ult. et V. 5. Sanctus Hieronymus Comment. in Isai. IV. 11. et IX. cap. ult. in fine.

3 *Spelunca domos*] Ovidius Metamorphos. I. Fab. 4. 'Domus antra fuerunt, Et densi frutices, et juncta cortice virgæ.'

Domos] Has quidem lateritias Athenis condidere primi Euryalus et Hyperbius fratres: luteas vero Toxius, sumto ab hirundinum nidis exemplo. Plin. VII. 56.

Larem] Qui Deus familiaris colebatur in foco.

5 *Sylvestrem montana*] In montibus educata, ibique vivere sueta. Sic Horat. 'Sylvestres homines,' inquit ad Pisones vs. 391.

6 *Ferarum pellibus*] Lucret. l. V. 'Necdum res igni scibant tractare, neque uti Pellibus, et spoliis corpus vestire ferarum. Sed nemora atque cavos montes sylvasque colebant. Et frutices

Pellibus; haud similis tibi, Cynthia, nec tibi, cujus
Turbavit nitidos extinctus passer ocellos;
Sed potanda ferens infantibus ubera magnis,
Et sæpe horridior glandem ructante marito.
Quippe aliter tunc orbe novo, cœloque recenti
Vivebant homines; qui rupto robore nati,
Compositive luto nullos habuere parentes.
Multa pudicitiæ veteris vestigia forsan,
Aut aliqua extiterint, et sub Jove; sed Jove nondum

Cynthia; neque tibi, cujus oculos fulgentes conturbavit mortuus passerculus: at grandioribus pueris mammas præbens ebibendas, ac interdum agrestior viro glandem eructante. Nam alio modo in *mundo et aëre tum recenter* factis *homines victitabant, qui fracto quercu orti, et cœno formati nullos parentes agnoscebant. Plurima castitatis antiquæ signa vel pauca fortasse restabant etiam sub Jove, at Jove non*

22. 45. *Cinthia* 17. 19. 20.—8 *Turbabat* 28. *Turpavit* conj. Schurzfl. et Schrader; idemque et nobis in mentem venit. Sed vulgata quoque lectio bene se habet.—9 *magis* pro *ferens* 15.—10 *ruminante* 16. *luctante* 22. —11 *tunc aliter* 15.—13 *Compositique* 10. 17. 19-23. 25. 27. 45-50. 54-69. 71-74. 77.—15 *exstiterant* 25. 27. 45-50. 54-69. 71-74. 77.—16 *necdum* 26.

NOTÆ

inter condebant squallida membra.—Circum se foliis ac frondibus involventes.'

7 *Haud similis tibi*] Non æque culta ac tu.

Cynthia] Propertii amasia, tot ejus Carminibus celebrata. Sic habet Eleg. I. 'Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis.'

Nec tibi] O Lesbia Catullo adamata.

Turbavit] Fletibus nimiis.

8 *Extinctus passer*] Catull. Carm. II. et III. 'Passer deliciæ meæ puellæ,' &c.' Passer mortuus est, &c. O misellе passer, Tua nunc opera, meæ puellæ Flendo turgiduli rubent ocelli.'

9 *Potanda ferens infantibus ubera magnis*] Primis enim sæculis grandiores, ut aiunt, nascebantur infantes; aut certe grandiores materno lacte nutritos innuit. Unde Sat. XV. 70. sic habet: 'Terra malos homines nunc educat atque pusillos.' Quanti sit porro infantes non alieno lacte vesci, docet Macrob. V. 11. Gell. XII. 1. Plutarch., &c.

10 *Horridior*] Neglectior, minus culta, et ornandi se studiosa minus quam vir, contra hodiernos mores.

Glandem ructante marito] Marito exhalante odorem glandium, quibus tunc vescebantur homines. Plin. VII. 56. et Prooem. l. XVI. ejusdem vero lib. c. 5. ait e glandium farina panem aliquando factum, et apud Hispanias secundis mensis glandes adhiberi.

11 *Orbe novo*] Recenter condito.

12 *Rupto robore nati*] Egressi nimirum e truncis arborum excavatarum, in quibus noctu se condebant, inde nasci videbantur. Hinc Virgil. Æn. VIII. 'Gensque virum truncis et duro robore nati.'

13 *Compositi luto*] A Prometheo scilicet, qui dicitur a Poëtis e luto primos homines finxisse.

15 *Sub Jove*] Sub quo fuit ætas argentea, jamque cœperunt omnia fieri deteriora.

Nondum barbato] Juniore, et nondum tot adulteriis famoso, quibus se postea contaminavit.

Barbato, nondum Græcis jurare paratis
Per caput alterius, cum furem nemo timeret
Caulibus, aut pomis, et operto viveret horto.
Paulatim deinde ad superos Astræa recessit
Hac comite, atque duæ pariter fugere sorores.
Antiquum et vetus est alienum, Postume, lectum
Concutere, atque sacri Genium contemnere fulcri.
Viderunt primos argentea sæcula mœchos.
Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas.

adhuc barbam habente; Græcis nondum assuetis jurare per caput aliorum: quando nullus metuebat prædonem brassicis vel malis, atque degebat hortulo patente. Postea sensim ad cœlos evolavit Astræa, illa comitante; et ambæ simul germanæ abcesserunt. O Posthume, priscum est ac vetustum turbare thalamum alterius, et spernere Genium sancti columinis. Ferreum continuo sæculum reliqua flagitia produxit universa. Primos adulteros aspexit ætas argentea. Tu *nihilominus ævo nostro moliris*

—18 abest a 13. *aut pomis* 25. 27. 46-50. 55-69. 71-74. 77. *ac pomis* 10. 12. 17. 21-24. 26. 45. *et aperto* legitur in omnibus mss. et editt. ante illam Henninii, qui ex emendat. Barth. Advers. XXII. 7. reposuit *Caulibus et pomis; sed aperto viveret horto*. Neutrum h. l. convenit: nam subjectum est *nemo*, quod cum *aperto viveret horto* neutiquam jungi potest. Ego levissima mutatione *operto* scripsi, quo omnis difficultas tollitur.—20 *abiere* pro *fugere* 14.—21. 22. et 25-47 ejecti e 13. *Postume* 14. 21. 22. 23. *Posthume* in reliquis libris. Sed v. Cellar. Orthogr. lat. p. 318. ed. Harles. *o Postume* 14.—22 *et sacri* 77.—23. 24 Hi versus transpositi sunt in omnibus libris præter 13. Sed error manifestus est, et recte notatus a Schradero in Emendatt. libro p. 139.

NOTÆ

16 *Nondum Græcis jurare paratis*] Græcorum enim fides suspecta omni ævo. Sensus est: cum nondum perjuria inolevissent.

17 *Per caput alterius*] Jurabant Veteres et per suum, et per aliorum caput, v. g. parentum, filiorum, &c. Imo et Deorum. Virg. Æn. IX. 'Per caput hoc juro, per quod pater ante solebat.'

19 *Astræa*] Astræi Principis æquissimi, ut scribit Aratus; vel, ut aiunt alii, Jovis ac Themidis filia, proinde Justitiæ Dea putatur, quam fabulantur in Cœlos evolasse, cum Terras videret sceleribus inquinari. Ovid. Metam. I. Fab. 4. 'Ultima Cœlestum terras Astræa reliquit.'

Hac comite] Pudicitia honestatis Dea.

20 *Sorores*] Fides et Pudicitia, Vetus Schol. Hor. Od. I. 24. 'Pudor, et Justitiæ soror Incorrupta Fides,' &c.

21 *Antiquum et vetus*] Jamdudum flagitia grassantur, a Jovis tempore nimirum.

22 *Sacri Genium contemnere fulcri*] Violari sanctitatem fidei conjugalis, ac religionem matrimonii et thalami, cui Genius præsidet. De Genio vide quæ dicemus ad Pers. Sat. II. 3.

Fulcri] Synecdoche, pro, *thori fulcris nixi*.

23 *Argentea secula*] Quæ secunda fuit ætas, regnante Jove.

Mœchos] Fabulosos Deos flagitiis celebres, Jovem, Martem, Venerem, Mercurium, Apollinem, &c.

24 *Omne aliud crimen, &c.*] Ovid. Metam. I. Fab. 4. 'Ætas de duro est ultima ferro. Protinus irrupit venæ pejoris in ævum, Omne nefas,' &c.

Conventum tamen, et pactum, et sponsalia nostra
Tempestate paras, jamque a tonsore magistro
Pecteris, et digito pignus fortasse dedisti.
Certe sanus eras! uxorem, Postume, ducis?
Dic, qua Tisiphone, quibus exagitere colubris?
Ferre potes dominam salvis tot restibus ullam?
Cum pateant altæ caligantesque fenestræ?
Cum tibi vicinum se præbeat Æmilius pons?
Aut si de multis nullus placet exitus, illud

cœtus, atque contractus, ac matrimonia. Et modo comeris a tonsore principe: forte etiam pignus digito præbuisti. Sapiens extiteras profecto. Conjugem sumis Posthume? Loquere, ecqua Tisiphone, queis serpentibus infestaris? Vales pati dominatricem aliquam, cum *supersunt tot funes? Quando apertæ sunt fenestræ sublimes ac tenebricosæ? Quando pons Æmilius tibi se propinquum offert? Vel si e pluri-*

140. *pertulit* 22. 24. *contulit* 16.—28 *o Postume* 14. Cf. ad vs. 21. *duces* 12. 15-17. 19-22. 45.—29 *exagitere* pro vulg. *exagitare* revocavi e 12. 17. a m. pr. 19. a m. sec. 23. 26. *agitere* 24.—32 *vicinus* 45.—34 *putes* 45. *Pugio* pro *pusio* conj. Valla, ut sit nom. propr. Vetus scholion est: *Pusio a facto nomen:* unde aliud quiddam latere non male suspicabatur Rutgers. Var. Lect. II. 17. et quidem *pygio*, verbum effictum a πυγὴ, *nates, clunes,* unde πυγαῖος *salax* s. ci-

NOTÆ

25 *Conventum*] Vel conventa matrimonialia, vel amicorum et affinium cœtus, super tuis sponsalibus ac matrimonio.

Nostra tempestate] Qua non fuit eritve corruptior.

26 *Tonsore magistro pecteris*] A tonsore inprimis docto comeris, ut sponsæ bellus ac nitidus appareas.

27 *Digito pignus*] Annulum, in futuri mox conjugii fidem ac amoris pignus. Est enim vinculum, non gestamen, quod ait Plin. XXXIII. 1. Macrob. VII. 13. et Alex. ab Alex. II. 19.

28 *Sanus eras, &c.*] Hactenus sapuisti quidem, at jam tum desipere incipis, cum quæris uxorem. Vide Gell. I. 6.

29 *Tisiphone*] Tres Noctis et Acherontis filiæ, vulgo Furiæ censentur, Alecto, Megæra, Tisiphone.

Quibus colubris] Furiis colubros et serpentes pro crinibus affingunt Poëtæ. Virgil. Æn. VII. 'Huic Dea cœruleis unum de crinibus anguem Conjicit.'

30 *Dominam*] Uxorem quæ viro dominetur ac imperitet.

Salvis tot restibus] Cum præsto sint tot laquei, quibus te potius debeas strangulare.

31 *Caligantes fenestræ*] E quibus te præcipites noctu, ne forte deterreat earum altitudo. Vel, caligantes, id est, præ altitudine facientes caligare oculos.

32 *Æmilius pons*] Ædificatus a M. Æmilio Scauro Censore, in via Flaminia, ad unum ab urbe lapidem, unde facile possis in Tiberim desilire, ac submersus perire, nemine conscio aut impediente.

33 *Exitus*] E vita, qua nondum emigrare velis.

Nonne putas melius, quod tecum pusio dormit?
Pusio, qui noctu non litigat, exigit a te
Nulla jacens illic munuscula, nec queritur, quod
Et lateri parcas, nec, quantum jussit, anheles?
Sed placet Ursidio lex Julia: tollere dulcem
Cogitat hæredem cariturus turture magno,
Mullorumque jubis, et captatore macello.
Quid fieri non posse putes, si jungitur ulla
Ursidio? si mœchorum notissimus olim
Stulta maritali jam porrigit ora capistro;
Quem toties texit perituri cista Latini?

bus nullus finis arridet, an non hoc satius existimas, * * *Verum approbatur Ursidio lex Julia. Jucundum hæredem suscipere meditatur,* licet *privandus ingenti turture, ac mullorum pilis, atque macello conciliatore. Ecquid credas haud peragi posse, si aliqua Ursidio copulatur? Si nunc insanum os aperit conjugali fræno adulterorum quondam celeberrimus, quem tam sæpe occultavit arca Latini morituri. Quid,*

nædus.—35 *nocte* et *exigat* 16.—37 *ne* 61. *et quantum* 24.—38 *Urcidio* 48. *Ursiodo* 16. *L. Fursidio Postumo* inscripta est hæc Sat. in 8. Sed metricæ leges *Fursedii* nomen non admittunt. *ducem* 16. 22.—41 *putas* 21. *illa* 4.—42 *mœchorum turpissimus* edidit Maittaire, quod nescio unde habeat.—43 *porrigat* 77.—44 *periturum* 16. et 83. prob. Schradero.—46 *nimiam* 17. 21.—

NOTÆ

38 *Lex Julia*] 'Quæ jubet eos hæreditatem capere qui filios habent,' inquit vetus Schol. Alii vero, eo quod, inquiunt, Ursidius satis egit adulterum, probat legem Juliam adulteria prohibentem, jamque uxorem ducit. Vide Sat. II. 37.

39 *Hæredem*] Legitimum e conjuge filium.

Cariturus turture magno] Munusculis licet non donandus deinceps amplius. Orbis divitibus hæredipetæ dona missitabant, ut notavimus ad Sat. IV. 18. et V. 137. et seq.

Turture] Vel avi, vel pisce, qui Græcis τρυγὼν, Latinis *pastinaca marina* dictitatur. Plaut. Mostell. Act. I. Sc. 1. vs. 44. 'Tu tibi istos habeas turtures, pisces, aves.'

40 *Mullorum jubis*] Jubatis mullis. De his fuse ad Satir. IV. 15. et V. 92.

Captatore macello] Obsoniis, quæ in Macello emta captatores donabant. Vide Sat. V. 95. et 97.

41 *Quid fieri non posse putes, &c.*] Sic Virgil. Ecl. VIII. 'Mopso Nisa datur, quid non speremus amantes? Jungentur jam Gryphes equis,' &c.

Si jungitur ulla Ursidio] Si reperiatur quæ velit nubere mœchorum notissimo.

43 *Capistro*] Metaphora ab equis.

44 *Quem toties texit*] Ab ira et vindicta mariti supervenientis, cum flagitium perpetraret. Vide Hor. Sat. II. 7. 59.

Cista Latini] Instar Latini, qui si-

Quid? quod et antiquis uxor de moribus illi
Quæritur. O medici mediam pertundite venam.
Delicias hominis! Tarpeium limen adora
Pronus, et auratam Junoni cæde juvencam,
Si tibi contigerit capitis matrona pudici.
Paucæ adeo Cereris vittas contingere dignæ,
Quarum non timeat pater oscula. Necte coronam
Postibus, et densos per limina tende corymbos.

quod etiam investigatur ei conjux e prisca indole? O Medici, mediam venam scindite. O voluptas viri! Prostratus venerare januam Tarpeiam, atque macta Junoni buculam inauratam, si tibi evenerit materfamilias capitis casti. Ita raræ merentur attrectare fasciolas Cereris, quarum basia genitor haud metuat, Corollas valvis alliga, atque spissos racemos hederæ *intende per fores. Unicus*

48 *Cernimus auratam* 13. *bidentem* pro *juvencam* quidam, forte quia noverant, bidentem Junoni sacrum esse. Sed *auratis cornibus hostias majores duntaxat immolatas esse* præter alios docet Plinius XXXIII. 3.—49 *contingit* 22. a m. pr. *captis* 13.—50 *sunt* pro *adeo* 13. *dignæ Cereris contingere vittas* 14.—51 *oscula tangere castus* 13.—52. et 55-93 ejecti e 13. *necte* pro *tende* 15. 16. 17.

NOTÆ

mile quid in Scena exhibuit: nimirum ab adultera confestim cista obtectus et a morte servatus est, quam dubio procul intulisset ei deprenso vir adulterium uxoris injuriamque suam ulciscens. Turneb. XX. 8.

Latini] Is Domitiano carus erat mimus. De quo Sat. I. 36. ‘Is postea propter adulterium Messalinæ punitus est,’ inquit vetus Schol. Martial. Epig. IX. 29. ‘Dulce decus Scenæ, ludorum fama Latinus Ille ego sum, plausus, deliciæque tuæ,’ &c.

45 *Quid? quod et antiquis*] Quin etiam tam stultus est Ursidius, ut castam nancisci uxorem speret, qualis aureo sæculo.

46 *Mediam pertundite venam*] Quæ solet incidi furiosis ac phreneticis, ad medendum furori.

47 *Delicias hominis*] Ironice. O delicatum nimis ac beatum, cui tam flagitioso pudica uxor contigerit! Vel, qui sibi tam fatua spe talis inveniendæ adulatur!

Tarpeium limen adora] Jovem Capitolinum, cujus ædes in arce ac rupe Tarpeia, cole, eique sacrifica pro tam singulari beneficio.

48 *Auratam Junoni cæde juvencam*] Plin. XXXIII. 3 ‘Auratis cornibus,’ inquit, ‘hostia majores duntaxat immolabantur.’

Junoni] Pronubæ, conjugii præsidi, et adulteria acriter vindicanti. Virgil. Æn. IV. ‘Junoni ante omnes, cui vincla jugalia curæ.’

49 *Capitis*] Corporis. Synecdoche.

50 *Cereris*] Cujus Sacris nonnisi castæ mulieres initiari debebant. Dion. Halic. l. I.

Vittas] Quibus religabantur Sacerdotum crines.

51 *Oscula*] Ne forte minus pudica sint ea, cum inter salutandum affinibus et amicis dantur ex consuetudine; de qua Plin. XIV. 13. et Plutarch. de mulierum virtutibus, et quæst. Centur. Rom. quæst. 6.

Necte coronam postibus] Quod fieri

Unus Iberinæ vir sufficit? Ocyus illud
Extorquebis, ut hæc oculo contenta sit uno.
Magna tamen fama est cujusdam rure paterno
Viventis. Vivat Gabiis, ut vixit in agro;
Vivat Fidenis! Et agello cedo paterno:
Quis tamen affirmat, nil actum in montibus, aut in
Speluncis? adeo senuerunt Jupiter et Mars?
Porticibusne tibi monstratur fœmina voto

Iberinæ maritus satis est? Hoc potius exigas, ut unus illi oculus sufficiat. Verumtamen ingens est existimatio alicujus degentis in parentum domo rustica. Vitam agat apud *Gabios qualem egit ruri, vitam agat apud Fidenas, ac* tum *concedo* in *agro parentum* castam fuisse. *Nihilominus quis asseverat perpetratum nihil esse in montibus, vel in cavernis? Itane vetusti sunt Mars ac Jupiter? In xystis* autem *an tibi ostenditur mulier desiderio tuo non indigna? Theatra* vero *omnibusne angu-*

25. 26. 45-48. 55-61. 63. 64. 65.—53 *Yberinæ* 21. 22. *Hiberinæ* 17. 19. 49. *Hyberinæ* 18. 20. 45. Post *sufficit* Grangæus et alii vel punctum vel signum exclam. non interrogat. ponunt, ut sint verba Postumi *unus Iberinæ vir sufficit*, h. e. mea uxor casta erit, et erras, qui nullam putas inveniri pudicam.—55 *cujusquam* 73.—56 *Gabiis vivat* 10. Suspicabar olim legendum esse: *Vivet Gabiis*, (h. e. vivetne in oppidis, quanquam parvis ac desertis, nedum Romæ) *ut vixit in agro? Vivet* ita *Fidenis? Et agello* cet. Cujus conjecturæ nunc quoque me nondum pœnitet. Mutata tamen distinctione expeditiorem feci sententiam h. l. de qua interpretes parum fuere soliciti.—57 *Vindemiis* 16. *cede* 20. 61. 77.—58 *actum montibus* 60.—63 *Cironomon* 21. 22. 61. 63. *Ledam*

NOTÆ

suetum erat in nuptiis.

53 *Unus Iberinæ vir sufficit*] Fortasse dices Iberinam tuam sponsam saltem castam esse, ac uno te viro fore contentam. At quantum erras!

54 *Oculo*] In formosis oculi præsertim spectantur. Ovid. 'Oculi sunt in amore duces.'

55 *Magna tamen fama*] Respondet Ursidius; at celebratur ejus pudicitia, quæ fuit educata ruri, in paterna villa.

56 *Vivat Gabiis, &c.*] Ut probetur ejus animi castitas, in urbibus vivat aliquamdiu inter adolescentes paulo quam ruri comptiores.

Gabiis] Volscorum fuit oppidum, celebre quidem dolosa illa Sext. Tarquinii expugnatione, de qua Tit. Liv. I. 53. et seq. Gabiensem agrum equitantium cursu tremere narrat Plin. II. 94.

57 *Fidenis*] Urbs erat Latii Romæ vicina, unde inter utriusque populos bella statim exorta, quæ refert Livius I. 14. et seq.

Et agello cedo paterno] Si quidem in urbibus caste vixerit, tum ego concedam et fatebor etiam ruri pudicam extitisse.

58 *Quis tamen affirmat*] Correctio prioris concessionis ac sententiæ.

Nil actum] Furtim et flagitiose.

59 *Adeo senuerunt*] Ut desint hodieque qui meminerint ac imitentur.

Jupiter et Mars] Quorum tot stupra narrantur in sylvarum ac montium recessu perpetrata. Adverte, si lubet, quam nec suis Diis parcat Satiricus.

60 *Porticibus*] Pompeia, Livia, Isi-

Digna tuo? cuneis an habent spectacula totis
Quod securus ames, quodque inde excerpere possis?
Chironomon Ledam molli saltante Bathyllo
Tuccia vesicæ non imperat: Appula gannit,
Sicut in amplexu: subitum, et miserabile, longum
Attendit Thymele; Thymele tunc rustica discit.
Ast aliæ, quoties aulæa recondita cessant,

Iis continent quod tutus diligas, et quod illinc queas eligere? At *Batyllo tenero Ledam Chironomon tripudiante, Tuccia * * repentinum, atque miseratione dignum prolixum Thymele considerat, Thymele agrestis tum percipit* repentinum, ac flebile prolixum. *Verum quandocumque tapetia submota desinunt, ac fora duntaxat*

17. *Bathillo* 17. *Batyllo* 50. 64. *Batillo* 19. 21. 22. 27. 45-47. 60. 61. 63. *Bacillo* 20.—64-66. Cf. Excurs. ad h. l.—67 *cessent* 17. a m. pr.—68 *sonant*

NOTÆ

dis, quo solent convenire mulieres, ad spatiandum. Ovid. I. de Arte. 'Tu modo Pompeia lentus spatiare sub umbra, Cum Sol Herculei terga leonis adit. Nec tibi vitetur quæ priscis sparsa tabellis Porticus; auctoris Livia nomen habet.'

Voto digna tuo] Qualem exoptas, castam et pudicam.

61 *Cuneis*] Theatri sedibus, gradibus, receptaculis, in quibus spectant ludos fœminæ.

62 *Securus*] Nil metuens de ejus fide et castimonia.

63 *Chironomon Ledam, &c.*] At num ignoras in spectaculis castissimas depravari?

Chironomon Ledam] Genus erat et nomen saltationis, quæ fiebat manuum certis moribus ac gestibus, dicta vero a *Leda* Saltatrice insigni et gesticulatrice. Vide Sat. v. vs. 121.

Saltante Bathyllo] Eximio gesticulatore, quem fœminæ spectantes in admirationem simul et amorem, ut aiunt, rapiebantur. Ejus meminit Tacit. Annal. 1. Vide quæ ad Pers. Sat. v. vs. 23.

Tuccia, Appula] Mulieres rusticæ.

65 *Subitum, et miserabile, longum*] Motus varios ac gestus a mimo expressos, vel etiam voculas nunc subito, nunc in longum tractas ad luctum exhibendum.

66 *Attendit Thymele, &c.*] Rudis illa mulier et innocens hactenus totum intendit animum, Bathyllo saltante; unde et ejus motus ediscit atque artem. Hinc ad libidinem incitatur et corrumpitur. De Thymele jam Sat. I. vs. 36. Tertull. 'Theatrum,' inquit, 'Sacrarium est Veneris.' S. Cyprianus Epistola ad Donatum. 'In Theatris,' inquit, 'admonetur omnis ætas auditu, fieri posse quod factum est: exempla fiunt, quæ esse jam facinora destiterunt. Adulterium discitur dum videtur; et lenocinante ad vitia publicæ auctoritatis malo, quæ pudica fortasse ad spectaculum accesserat, inde revertitur impudica.' Et paulo post. 'Movet sensus, mulcet affectus, expugnat boni pectoris conscientiam fortiorem.'

67 *Ast aliæ*] Aliæ vero mulieres histrionicam etiam exercent, cum nimis diu cessant ludi, adeo sunt luxui ac deliciis deditæ.

Aulæa] Vela, tapetia, quibus obtenditur ac decoratur Scena. Isidor. *Au-*

Et vacuo clausoque sonant fóra sola theatro,
Atque a plebeiis longe Megalesia, tristes
Personam, thyrsumque tenent, et subligar Acci.
Urbicus exodio risum movet Atellanæ

perstrepunt, Theatro inani atque obducto, et Megalesia sunt *diu post Plebeia* ludos, tum *ceteræ mæstæ sumunt larvam, ac thyrsum, atque subligaculum Acci.* Quoties *Urbicus exodio Atellanico excitat cachinnos gesticulationibus Autonoë,*

---

aulæa theatro 26.—69 *plebeis* 17. 19-22. 27. 60. 65. *phebeis* 85. *Magalesia* 19. 20. 27. 46. 47. 49. 85.—70 *thyrsumque petunt* 19. *Arci* 27. 47. *Anci* 21. *Axi* 16. *Accum* 22. *Acne* 75. 76. *Æne* 1. *Actii* 23. Nam varie scribebatur *Accius, Actius, Attius, Atius*: de quo v. Burm. ad Virg. Æn. v. 568. et ad Sueton. Aug. c. 4.—71 *Rusticus* 26. *risum induet* 22. *Attellanæ* 45-48. 50. 59. 60. 61. 63. 64. 65. *Attelanæ* 27. *Athellanæ* 24. *Athelanæ* 23. 85. *Athellenæ* 15. *Athe-*

NOTÆ

læa dicta ait, quod ea primum ornamenta in aula Attali Asiæ Regis inventa sunt. Horat. ad Pisones, vs. 154. 'Si plausoris eges aulæa manentis,' &c.

68 *Fora*] Judiciaria nimirum Tribunalia ac subsellia Judicum.

69 *Plebeiis longe Megalesia*] Quando post ludos Plebeios nimium differuntur Megalenses.

Plebeiis] Hi ludi facti sunt pro lætitia recuperatæ libertatis post exactos Reges: vel ut volunt alii, pro reconciliatione plebis cum Patribus post secessionem in Aventinum, de quibus Liv. lib. II. et III. De Ludorum ritu ac pompa vide Dion. Halic. l. VII. sub finem. Plin. VII. 56. Alex. ab Alex. VI. 19. &c.

Megalesia] Ludi Circenses magnæ Matri Deum a Junio Bruto consecrati. Tit. Liv. nomen a μεγάλης μητρός. Cicer. Haruspro Resp. 'Quid loquar,' ait, 'de illis ludis, quos in Palatio nostri Majores ante templum, in ipso Matris Magnæ conspectu, Megalensibus fieri celebrarique voluerunt? Qui sunt more institutisque maxime casti, solemnes, religiosi—— qui uni ludi ne verbo quidem appellantur Latino, ut vocabulo ipso et appetita religio externa, et Matris Magnæ nomine suscepta declaretur: —servorum Megalesia fuerunt!'

Tristes] Impatientes moræ, spectaculorum desiderio vexatæ sumunt instrumenta histrionum, ac domi ludunt.

70 *Personam*] Faciei tegmen ab Æschylo inventum, teste Horatio ad Pisones vs. 278.

Thyrsum] Hastam pampinis involutam, qualem Bacchæ in Liberi Sacris gestabant, et histriones in Scena, quæ quidem Baccho primum tota erat dedicata.

Subligar] *Tragœdi vestem*, inquit vetus Schol. περίζωμα erat quo mimi et histriones partes inferiores velabant, cetera nudi. Dionys. Halicarn. testatur. Tullius autem Offic. l. I. n. 129. 'Scenicorum mos,' inquit, 'tantam habet a vetere disciplina verecundiam, ut in Scena sine subligaculo prodeat nemo.'

Acci] Vel Poëtæ nomen est, vel potius histrionis cujusdam.

71 *Urbicus*] Histrio, vel cantor.

Exodio] Varro, vitæ et servitutis *exodium*; Apuleius rei *exodium*, id est, *finem*, appellant. At hic proprie magis accipiendum pro Atellanæ Fabulæ diverbio in fine ludorum fieri solito

Gestibus Autonoës: hunc diligit Ælia pauper.
Solvitur his magno comœdi fibula. Sunt, quæ
Chrysogonum cantare vetent. Hispulla tragœdo

illum amat inops Ælia. Istis ingenti pretio *laxatur histrionis fibula. Reperiuntur quæ canere impediant Chrysogonum. Hispulla delectatur Tragœdo. Speransne ut*

liona 16. *Acceliane* 22.—72 *Authonoës* 21-24. *Antonoës* 19. *Helia* 21. 22. 27. 47. 85. *Elya* 45.—73 *Solvitur hinc* 26. *fabula* 73.—74 *Crisogonum* 21. 85. *Crisognum* 22. *Crisgonum* 19. *vetant* 15. 16. 17. a m. sec. 19. 22. 45. *Hispula* 19. 20.

NOTÆ

ad recreandos post seria spectatores. Sueton. Tib. c. 45. 'Nota in Atellanico exodio proximis ludis assensu maximo excepta percrebuit; hircum vetulum capri naturam ligurire.' Vetus Schol. 'Exodiarius,' inquit, 'in fine ludorum apud Veteres intrabat, quod ridiculus foret; ut quicquid lacrymarum atque tristitiæ coëgissent ex tragicis affectibus, hujus spectaculi risus detergeret.' Quidam nominis originem ducunt ab ἔξω ᾠδῆν, *extra cantum*, vel *sine cantu*; seu quia carmen illud ridiculum post exitum Chori canebatur, ut vult Jul. Pollux; seu quod sine cantu a juvenibus jactabatur. Alii *exodium* putant dictum quia post *exodon* erat, quæ Tragœdiæ pars ultima est apud Aristot. Voss. Instit. Poët. II. 5.

Atellanæ] *Atella* urbs Oscorum in Campania, Capuam inter et Neapolim, hodie, *Aversa*, ubi celebre erat Amphitheatrum. Illic inventæ primum joculares illæ fabulæ, quæ Atellanæ vocatæ sunt; similesque erant Satiricis Græcorum Dramatibus, ut egregie notant Diomed. et Donat. in Terent. Tit. Liv. VII. 2. 'Juventus,' inquit 'histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactitare cœpit; quæ inde exodia postea appellata, consertaque fabellis potissimum Atellanis sunt. Quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit juventus, nec ab histrionibus pollui passa est. Eo institutum manet, ut Actores Atellanarum nec tribu moveantur, et stipendia tanquam expertes artis ludicræ faciant.'

72 *Gestibus Autonoës*] Gestibus exprimens verba et actus Autonoës Cadmi filiæ, et matris Actæonis in cervum a Diana mutati, et canibus discerpti, de quo Met. III. vel, agens personam Autonoës, in Fabula de ipsa Autonoë.

Hunc diligit Ælia pauper] Actorem exodiarium viliorem diligit Ælia, nobilis quidem, at pauper: adeo libidine feruntur tam inopes quam opulentæ.

Ælia] Æliæ familiæ paupertatem laudat Valer. Maxim. IV. 4. art. 8.

73 *Solvitur his magno, &c.*] Aliæ ditiores matronæ magno pretio emunt amorem et concubitum Comœdi.

Fibula] Circulus, vel filum ex ære vel argento, quo virilia et usum Veneris coërcet, conservandæ vocis gratia. Vide Cornel. Cels. VII. 25. et Martial. Epig. VII. 81.

74 *Chrysogonum cantare vetent*] Sunt mulieres quæ Chrysogonum voce canora eximium ad libidinem pellicientes perdiderunt cum sua voce, cui nempe noxius Veneris usus.

Hispulla] Matrona pinguis, cujus rursum meminit Sat. XII. vs. 11.

Gaudet. An expectas, ut Quintilianus ametur?
Accipis uxorem, de qua citharœdus Echion,
Aut Glaphyrus fiat pater, Ambrosiusque choraules.
Longa per angustos figamus pulpita vicos:
Ornentur postes, et grandi janua lauro,
Ut testudineo tibi, Lentule, conopeo
Nobilis Euryalum mirmillonem exprimat infans.

diligatur Quintilianus? Assumis conjugem, e qua parens fiat Echion citharœdus, vel Glaphyrus, et Ambrosius tibicen. Ampla erigamus pulpita per arctas vias. Valvæ foresque magnis laureis decorentur, ut illustris infantulus camerato tentorio exhibeat tibi gladiatorem Euryalum, o Lentule. Senatoris uxor Hippia

60. 65. *Ispulla* 14.—75 *exspectes* 14. 26. *aspectas* 45.—76 *Ethion* 48. 85. *Ethyon* 45.—77 *Graririus* 16. *Claphirus* 61. *Glafilus* 11. 22. *fiet* 21. *coraula* 21-23. 85.—78 *augustos* 17. 20. 48. *figantur* 77. *lucos* 26.—80 *Et* 20. *canopeo* 23. 24. 27. 45. 47. 48. *canapeo* 16. 19. a m. pr. 85. *canopeio* 19. a m. sec. *et conopeo* 17. 81 *Eurialum* 10. 14. 45. 47. 65. *Urialum* 19. 20. *aurialum* 85. *mirmilonem* 11. 27. 46. 47. 48. 60. 64. 85. *et mirmilonem* 11. *aut mirmillonem* 10. 14-17. 19-23. 25. 27. 45-49. 54-60. 64. 65. *aut myrmidonem* 24.—82 *Ippia* 17. 19.

NOTÆ

75 *Gaudet*] Amore capitur.

Quintilianus ametur] Imo lascivus histrio diligetur a lascivis istis mulieribus multo magis quam vir sapiens, doctus, castus, qualis Rhetor ille celebris.

77 *Glaphyrus*] Vox Græca venustum et elegantem significans.

Fiat pater] Per adulterium cum uxore tua.

Choraules] In choro tibiis canens. *αὐλὸς, tibia.*

78 *Longa per angustos figamus, &c.*] Concessio ironica. Ergo, inquit, matrimonium ini, et erige pulpita in quibus agantur nuptiarum ludi, ut, &c.

Per angustos vicos] In angiportu.

79 *Ornentur postes, &c.*] Supra vs. 52. et 53.

80 *Ut testudineo, &c.*] Ut tu vir nobilis adulterinos e conjuge filios suscipias quasi tuos, qui tamen sint histrionis, citharœdi, gladiatoris.

Testudineo] In formam testudinis extenso super cunas velo. Minus ad rem videtur quod explicant alii de lecto puerperæ segmentis ornato testudinis. Ponitur itaque *testudineo conopeo*. Synecdoche, pro *cunis parvuli*.

Lentule] Quilibet illustris.

Conopeo] Κώνωψ, *culex*, unde *conopeum* dicitur velum ad arcendos culices, Alexandrinis maxime usitatum, teste Valla. Horat. Epod. 9. 'Interque signa turpe militaria Sol aspicit conopeum.'

81 *Nobilis infans*] Qui de te nobili creditur natus, cum tamen patrem habeat mirmillonem uxoris tuæ adulterum.

Mirmillonem] Componebantur paria gladiatorum, quorum alter *mirmillo*, alter retiarius, ut amplius dictum est, Sat. II. ad vs. 143. et seq.

Exprimat] Gladiatorem vultu referat patri similis infantulus, ad tuum, o Lentule, pudorem ac dedecus.

Nupta Senatori comitata est Hippia Ludium
Ad Pharon, et Nilum, famosaque mœnia Lagi,
Prodigia et mores Urbis damnante Canopo.
Immemor illa domus, et conjugis, atque sororis,
Nil patriæ indulsit; plorantesque improba natos,
Utque magis stupeas, ludos Paridemque reliquit.

secuta est ludionem ad Pharum, ac Nilum, et insignes Lagi muros, Canopo execrante portenta moresque civitatis Romæ. *Ea familiæ oblita, et mariti, et germanæ, nequaquam patriæ pepercit: atque scelesta deseruit filios lacrymantes, et quod plus mirere, spectacula et Paridem. At quamvis et plumea parentis* cul-

20\. 45. *impia* 21. *hyppia* 85. *ludum* 10. 11. 14-17. 19-24. 27. 45. 46. 47. 49. 50. 54. 55. 62. 64. 72. prob. Salmas. ut *ludus* dicatur pro *ludio*, quemadmodum *regna* pro *regibus*, et similia passim obvia. Sed *ludum* reposuisse videntur librarii metro timentes. *Ludium* vero *δισσύλλαβος* vox est propter *συνίζησιν*. Cf. XI. 20. et sup. ad IV. 37.—83 *formosique* 16. *formosaque* 22. 85.—84 *clamante* 46. 47. 48. 58. facili solennique permutatione literarum *cl* et *d*.—87 *ludum* 14. *Paridem ludosque* 25. 27. 46. 47. 48.

NOTÆ

82 *Nupta Senatori*] Exemplis jam probat quod de mulierum effrænata libidine affirmavit.

Senatori] Fabricio Veientoni, de quo ante Sat. IV. vs. 113.

Ludium] Sergium gladiatorem. Legit Salmas. *ludum;* vultque dici pro *ludio;* ut *regna*, pro *regibus*.

83 *Pharon*] Insula est Alexandriæ urbi ponte conjuncta, in qua de fastigio turris fax accensa portum indicat, et dirigit noctu navigantes.

Nilum] Ægypti flumen inclytum de quo Sat. I. vs. 26. Oritur Nilus in Æthiopia superiore, fonte duplici: leucas plus mille perfluit ad mare Mediterraneum; multis auctus fluviis in illud exit per ostia quandoque plura, nempe cum exundat: quod singulis annis contingit circa Solstitium æstivum. Causas exundationis alii alias comminiscuntur. Abundantes tunc temporis in Æthiopia imbres non abs re plerique afferunt. Exundans autem Nilus mirum in modum limo suo terras fœcundat. Qui si creverit ad duodecim vel tredecim cubitos duntaxat, esurit Ægyptus; quatuordecim hilaritatem creant, quindecim securitatem, sedecim delicias; si ultra, damnum. Ex Plin. v. 9. et aliis. Aquarum Nili bonitatem et salubritatem laudant Aristot. Galen. &c. Nitro, quod ibi multum, assignare licet hujus causam. Vide et Herodot. lib. II. Senec. Natural. quæst. IV. 1. et seq. Agell. X. 7. Cœl. Rhodig. XXVII. 6. &c.

Famosaque mœnia Lagi] Alexandriam Ægypti urbem, ubi regnavit *Lagus* Ptolemæi successoris Alexandri pater. Hæc famosa emporio, populorum luxu, et cæde Pompeii.

84 *Prodigia et mores*] Prodigiosum inprimis amorem illum matronæ Romanæ in gladiatorem ignobilem: et ex Hippia, urbis indolem æstimante.

Canopo] Urbe quamvis impura, de qua Sat. I. vs. 26. Metonymia pro *Ægyptiis*.

86 *Nil patriæ indulsit*] Nil curans quod patriæ caritatem simul et famam violaret.

87 *Ludos*] Circenses, quibus adeo

Sed quanquam in magnis opibus, plumaque paterna,
Et segmentatis dormisset parvula cunis,
Contemsit pelagus: famam contemserat olim,
Cujus apud molles minima est jactura cathedras.
Tyrrhenos igitur fluctus, lateque sonantem
Pertulit Ionium constanti pectore, quamvis
Mutandum toties esset mare. Justa pericli

citra, *et inoonabulis segmentatis infantula cubuisset inter ingentes divitias, aspernata est mare: quondam spreverat existimationem, cujus damnum parvi stat apud sellas delicatas. Ergo Tyrrhenos vortices, ac Ionium longe resonantem perpessa est corde intrepido, tametsi commutandum erat æquor frequenter. Quando legi-*

54-60. 64. 65.—88 Versus abest a 14. et *in* a 16.—90 *contemserit* 16.—91-97 in 13. ita mutati: *Fortem animum præstat rebus, quas turpiter audet Fœmina, et ex facili famam contemnit honoris. Cujus apud molles minima est jactura cathedras. Turpe timore caret mulier: justa pericli Si ratio est et honesta* cet. *nimia* 26.—93 Bentleius ad Horat. x. 19. hæc notavit: '*Ionium* mare Græcis et vincta oratione et soluta *ὁ Ἰόνιος* dicitur, subaudito *πόντος*. At Latini neutrum magis amant, quippe quibus *mare* subintelligitur. Masculino genere effertur h. l. sed aut refingi fortasse debet *lateque sonorum*, aut ex verbo præcedente substantivum sibi adsciscere potest *fluctum*, aut certe ob raritatem non temere Horatio affingendum est.' Sed mare etiam Romanis *pontus* dicitur, et cum Horatius tum Juvenalis docte ac Græce loqui amant.—

NOTÆ

Romani capiebantur, ut notavi Sat. III. vs. 222.

Paridem] Scenicos etiam ludos, et in iis Pantomimum istum Domitiano carum, ab eo tamen postea necatum, ob ejus nimiam cum Domitia sua familiaritatem et adulteria. Vetus Schol.

88 *Sed quanquam in magnis*] Quamvis autem molliter esset educata, utpote domi nobilis ac dives, lascivus amor audacem fecit et robustam, ut longe sequi adulterum histrionem non vereretur per terras, et maria.

89 *Segmentatis*] Distinctis ornatisque multiplice tessella, vermiculato emblemate, segmentis. Porro segmenta vet. Schol. explicat vittas intextas auro de vestibus pendentes. Alii fasciolas aiunt esse vestium oris assui consuetas ornatus gratia. Vide quæ ad Sat. II. vs. 124.

90 *Contemsit pelagus*] Tempestates maris horrendas, variaque discrimina non exhorruit.

Famam contemserat olim] Abjecto dudum pudore, cum sui pridem impuri amores vulgarentur.

91 *Cujus apud molles, &c.*] Cujus parvi jactura penditur a luxuriosis mulieribus, quæ mollibus cathedris ac sellis uti solent.

Cathedras] Sellas muliebres. Vide quæ notavimus Sat. I. vs. 65.

92 *Tyrrhenos fluctus*] Mare Thuscum et Inferum Latinis, Tyrrhenum Græcis.

Sonantem] Quando fluctus scopulis illiduntur cum fragore.

93 *Ionium*] Ad fauces Adriatici maris, Siciliam inter et Cretam.

94 *Mutandum toties esset mare*] Ex

Si ratio est, et honesta; timent, pavidoque gelantur
Pectore, nec tremulis possunt insistere plantis:
Fortem animum præstant rebus, quas turpiter audent.
Si jubeat conjux, durum est conscendere navim;
Tunc sentina gravis, tunc summus vertitur aër.
Quæ mœchum sequitur, stomacho valet. Illa maritum
Convomit: hæc inter nautas et prandet, et errat
Per puppem, et duros gaudet tractare rudentes.
Qua tamen exarsit forma, qua capta juventa est
Hippia? quid vidit, propter quod Ludia dici

tima probaque discriminis adest causa, formidant et meticuloso corde frigent, neque pedibus vacillantibus stare queunt. At *impavidam adhibent mentem fœdis rebus quas attentant. Si vir imperat, grave est navim ingredi. Sentina tum molesta: tum supremus æther convolvitur. Quæ* vero *comitatur adulterum, pectore firmo est. Ista vomit* in *virum: hæc inter nautas et prandium carpit, et ambulat per puppim, gravesque funes contingere oblectatur. Verum qua pulchritudine incensa est, qua juventute rapta est Hippia? Ecquid aspexit, cujus gratia toleravit his-*

95 *timet* 74. *pavidæque* 26. Fuere qui legere mallent *pavidæque gelantur Pectora* improb. Schurzfl. qui laudavit Jan. Bernart. ad Stat. p. 129.—96 *Corpore* 85. *possint* 22. *consistere* 14.—98 *Si jubeat sponsus* 6. *ascendere* 24. *navem* 45. 46-50.—99 *dum summus* 14. *et summus* 21. *summis* 45.—101 *Evomit* 26. *Cognovit* 16.—102 *puppim* 11. 65.—103-106 absunt a 13. *juventa est* 10. 11. 12. 14. 15. 21-25. 45-50. 54-60. 62. 64-69. 71-74. In reliquis libris non legitur *τὸ est*, quod tamen facile excidere potuit propter compend. scrib. quodque nos inseruimus, ne quatuor certe *ὁμοιοτέλευτα* jungantur. —104 *Hippia* 23. 27. 45-50. 56-74. 77. *Ippia* 21. 22. *Yppia* 24. *Hyppia* 25.

NOTÆ

Italia trajicientibus in Ægyptum tranandа sunt maria, Tyrrhenum, Ionium, Ægeum.

Justa pericli si, &c.] Cum se dat occasio, urgetque ratio aliqua justa et honesta subeundi maris et periculi, tum illæ mulieres expavescunt: at libidinis explendæ causa quidlibet facile moliuntur.

99 *Sentina*] Navis fundus, in quem fit aquarum et sordium colluvies, unde graveolens et teter odor emittitur.

Summus vertitur aër] Tum nauseæ vertiginesque faciunt, ut cœlum rotari, ejus summa pars ima fieri, omnia perturbari videantur.

100 *Stomacho valet*] Nausea non tentatur.

Maritum convomit] Vomitu conspurcat nauseabunda. Vide Cœl. Rhodig. xxvi. 13.

102 *Rudentes*] Ita dicuntur, quod flantibus ventis rudere videantur.

103 *Qua tamen exarsit forma*] At quæ tandem causa tam ardentis furoris? An impuberem quendam ætate florentem, an eleganti raraque forma juvenem deperit, cujus amor aut tolerabilis aut venia dignus æstimari debeat? Quin imo.

104 *Ludia dici*] Quippe quæ *ludium* sectetur, cum sit uxor Senatoris, et ipsa natalibus clara.

**Sustinuit? nam Sergiolus jam radere guttur
Cœperat, et secto requiem sperare lacerto.
Præterea multa in facie deformia; sicut
Attritus galea, mediisque in naribus ingens
Gibbus, et acre malum semper stillantis ocelli.
Sed gladiator erat. Facit hoc illos Hyacinthos:
Hoc pueris, patriæque, hoc prætulit illa sorori,
Atque viro. Ferrum est, quod amant. Hic Sergius idem
Accepta rude cœpisset Veiento videri.**

trionica vocari? Etenim Sergius incœperat jam tondere fauces, et quietem expectare, nervo exciso. Insuper non pauca in vultu fœda erant: *velut pressus casside; et magnus tumor in medio naso; atque gravis morbus oculi nunquam non fluentis. At erat gladiator. Id eos reddit Hyacinthos: id natis et patriæ, id germanæ maritoque ista præposuit. Gladius est quem depereunt. Ille ipse Sergius donatus rude incœpisset Fabricius æstimari.* Scilicet *augeris quid privata familia, quid*

Eppia 82. *Appia* 85. Cf. ad vs. 114.—105 *jam Seriolus nam* 14.—106 *fesso* pro *secto* 14.—107 *multa sunt* 15 e glossa. *faciem* 25. 27. 46-50. 55-63. 65-69. 71-73. 77. *sinit* pro *sicut* 85.—108 *mediis* 13. 15. 16. 85.—109 *Gippus* 14. *cibbus* 61. *graviter* pro *semper* 14. *sæpe stillantis* 11. ad marg. 17. a m. pr. 21. 22. 23. 26. 45. prob. Schurzfl. qui monet, ita etiam legisse Nic. Ferretum opusc. gram. p. 3. et mutationem ex eo ortam videri, quod librarii versum ruere putaverint, si *sæpe* legeretur, cum debuerint meminisse, Græcam positionem hic locum habere. Cf. ad VIII. 107. XVI. 22. Drakenb. et nos ad Sil. Ital. VII. 618. IX. 575. et XVII. 547. ubi multis exemplis probavimus, syllabam finalem, per se brevem, sequentibus duabus vel tribus consonis, modo corripi, modo produci.—110 et 113-132 ejecti e 13. *hiacynthos* 46. *hiacyntos* 60. 65. *iacynthos* 27. 47. *yacinthos* 24. *iacinthos* 23. *iacinctos* 22. *yacinctos* 21. *Iyacinctos* 14. *Zacynthos* 45.—111. 112 *Et patriæ et pueris, et præponuntur honesto Sæpe viro. Ferrum est, quod amant, quod carpitur, ardent* 13.—113 *Vegento* 17. 19.—114 *fecerat* 22. a m. pr. *Hippia* 23.

NOTÆ

105 *Sergiolus*] Diminut. ad ironiam.

Radere guttur] Mentum jam egregie barbatum, quod ætatem arguit provectam.

106 *Secto requiem sperare lacerto*] Missionem accipiebant gladiatores, si quando essent membro aliquo mutilati. Minus placet quod affert vetus Schol. Bellonarium forte illum factum esse, seu e Bellonæ Sacerdotibus, qui ex more lacertos sibi gladio dissecantes cruorem suum Deæ sacrificare consueverant. Vide Alex. ab Alex. III. 12.

108 *Attritus galea*] Frons erat attrita, vibicibusque notata, ob galeam quam gestabat mirmillo. Vide quæ notavimus Sat. II. vs. 143. et seq.

109 *Gibbus*] Tumor e percussione crebra.

Semper stillantis ocelli] Lippitudine laborantis.

110 *Hyacinthos*] Tam amabiles, quam formosus ille Apollinis amasius, de quo Ovid. Met. X. Fab. 5.

113 *Accepta rude*] Missionis olim et vacationis a gladiatura signum erat,

Quid privata domus, quid fecerit Hippia curas?
Respice rivales Divorum: Claudius audi
Quæ tulerit. Dormire virum cum senserat uxor;
Ausa Palatino tegetem præferre cubili,
Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos,
Linquebat comite ancilla non amplius una,
Sed nigrum flavo crinem abscondente galero.

Hippia egerit? Cerne Deorum æmulos: ausculta quæ sustinuit Claudius. Quando conjux advertebat maritum esse sopitum, non dubitans regali thalamo mattam præponere, et *induere noctis cucullum, meretrix Cæsarea* illum *deserebat, unica duntaxat famula comitante, atque flavo galericulo tegente capillos atros, ingressa*

27. 45-50. 56. 57. 59-74. 76. 77. 85. *Ippia* 17. 20. 21. 22. 26. *Yppia* 19. 24. *Hyppia* 25. 58. *Eppia* 1. 75. 82. Cf. ad vs. 104.—116-120 v. Excurs. *senserit* 12. 15. 16.—117 *Palentino* 47. 48. *conferre* 26.—120 *Et* pro *Sed* 10. 17. 19-22. 24. 25. 27. 46-50. 54-69. 71-74. 77. 85. *nigro flavum* 11. *et flavo* 22.—

NOTÆ

seu gladius ligneus, ut aiunt quidam, seu virga impolita et rudis: unde rudiarii dicti, qui non cogebantur amplius ferro decertare, sed baculis et rudibus tantum batuere. Turneb. XXV. 17. et XXVI. 26. Sueton. Tib. c. 7. rudiarios revocatos ait. Calig. c. 32. mirmillonem e ludo rudibus secum batuentem ferrea sica ab eo confossum. Claud. c. 21. Essedario indultam rudem. Horat. Epist. I. 'Donatum jam rude quæris, Mæcenas, iterum me antiquo includere ludo.'

Cœpisset Veiento videri] Tam vilis ei foret quam suus vir Fabricius Veiento.

114 *Quid privata domus, &c.*] Transitio. Sed ne tam indigne fer libidines privatorum: nam et similes in Principibus reperire est; quod multo magis mirare.

115 *Rivales Divorum*] Imperatorum Romanorum qui Divi appellantur, et post mortem in Deorum numerum referuntur.

Claudius] Romanorum Cæsar quintus cui Messalina uxor tot rivales dedit, tot adulteros admisit monstrosæ libidinis mulier. De hac Corn. Tacit. Annal. II. Plin. X. 63.

117 *Tegetem*] Mattam centone stipatam, quæ in lustro pro lecto est. Vel fornicem et lustrum *tegetem* vocat quasi tugurium vile præ domo Imperatoria et Palatio Claudii.

118 *Meretrix Augusta*] Messalina Claudii Cæsaris uxor, adulteriis famosa.

Cucullos] Caput scilicet eo tegumento involvebat, ne agnosceretur. Vide Sat. VIII. vs. 145.

120 *Nigrum flavo crinem abscondente galero*] Flava coma adscititia, quæ pro galero est: crine supposito rotundo in formam galeæ, quo meretrices utebantur flavo: at nigro duntaxat matronæ. Vetus Schol. Sed et viris in usu fuisse factitium ejusmodi capillitium constat. Sueton. Id modo galericulum, modo capillamentum nuncupat. Calig. c. 11. capillamento celatus ganeas obire ille dicitur. Otho vero c. 12. galericulo ca-

Intravit calidum veteri centone lupanar,
Et cellam vacuam, atque suam. Tunc nuda papillis
Constitit auratis, titulum mentita Lyciscæ,
Ostenditque tuum, generose Britannice, ventrem.
Excepit blanda intrantes, atque æra poposcit;
Et resupina jacens multorum absorbuit ictus.
Mox, lenone suas jam dimittente puellas,
Tristis abit; et, quod potuit, tamen ultima cellam
Clausit, adhuc ardens rigidæ tentigine vulvæ,
Et lassata viris, nec dum satiata recessit:

est lustrum detrito centone calens, atque cellam inanem suamque. Tum simulans inscriptionem Lyciscæ, nudata mammis auratis prostitit, et exhibuit uterum tuum, o nobilis Britannice. Jucunda venientes admisit, et pecuniam exegit. * Deinde suo Ganeone juvenculas remittente, mœsta discedit: veruntamen, quod licuit, cellam postrema conclusit,* * abiit non adhuc expleta, malisque denigratis indecora, et de-*

122 *Tum* 11. rectius, puto.—123 *Prostitit* 1. 24. et Ms. Schegk. qui id probat in Præmiss. Epist. v. Est utique vocab. propr. sed idcirco e marg. forsan irrepsit. *Liciscæ* 24. *Lycissæ* 47. 48. 64. 85. *Licissæ* 14-17. 19. 23. 25. 45. *Lucisce* 12. *Lycisæ* 61.—124-126 v. Excurs. ad h. l.—127 *demittente* 23. a m. pr.—128 *quoad et potuit* 24. *sed* pro *et* 10. 11. 15. 19. 22. 23. 25. 27. 46-50. 54-69. 71-74. 76-77. 85. *tandem* 16. *tantum* 11. 46. 47. 48. 50. 55. 57. 58.—130 *laxata* 19. *nondum* 14. 15. 19. 22. 46-50. 54-69. 71-74.

NOTÆ

piti propter raritatem capillorum adaptato et annexo, ut nemo cognosceret, usus refertur.

121 *Calidum*] Quia valde frequentatum: vel ob Lyciscam recenter egressam.

Centone] Operculum est e variis pannis et coloribus conflatum.

122 *Cellam vacuam*] Discessu Lyciscæ.

Atque suam] Ex pacto, quo Lyciscæ diurnum, Messalinæ vero nocturnum tempus dabatur: sic enim inter se illæ convenerant.

123 *Auratis*] Ornatis auro.

Titulum mentita Lyciscæ] Ut pro Lycisca haberetur, cellam ejus nocte occupabat Messalina. Porro cellis meretricum nomina inscripta erant. Hinc et titulus falso additus hic dicitur.

Lyciscæ] Quæ famosa meretrix erat. Ejus meminit Martialis lib. IV. epig. 17.

124 *Tuum ventrem*] E quo natus prodiisti.

Generose Britannice] Ironice, ob genus et patrem incertum illius, et promiscuos matris Messalinæ concubitus. Claudii tamen Imperatoris habebatur filius, et ab eo per castra infans circumlatus, ac militibus commendatus. Tacit. l. XIII.

125 *Æra*] Stupri mercedem, ne alia quam ipsa meretrix Lycisca existimaretur.

127 *Dimittente puellas*] Sub mediam noctem.

Obscurisque genis turpis, fumoque lucernæ
Fœda lupanaris tulit ad pulvinar odorem.
Hippomanes, carmenque loquar, coctumque venenum,
Privignoque datum? faciunt graviora coactæ
Imperio sexus, minimumque libidine peccant.

turpata lampadis fumo, lustri fœtorem portavit ad lectum Imperatoris. *Referamne hippomanes, et incantamenta; et virus excoctum, atque privigno propinatum? Deteriora perpetrant adactæ dominatione* sui *sexus; minora vero committunt* per *cupidinem. At cur proba* est *Cesennia, affirmante* suo *viro? Donavit* scilicet

85. *sed non* pro *necdum* 45.—131 *Obscenisque* suspicari possis. *lacernæ* 14. —133 *Hippomanes carnemque loquar* 11. 16. unde Schurzfl. conj. *Hippomanis carnemne*. Idem tamen recte monet, antiquam lectionem retinendam, alteramque e glossa ortam videri. Fortasse hæc etiam stupori vel incuriæ librariorum debetur.—135 *nimiumque* 16. 22.— 136. 138 ejecti e 13. *Cesennia* 14. 15. 26. 27. 61-63. 65. (Paris. 1512.) 66. 67. 70-74. 82. *Cæsennia* 81. et al. Alterutra lectio videtur probanda. Gens certe *Cesennia* nota est

NOTÆ

131 *Obscurisque genis, &c.*] Obscuratis fuligine lucernarum, ad quas prostabant meretrices.

132 *Ad pulvinar*] Ad Imperatoris Claudii viri sui lectum pulvinis stipatum. Pulvinaria vocantur proprie lectuli in honorem Deorum strati in templis, in quibus eorum imagines reclinabantur. Hinc lectisternia, quorum frequens apud Livium mentio.

133 *Hippomanes, carmenque, &c.*] Alia jam persequitur mulierum scelera, quæ flagitiis prioribus ac libidine pejora esse affirmat, nimirum propinata philtra, incantationes factæ, veneficia.

Hippomanes] Vox Græca ab ἵππος, *equus;* et μανία, *furor.* Tria significat: primo quidem, herbam quandam ita vocatam: secundo, carunculam nati recens pulli fronti adhærentem: tertio, fluentem liquorem quendam virulentum ex equæ pudendo ad Venerem concitatæ, in veneficiis usitatum. De herba illa, Botanici. De caruncula equina, Plin. VIII. 42. 'Equis innasci,' ait, 'amoris veneficium, hippomanes appellatum, in fronte, caricæ magnitudine, colore nigro; quod statim edito partu devorat fœta, aut partum ad ubera non admittit, si quis præreptum habeat.' De veneno denique illo, idem Plin. XXVIII. 11. 'Hippomanes tantas in veneficio vires habet, ut,' &c. Virgil. Georg. III. 'Hinc demum hippomanes vero quod nomine dicunt Pastores, lentum distillat ab inguine virus. Hippomanes quod sæpe malæ legere novercæ, Miscueruntque herbas et non innoxia verba.' Vide Ælian. de Animal. XIV. 18.

Carmen] Vide Virgilii Eclog. VIII.

Coctum venenum] Apud Sueton. Ner. c. 33. Nero Locustæ jubet coram se venenum coquere quam posset velocissimum ac præsentaneum: mox, illud iterum ac sæpius recoctum dari Britannico, qui statim exanimatus est. Tit. Liv. VIII. 18. Complures matronæ per indicem deprehensæ referuntur venena coquentes. Tumque primum de veneficiis quæsitum: et ad centum septuaginta damnatæ.

134 *Privignoque datum*] Mariti ex alia uxore filio porrectum a noverca poculum seu amatorium, seu venenatum, cum aut libidine aut ira moveretur. Sic Hippolytum Phædra in-

Quantulum in hoc? pueros omnes, ergastula tota,
Quodque domi non est, et habet vicinus, ematur.
Mense quidem brumæ, quo jam mercator Iason
Clausus, et armatis obstat casa candida nautis,
Grandia tolluntur crystallina, maxima rursus

nas, et Falernas ulmos. Quantum autem in ea re? *Cunctos servos, ergastula integra* deposcit. *Et quod* in *familia non adest, vicinusque possidet*, pretio *comparari* jubet. *Etiam hyemali mense, quando Jason mercator jam abditus, atque tugurium albicans retardat nautas expeditos, magna proferuntur e crystallo* vasa, *myrrhina*

---

a 22.—151 *omnes pueros* 19.—152 *non est domi* 15. *sed habet* 14. 22. *quod habet* 15. *vicina* 16. *amatur* 22.—153 *Mense quidem Numæ* 4. et sic legit Sidon. In 4. reperitur vetus hoc scholion: Ita Februarius dictus, quem Februo i. e. Plutoni consecravit Numa. Idem vero rex Januarium quoque instituit Janoque consecravit. Sed quis unquam hunc vel illum mensem Numæ propterea dixit? *cum* pro *quo* 10. 11. 14-17. 19. in marg. 20. 21. 22. 25. 27. 45-50. 54-63. 65-69. 71-74. 77. *in ædem* pro *Iason* 16.—155 *Candida* 19. Pu

NOTÆ

'Lana,' inquit, 'laudatissima Appula . . . . . . Circa Tarentum Canusiumque summam nobilitatem habet.' Martial. Epig. xiv. 155. 'Velleribus primis Apulia, Parma secundis Nobilis, Altinum tertia laudat ovis.'

Ulmosque Falernas] Vites ex agro Falerno ulmis sustentatas. Vide Sat. iv. vs. 138.

151 *Quantulum in hoc*] Sed hoc quam parvi est momenti præ sequentibus!

Pueros omnes, &c.] Numerosam familiam, complures famulos atque opifices, qui sibi deserviant et laborent.

Ergastula] Loca in quibus servi, item noxii, clausi vinctique ad opus tenebantur. Etymologia ab ἔργον, *opus*, et στέλλω, *mitto:* vel ab εἴργω, *claudo*, Isidor. Orig.

152 *Quodque domi non est, &c.*] Appetit id omne quod apud vicinos aspicit.

153 *Mense quidem brumæ*] Imperiosa mulier cogit maritum navigare, vel hyemis tempestate, ad conquirenda sibi peregrina ornamenta et supellectilia.

Brumæ] Circa solstitium hyemale, Decembri mense, cum dies est brevissimus, Βραχὺ ἦμαρ, unde nomen. Non deest qui legat, *Numæ*, intelligatque mensem Februarium a Numa dicatum Februo, id est, Plutoni.

Iason] Tam audax et lucri avidus, quam is qui velleris aurei causa in Colchidem e Græcia profectus est. Primus nave longa Jason navigavit, inquit Plin. vii. 56.

154 *Clausus*] Domi se continet relicto mari ob hyemem et glaciem.

Armatis] Paratis ad navigandum primo quoque tempore, instructis rebus omnibus.

Candida] Nivibus ac pruinis operta.

Armatis obstat casa candida nautis] Hæc plane aliter explicat vetus Schol. Sed an verius? Vult nempe hæc ideo dicta, quoniam tempore Saturnaliorum, Romæ, in porticu Thermarum Agrippinarum et Trajanarum, mercatores sigillaria proponentes struebant casas e linteis quæ obstabant quidem pictæ illic Argonautarum historiæ.

155 *Tolluntur*] Apportantur e lon-

Myrrhina, deinde adamas notissimus, et Beronices
In digito factus pretiosior: hunc dedit olim
Barbarus incestæ, dedit hunc Agrippa sorori,
Observant ubi festa mero pede sabbata reges,

rursum ingentia; mox celebris adamas, ac in digito Berenices carior effectus. Illum quondam barbarus incestæ donavit; illum germanæ donavit Agrippa, ubi Principes nudis plantis solemnia colunt Sabbatha, et benignitas antiqua parcit vetulis suibus.

tolluntur forte leg. *poscuntur.*—156 *Myrrina* 27. 40. 57. 59. 64. *Mirrina* 23. 24. 45. 60. 65. 85. *Myrina* 48. *Myrrhia* 50. *Murrhina* 74. quæ scriptura forte rectior. *Berenices* 49. 61. 62. 63. 65-69. 71. 72. 73. 77. quæ vulgarior est scriptura. Sic etiam quibusdam scriptoribus Græcorum Βερονίκη, et aliis Βερενίκη dicitur. *Beronicis* 12. 15. 17. 19. 20. 21. 27. 45-47. 85. *Beronice* 16.

NOTÆ

ginquis terris vasa pretiosa, qualia celebrat Plinius XXXVII. 2.

Crystallina] 'Non alibi crystallus reperitur quam ubi maxime hybernæ nives rigent, et glacies. Unde et nomen Græci dedere—Oriens hanc mittit: sed Indicæ nulla præfertur—Laudata et in Alpium jugis—In deliciis fœminarum aliquibus de causis præcipuum habent locum crystallina, et murrhina, rigidi potus utraque.' Hæc Plin. loco mox citato. Vide Gell. IX. 5.

156 *Myrrhina*] Vasa e murrha, de quibus Plinius loco mox citato: 'Murrhina Oriens mittit, præcipue Carmania. Humorem putant sub terra calore densari. Splendor his sine viribus, nitorque verius quam splendor: sed in pretio colorum varietas—ac repercussus, quales in cœlesti arcu spectantur—aliqua et in odore commendatio est. Contraria huic causa crystallum facit, gelu vehementiore concreto.' Vide Agricolam, Fossil. lib. VI. Cœl. Rhodig. I. 10. de crystallo. Murrhina laudat Martial. Epig. XIV. 113.

Adamas] Maximum habens pretium in rebus humanis, non inter gemmas solum: diu regibus duntaxat, iisque paucis cognitus, &c., quæ multa de eo Plin. XXXVII. 4.

Notissimus] Ob pretium, et famam de annulis ingentis pretii identidem donatis.

Beronices] *Beronice* seu *Berenice* multiplex similiter flagitiosa. Hinc non patet de qua Juvenalis loquatur.

158 *Barbarus*] Vel Ptolemæus Philadelphi filius dedit Beronicæ sorori suæ pariter atque uxori, in Ægypto: vel in Judæa Herodes alteri *Beronicæ*. Prius dicit vetus Schol.

Incestæ] Vide Sat. IV. vs. 9. ad vocem, *incestus*.

Agrippa sorori] Rursus ambigitur an referenda sit vox, *barbarus*, ad *Agrippam*, ut sit unus Herodes Agrippa donator, unus adamas, uni Beronicæ incestæ sorori ab Agrippa fratre donatus: an eidem annulus duplex a duobus datus, primus ab Herode patruo simul et marito, nam ei quidem nupta fuerat Beronice neptis; alter ab Agrippa fratre suo, qui post Herodis mortem de incestu cum eadem Beronice sorore sua suspectus fuisse scribitur a Josepho.

159 *Observant ubi, &c.*] In Judæa nempe, ubi Sacris operari poterat nemo, nec ipse Rex quidem, nisi nudis pedibus: sic enim olim Deus præceperat Mosi Exod. c. 3. 'Solve

Et vetus indulget senibus clementia porcis.
Nullane de tantis gregibus tibi digna videtur?
Sit formosa, decens, dives, fœcunda, vetustos
Porticibus disponat avos, intactior omni
Crinibus effusis bellum dirimente Sabina:
(Rara avis in terris, nigroque simillima cycno)

An de tanta multitudine nulla tibi censetur idonea? Age vero, *sit pulchra, honesta, opulenta, fœcunda; antiquos atriis avos collocet;* sit *castior Sabinis mulieribus, quæ sparsis capillis finierunt prælia.* Denique sit *volucris in orbe infrequens, et par olori atro.* *Quis tolerabit conjugem cui simul adsint cuncta hæc? Præfero, po-*

Buricis 22.—161 *Ullane* 23. Non male, ut hæc quoque poëtæ, non Postumi, verba sint.—162 *facunda* 22. 85. *venustos* 47. 48.—165 *cycno*, non *cygno*, 2.

NOTÆ

calceamenta de pedibus tuis,' &c. Hinc Beronice nudipes apud Ierosolymam vota persolvere legitur, Joseph. Bell. Jud. lib. II.

Sabbata] Leg. Corn. Tac. initio libri V. Histor. Justin. lib. XXXVI. Pers. Sat. V. vs. 184. et quæ notavimus ibidem.

160 *Indulget senibus clementia porcis*] Hi siquidem impune vivunt ad senectutem, quibus vesci non licet apud Judæos. Nam Levit. cap. XI. art. 7. ab his aliisque immundis animalibus abstinere jubentur. Tacitus Histor. 5. inter alia de Hebræis falsa, et hæc habet: 'Sue abstinent,' inquit, 'memoria cladis, quod ipsos scabies quædam turpaverat, cui id animal obnoxium.'

160 *Nullane de tantis*] Hactenus vitia mulierum enarravit: jam bonas earum dotes affert, quas vix inveniri asserit; ac si quæ sint in eis virtutes, has vitio quopiam infestari, v. g. superbia; qua fit ut nullam commendationem illæ mereantur.

162 *Sit formosa, &c.*] Age vero, sit quædam mulier variis ornamentis clara et eximia; at si est arrogans et superba propter illas ipsas dotes; quid?

163 *Porticibus disponat avos*] Cereas Majorum imagines ordine dispositas, ut fit, habeat in atrio domus bene multas; adeoque sit valde nobilis. Vide initio Sat. VIII.

164 *Crinibus effusis bellum dirimente Sabina*] Nota historia de raptis mulieribus Sabinis, ob quas Romanis bellum atrox: de quo Tit. Liv. lib. I. Sic autem loquitur cap. 13. ejusdem libri. 'Tum Sabinæ mulieres, quarum ex injuria bellum ortum erat, crinibus passis, scissaque veste, victo malis muliebri pavore, ausæ se inter tela volantia inferre, ex transverso impetu facto, dirimere infestas acies, dirimere iras: hinc patres, hinc viros orantes—Movet res tum multitudinem, tum duces. Silentium, et repentina fit quies. Inde ad fœdus faciendum duces prodeunt: nec pacem modo, sed et civitatem unam ex duabus faciunt; regnum consociant: imperium omne conferunt Romam.' Vide et Ovid. Fast. 3.

Sabina] Vide Sat. III. vs. 169. ad vocem *Sabellam*.

165 *Rara avis, &c.*] Velut Phœnix. Vide Pers. Sat. I. vs. 46. et quæ notavimus ibidem.

Cygno] Hunc natura candidissimum

Quis feret uxorem, cui constant omnia? malo,
Malo Venusinam, quam te, Cornelia, mater
Gracchorum, si cum magnis virtutibus affers
Grande supercilium, et numeras in dote triumphos.
Tolle tuum, precor, Hannibalem, victumque Syphacem

orem duco Venusinam, quam te Cornelia Gracchorum parens, si cum summis dotibus apportas ingentem fastum, ac in dote computas triumphos. Aufer quæso tuum Annibalem, et Syphacem in exercitu superatum, atque abi cum universa Carthagine.

quam scripturam revocavi, quia Græcis κύκνος dicitur.—166-169 in 13 ita contracti: *Quis ferat uxorem, quæ dotibus his superaddit Grande supercilium, aut numeret cum dote triumphos. ferat* 16. 26.—168 *Graccorum* 85. v. ad II. 24.—*si cui* 50.—169 cum dote 13. 46. 47. 48. 50. 64.—170-180 ejecti e 13. *Anniba-*

NOTÆ

gignit. Adeoque nigrum videre portenti loco esset: sic uxorem invenire bonam. De *Cygnis* multa refert Athenæus, ex Aristotele, pugnaces esse vel adversus aquilas, numerosa prole fœcundos, canores sub exitum vitæ præsertim, &c. At ibidem Alexander Myndius moribundos cygnos prosecutus multos, ait nullum se cantum audivisse. Athen. IX. 11.

166 *Quis feret uxorem*] Etiamsi præclaris dotibus effulgeat, at superbientem quis uxorem feret?

167 *Venusinam*] Pauperem ex Apulia, rusticam, humilem. Talium enim castitas simul et modestia celebratur. Vide Sat. I. vs. 51. ad vocem *Venusina*.

Cornelia] Scipionis Africani filia, Tib. Sempronio Graccho nupta, Tiberii et Caii Gracchorum mater. Huic statuam Romæ positam in Metelli publica porticu, auctor est Plin. XXXIV. 6. Quintil. I. 1. sic habet: 'Gracchorum eloquentiæ multum contulisse accepimus Corneliam matrem, cujus doctissimus sermo in posteros quoque est epistolis traditus.'

168 *Gracchorum*] De his vide Sat. 2. vs. 24. et quæ nos ad vocem, *Gracchis*.

Cum magnis virtutibus] Nobilitate, opibus, insigni pudicitia, facundia, sapientia, fœcunditate. De quibus Plutarchus, et alii. Certe duodecim filios ex uno viro Tib. Sempron. Graccho genuisse; et post ejus mortem, Ptolemæi regis nuptias respuisse Corneliam, refert Plutarch. in Gracchis.

169 *Supercilium*] Fastum, superbiam, arrogantiam. Vide Sat. II. vs. 93.

Triumphos] Suorum laudes ac triumphos jactare consueverat Cornelia: Plutarcho teste.

170 *Tolle tuum precor Hannibalem*] Ne mihi importune prædica victos a tuis ingentes ac summos quosque Duces, ipsamque subactam ac deletam Carthaginem.

Hannibalem] Carthaginiensium Ducem, juratum Romanorum hostem, eisque per tot annos formidolosum, vel una Cannensi victoria celebrem, Campaniæ deliciis fractum, ad Nolam a Marcello superatum, tandem in Africa cæsum et fugatum cum multis Pœnorum millibus obsidente Carthaginem Scipione Africano. De genere mortis non constat. Alii dicunt veneno seipsum enecasse, ne in

In castris, et cum tota Carthagine migra.
Parce, precor, Pæan, et tu Dea pone sagittas,
Nil pueri faciunt, ipsam configite matrem!
Amphion clamat: sed Pæan contrahit arcum.

Amphion vociferatur, indulge quæso, Phœbe; tuque tela dimitte, Diana. *Filii nihil committunt, ipsam parentem confodite. Verum Apollo intendit arcum: turbam*

lem 22. v. sup. ad IV. 39.—171 *Cartagine* 22. 85. et *Kartagine* 21. sine aspirat. ut in quibusdam inscriptt. Cicero in Orat. c. 48. *Quin ego ipse,* inquit, *cum scirem, ita majores locutos esse, ut nusquam, nisi in vocali, aspiratione uterentur, loquebar sic, ut* pulcros, Cetegos, triumpos, Kartaginem *dicerem: aliquando, idque sero, convicio aurium cum extorta mihi veritas esset, usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi.* Non convenit etiam inter viros doctos scriptura *Carthago* et *Karthago.* In nummis, inscriptt. et marmor. orthographia variat, neque tanta est auctoritas eorum, ut certa scribendi regula inde repeti queat. *K* non vera litera, sed *quorundam nominum nota* dicitur Quintil. Inst. Or. I. 4. 9. ubi v. Spalding. Cf. Drakenb. et nos ad Sil. I. 3.—172 *tu Dea pone sagittas* ex emendat. Grævii recte, opinor, edidit Hennin. quem secuti sumus. In libris tum scriptis tum editis legitur, *tu depone sagittas,* et pronom. *tu* vulgo ad eandem Deam Dianam refertur, quæ ratio admodum dura est.—173 *faciant* 47. 48. 58.—*confingite* 15. 47. 48. 85.—174 *exclamat* 10. 15. 16. 27.

NOTÆ

Romanorum potestatem veniret; alii a Carthaginensibus ob rem male gestam lapidibus obrutum; alii cruci affixum. T. Livius, Plutarch. Eutrop. Oros. &c.

Victum Syphacem in castris] Numidiæ regem; cujus et Asdrubalis castra facibus illatis una nocte delevit Scipio Africanus: teste Floro, II. 6. Hic etiam illum postea in triumpho duxit. Plutarch. in vita Scipionis Africani ex Polybio.

171 *Carthagine*] Hæc urbs, situ et viribus Romæ dudum æmula, habens in circuitu tria supra viginti millia passuum, teste Livio, triplici bello Romanos fatigavit. Opusne Didonis fuerit, an Tyriorum, non omnino constat. An esset delenda Romæ deliberatum, ut gloriæ seges ac virtutis materia nunquam Romanis deesset. At ex Catonis sententia Senatus Scipionem Æmilianum in Africam misit cum ingenti exercitu, qui Carthaginem a Scipione Africano vectigalem jam ante factam obsideret, caperet ac solo æquaret. Quod factum est anno postquam erat condita septingentesimo Tit. Liv. l. LI.

172 *Parce precor*] Prosopopœia, qua exhibetur Amphion pro filiis deprecans Apollinem et Dianam Niobæ fastum ulciscentes. Ejusque exemplo probat Juvenalis quanta sit mulierum arrogantia, quæ Deos etiam lacessat.

Pæan] Ita vocatur Apollo, seu a παίειν, quia radios quasi sagittas vibrat, iisque ferit: seu a παύειν τὰς ἀνίας, quia sua nos luce recreat Sol, et mœrores abigit. Vide Macrob. Saturn. I. 17.

Tu, Dea, pone sagittas] Alloquitur Dianam, cujus et Apollinis indignatione ac sagittis Niobæ filii, ob quos ea superbiebat, omnes confixi perierunt. Vide Ovid. Metamorphos. 6. Fab. 3.

173 *Nil pueri faciunt*] Innoxii sunt, cur luunt noxam Niobæ matris? Hanc ipsam plectite.

174 *Amphion*] Jovis ex Antiope

Extulit ergo greges natorum, ipsumque parentem,
Dum sibi nobilior Latonæ gente videtur,
Atque eadem scrofa Niobe fœcundior alba.
Quæ tanti gravitas, quæ forma, ut se tibi semper

igitur puerorum interfecit, atque ipsum patrem: quando Niobe ipsaque fertilior candida illa *sue, præstantiorem se putat Latonæ familia. Quæ severitas, quæ pulchritudo tanti* facienda, *ut perpetuo se tibi objectet. Etenim singularis istius et*

58. 85.—175 *Sic tulit* 22. *gregem* 11. 25. 27. 46-50. 54-69. 71-74. 77. 85. *ipsamque parentem* 11. 14. 15. 27. 57. 61. 62. 63. 66. 67. quod probarunt Schurzfl. et viri docti in edit. Juven. cum notis Variorum Amst. 1684. ne Amphion se ipse extulisse dicatur. Enimvero verbum *extulit* non referendum ad Amphionem, sed ad Nioben, quæ liberos ipsumque eorum parentem, qui omnes innoxii luerunt noxam Niobes, extulit, ante quam in saxum verteretur. —176 *Cum* 20.—177 *Niobe scrofa* 14.—180. 181 in 13. ita mutati: *Plus aloës*

NOTÆ

filius: a Plinio VII. 56. citharam invenisse, primusque illa cum voce cecinisse dicitur. Patriam vero suam Thebas lyræ sono ædificasse ait Horatius ad Pisones vs. 394. quo facundiam ejus significat.

Sed Pæan contrahit arcum] Nil motus Amphionis patris licet innocentis precibus.

175 *Extulit*] Quasi ad sepulchrum tulit. Vide Sat. 1. vs. 72.

Greges natorum] Amphionis et Niobæ filios, de quorum numero dissentiunt admodum scriptores. Alii duodecim, alii quatuordecim, alii ad viginti referunt. Vide Gell. XX. 6. Ælian. Var. Hist. XII. 36.

Parentem] Non quod ab Apolline confixus, sed quod suæ suorumque calamitatis dolore seipsum interfecerit.

176 *Dum sibi nobilior*] Nam tanta fuit ob fœcunditatem atque filiorum numerum arrogantia Niobæ, ut sibi potius quam Latonæ sacrificandum jactaret, quæ duos tantum Dianam et Apollinem genuerat. Ovid. loco citato.

Latonæ gente] Apolline et Diana, Jovis ex Latona filiis, qui matris injuria multi sunt. Horat. Lib. IV. Ode 6. 'Dive quem proles Niobæa magnæ Vindicem linguæ. . . . sensit.'

177 *Scrofa*] Celebri illa sue, quæ apud Lavinium ab Ænea prægnans mactanda fugit, et mox triginta fœtus uno partu edidit. Virgil. Æneid. 3. Dion. Halic. lib. I.

Alba] Trigesimo scilicet anno postquam Æneas Lavinium condiderat, urbem alteram Ascanius ædificavit, *Albam*, ex oraculo Æneæ dato, ibidem nimirum ubi candida sus enixa erat porcellos. Dionys. loco mox citato.

Niobe] Tantali filia, Uxor Amphionis, numerosa prole superbiens, filiis, ut dictum est, occisis, et ipsa in saxum conversa. Cic. Tusc. 3. n. 63. 'Niobe lapidea fingitur,' inquit, 'propter æternum in luctu silentium.'

178 *Quæ tanti gravitas*] An vero tanti facias uxorem etiam gravem et pulchram, ut ferre velis quotidianas ejus exprobrationes, quibus se tibi jactat, ac sæpius objicit, quod mirum quantum illi debeas, quæ te virum acceperit, scilicet ita gravis, honesta, pulchra?

Imputet? hujus enim rari summique voluptas
Nulla boni, quoties animo corrupta superbo
Plus aloës, quam mellis habet. Quis deditus autem
Usque adeo est, ut non illam, quam laudibus effert,
Horreat, inque diem septenis oderit horis?
Quædam parva quidem; sed non toleranda maritis.
Nam quid rancidius, quam quod se non putat ulla
Formosam, nisi quæ de Tusca Græcula facta est?
De Sulmonensi mera Cecropis? Omnia Græce,

magni commodi oblectatio nulla est, quandocumque arroganti ingenio depravata plus aloës quam mellis exhibet. Quis vero tam addictus est, ut eam quam encomiis extollit non aversetur, ac septem horis quotidie abhorreat. Præterea *nonnulla* sunt *exigua certe, at minime viris ferenda. Ecquid enim putidius, quam quod nulla pulchram se existimat, nisi quæ ex Hetrusca Græca effecta est? E Sulmonensi pura Cecropis!*

quam mellis habet corrupta superbo Ex animi vitio cujus cum bile voluptas Summi nulla boni est: quis enim vir deditus ulli cet.—182 *ullam quam laudibus affert* 85.—183 *dies* 13. 15. 17. 20. 21. 22. 25. 27. 45-50. 54-69. 71-74. 77. *die* 12. 16. 18. 19. 24. 85. *oderis* 22.—184 abest a 13. et 22. *parca* 25. 46. 48. 49. 54. 57. 59. 60. 65. idque conj. Lubin. ut sensus sit: quædam mulier parca quidem est, non sumtuosa, superba et magnifica; sed tamen non toleranda est, quod Græco utatur sermone, ut blandior videatur. *Quædam parva loquar* emend. Pontan. ad Macrob. Sat. III. 10. perperam coll. Tibull. II. 6. 11. Vulgata lectio bene se habet.—185 *Et quid* 13. *putet* 11.—186 *Thusca* 46. 47. 49. 64. *curas* pro *facta est* 22. *est* omittit 85.—187 et 188 absunt a 13. et 187-189 a

NOTÆ

179 *Hujus enim rari, &c.*] Certe plus te superbia sua infestat, quam castitate et probitate delectat.

181 *Aloës*] Herba est amari admodum succi, de qua multa Plinius XXVII. 4. e contra dulcedo mellis omnibus nota est.

Quis deditus, &c.] Quis tam uxorius? tam obnoxius quis suæ uxori quantumvis pulchræ?

182 *Laudibus effert*] Propter morum honestatem et formam.

183 *Horreat*] Ob fastum et arrogantiam.

Septenis oderit horis] Maxima parte diei, qui horarum duodecim. Vide quæ ad Pers. Sat. 3. vs. 4.

185 *Rancidius*] Corruptius, turpius. Pers. Sat. 1. vs. 33. 'rancidulum quiddam.'

186 *De Tusca Græcula facta est*] Patrium Italiæ et Romæ sermonem postponens, et Græcum affectans, quo blandior ac venustior videatur.

Tusca] *Thuscia* Italiæ regio nobilissima, ad Tiberim protensa, nomen habet a *θύειν, sacrificare:* Tusci quippe religiosi semper extitere. Tit. Liv. l. I. Vide Alex. ab Alex. l. III. cap. ultimo.

Græcula] Diminut. ad contemtum. *Facta est,* lingua et moribus.

187 *Sulmonensi*] *Sulmo* Pelignorum oppidum, patria Ovidii Poëtæ. Ponitur pro qualibet Italiæ urbe.

Mera Cecropis] Tota Attica, tota Atheniensis. Cecrops enim Athenarum primus Rex fuit.

'Cum sit turpe magis nostris nescire Latine.
Hoc sermone pavent, hoc iram, gaudia, curas,
Hoc cuncta effundunt animi secreta. Quid ultra?
Concumbunt Græce. Dones tamen ista puellis:
Tune etiam, quam sextus et octogesimus annus
Pulsat, adhuc Græce? Non est hic sermo pudicus
In vetula, quoties lascivum intervenit illud,
ΖΩΗ ΚΑΙ ΨΥΧΗ. Modo sub lodice relictis
Uteris in turba. Quod enim non excitet inguen
Vox blanda, et nequam? digitos habet. Ut tamen omnes

Cuncta Græce loquuntur, *quanquam nostratibus fœdius est ignorare Latine. Ea lingua stupent, ea iracundiam, lætitiam, ægritudines, ea mentis arcana proferunt universa? quid amplius?* * * *Hæc nihilominus juvenculis indulge. An tu quoque quam annus urget octogesimus sextus, etiamnum Græce* loqui affectas? *Casta non est illa oratio in decrepita, quandocumque adhibetur impudicum istud;* atque *in cœtu usurpas dimissas* paulo *ante sub stragula* voces, ζωὴ καὶ ψυχή. *Nam sermo illecebrosus ac malus ecquod non movet* * * *habet digitos, quamvis etiam cunctæ*

22.—188 v. Excurs. ad h. l.—189 *placent* pro *pavent* 13.—191-194 ejecti e 13. *Concumbunt Græce: non est hic sermo pudicus* 22. omissis vs. 192. 193. Error inde ortus, quod et vs. 191 et 193 voc. *Græce* legitur. Cf. ad II. 24.—192 *Tunc* 17. 50.—194 sq. Miror neminem hæsisse in his verbis, quorum junctura admodum importuna, et scabra est oratio. Suspicari possis, poëtam scripsisse: *Non est hic sermo pudicus, Si vetula toties lascivum interseris illud* Ζωὴ καὶ Ψυχὴ, *et modo sub lodice relictis* (verbis) *Uteris in turba.* Hæc certe est sententia h. l. cui tamen lenior vellem medicina adhiberi posset.—195 Versus ab alia manu scriptus in 10. *Zoë ypsice non est bene sermo pudicus* 13. Ζωὴ καὶ μοῦ Ψυχὴ 11. ΣΥΚΗ 21. *cai dice* 22. Græca absunt a 18. 27. 45. 61.—196. 197 in 13. ita contracti: *Vox blanda et nequam digitos habet et movet inguen.* *quid* 17. 18. 20. 45. *excitat* 11. 15. 16. 18. 19. 23. 24. 27. 45. 49. 54. 61. 62. 63. 66-74. 77. *ignem* 23. 60.—197 *sit tamen* 19. Locus perplexus, qui valde torsit interpretes. Lucebit, opinor, modo *et* pro *ut* substitueris: *et tamen omnes Subsi-*

NOTÆ

188 *Cum sit turpe magis, &c.*] Cum tamen multo magis dedeceat Latinas nescire loqui Latine. Cicero in Bruto, 'Non tam præclarum est scire Latine, quam turpe nescire.'

189 *Hoc sermone pavent, &c.*] Græco sermone exprimunt pavorem, iram, gaudium, aliosque animi affectus.

191 *Dones tamen ista puellis, &c.*] Apostrophe ad anus libidinosas.

195 Ζωὴ καὶ ψυχή] Vita mea, anima mea; quibus verbis uti solebant meretrices. Meminit et Martial. lib. x. Epigram. 68.

Lodice] Lecti opertorio. Martial. lib. XIV. Epigram. 148.

196 *In turba*] In publico, sine ulla verecundia.

197 *Nequam*] Proprie iners et lascivus ita dicitur, quod nihil queat boni facere. Gell. VII. 11. ex Cicerone, Philipp. 2.

Digitos habet, &c.] Sordidula hæc suis tenebris damnantor; pudor jubet.

Ut tamen omnes subsidant pennæ] Etsi quiescat libido, muliebribus

Intravit calidum veteri centone lupanar,
Et cellam vacuam, atque suam. Tunc nuda papillis
Constitit auratis, titulum mentita Lyciscæ,
Ostenditque tuum, generose Britannice, ventrem.
Excepit blanda intrantes, atque æra poposcit;
Et resupina jacens multorum absorbuit ictus.
Mox, lenone suas jam dimittente puellas,
Tristis abit; et, quod potuit, tamen ultima cellam
Clausit, adhuc ardens rigidæ tentigine vulvæ,
Et lassata viris, nec dum satiata recessit:

est lustrum detrito centone calens, atque cellam inanem suamque. Tum simulans inscriptionem Lyciscæ, nudata mammis auratis prostitit, et exhibuit uterum tuum, o nobilis Britannice. Jucunda venientes admisit, et pecuniam exegit. * * *Deinde suo Ganeone juvenculas remittente, mæsta discedit: veruntamen, quod licuit, cellam postrema conclusit,* * * *abiit non adhuc expleta, malisque denigratis indecora, et de-*

---

122 *Tum* 11. rectius, puto.—123 *Prostitit* 1. 24. et Ms. Schegk. qui id probat in Præmiss. Epist. v. Est utique vocab. propr. sed idcirco e marg. forsan irrepsit. *Liciscæ* 24. *Lycissæ* 47. 48. 64. 85. *Licissæ* 14-17. 19. 23. 25. 45. *Lucisce* 12. *Lycisæ* 61.—124-126 v. Excurs. ad h. l.—127 *demittente* 23. a m. pr.—128 *quoad et potuit* 24. *sed* pro *et* 10. 11. 15. 19. 22. 23. 25. 27. 46-50. 54-69. 71-74. 76-77. 85. *tandem* 16. *tantum* 11. 46. 47. 48. 50. 55. 57. 58.—130 *laxata* 19. *nondum* 14. 16. 19. 22. 46-50. 54-69. 71-74.

NOTÆ

piti propter raritatem capillorum adaptato et annexo, ut nemo cognosceret, usus refertur.

121 *Calidum*] Quia valde frequentatum: vel ob Lyciscam recenter egressam.

Centone] Operculum est e variis pannis et coloribus conflatum.

122 *Cellam vacuam*] Discessu Lyciscæ.

Atque suam] Ex pacto, quo Lyciscæ diurnum, Messalinæ vero nocturnum tempus dabatur: sic enim inter se illæ convenerant.

123 *Auratis*] Ornatis auro.

Titulum mentita Lyciscæ] Ut pro Lycisca haberetur, cellam ejus nocte occupabat Messalina. Porro cellis meretricum nomina inscripta erant. Hinc et titulus falso additus hic dicitur.

Lyciscæ] Quæ famosa meretrix erat. Ejus meminit Martialis lib. IV. epig. 17.

124 *Tuum ventrem*] E quo natus prodiisti.

Generose Britannice] Ironice, ob genus et patrem incertum illius, et promiscuos matris Messalinæ concubitus. Claudii tamen Imperatoris habebatur filius, et ab eo per castra infans circumlatus, ac militibus commendatus. Tacit. l. XIII.

125 *Æra*] Stupri mercedem, ne alia quam ipsa meretrix Lycisca existimaretur.

127 *Dimittente puellas*] Sub mediam noctem.

Obscurisque genis turpis, fumoque lucernæ
Fœda lupanaris tulit ad pulvinar odorem.
Hippomanes, carmenque loquar, coctumque venenum,
Privignoque datum? faciunt graviora coactæ
Imperio sexus, minimumque libidine peccant.

turpata lampadis fumo, lustri fœtorem portavit ad lectum Imperatoris. *Referamne hippomanes, et incantamenta; et virus excoctum, atque privigno propinatum? Deteriora perpetrant adactæ dominatione* sui *sexus; minora vero committunt* per *cupidinem. At cur proba* est *Cesennia, affirmante* suo *viro? Donavit* scilicet

85. *sed non* pro *necdum* 45.—131 *Obscenisque* suspicari possis. *lacernæ* 14. —133 *Hippomanes carnemque loquar* 11. 16. unde Schurzfl. conj. *Hippomanis carnemve.* Idem tamen recte monet, antiquam lectionem retinendam, alteramque e glossa ortam videri. Fortasse hæc etiam stupori vel incuriæ librariorum debetur.—135 *nimiumque* 16. 22.— 136. 138 ejecti e 13. *Cesennia* 14. 15. 26. 27. 61-63. 65. (Paris. 1512.) 66. 67. 70-74. 82. *Cæsennia* 81. et al. Alterutra lectio videtur probanda. Gens certe *Cesennia* nota est

NOTÆ

131 *Obscurisque genis, &c.*] Obscuratis fuligine lucernarum, ad quas prostabant meretrices.

132 *Ad pulvinar*] Ad Imperatoris Claudii viri sui lectum pulvinis stipatum. Pulvinaria vocantur proprie lectuli in honorem Deorum strati in templis, in quibus eorum imagines reclinabantur. Hinc lectisternia, quorum frequens apud Livium mentio.

133 *Hippomanes, carmenque, &c.*] Alia jam persequitur mulierum scelera, quæ flagitiis prioribus ac libidine pejora esse affirmat, nimirum propinata philtra, incantationes factæ, veneficia.

Hippomanes] Vox Græca ab ἵππος, *equus;* et μανία, *furor.* Tria significat: primo quidem, herbam quandam ita vocatam: secundo, caruncalam nati recens pulli fronti adhærentem: tertio, fluentem liquorem quendam virulentum ex equæ pudendo ad Venerem concitatæ, in veneficiis usitatum. De herba illa, Botanici. De caruncula equina, Plin. VIII. 42. 'Equis innasci,' ait, 'amoris veneficium, hippomanes appellatum, in fronte, caricæ magnitudine, colore nigro; quod statim edito partu devorat fœta, aut partum ad ubera non admittit, si quis præreptum habeat.' De veneno denique illo, idem Plin. XXVIII. 11. 'Hippomanes tantas in veneficio vires habet, ut,' &c. Virgil. Georg. III. 'Hinc demum hippomanes vero quod nomine dicunt Pastores, lentum distillat ab inguine virus. Hippomanes quod sæpe malæ legere novercæ, Miscueruntque herbas et non innoxia verba.' Vide Ælian. de Animal. XIV. 18.

Carmen] Vide Virgilii Eclog. VIII.

Coctum venenum] Apud Sueton. Ner. c. 33. Nero Locustæ jubet coram se venenum coquere quam posset velocissimum ac præsentaneum: mox, illud iterum ac sæpius recoctum dari Britannico, qui statim exanimatus est. Tit. Liv. VIII. 18. Complures matronæ per indicem deprehensæ referuntur venena coquentes. Tumque primum de veneficiis quæsitum: et ad centum septuaginta damnatæ.

134 *Privignoque datum*] Mariti ex alia uxore filio porrectum a noverca poculum seu amatorium, seu venenatum, cum aut libidine aut ira moveretur. Sic Hippolytum Phædra in-

Quantulum in hoc? pueros omnes, ergastula tota,
Quodque domi non est, et habet vicinus, ematur.
Mense quidem brumæ, quo jam mercator Iason
Clausus, et armatis obstat casa candida nautis,
Grandia tolluntur crystallina, maxima rursus

nas, et Falernas ulmos. Quantum autem in ea re? *Cunctos servos, ergastula integra* deposcit. *Et quod* in *familia non adest, vicinusque possidet*, pretio *comparetur* jubet. *Etiam hyemali mense, quando Jason mercator jam abditus, atque tugurium albicans retardat nautas expeditos, magna proferuntur e crystallo* vasa, *myrrhina*

a 22.—151 *omnes pueros* 19.—152 *non est domi* 15. *sed habet* 14. 22. *quod habet* 15. *vicina* 16. *amatur* 22.—153 *Mense quidem Numæ* 4. et sic legit Sidon. In 4. reperitur vetus hoc scholion: Ita Februarius dictus, quem Februo i. e. Plutoni consecravit Numa. Idem vero rex Januarium quoque instituit Janoque consecravit. Sed quis unquam hunc vel illum mensem Numæ propterea dixit? *cum* pro *quo* 10. 11. 14-17. 19. in marg. 20. 21. 22. 25. 27. 45-50. 54-63. 65-69. 71-74. 77. *in ædem* pro *Iason* 16.—155 *Candida* 19. Pro

NOTÆ

'Lana,' inquit, 'laudatissima Appula . . . . . . Circa Tarentum Canusiumque summam nobilitatem habet.' Martial. Epig. xiv. 155. 'Velleribus primis Apulia, Parma secundis Nobilis, Altinum tertia laudat ovis.'

Ulmosque Falernas] Vites ex agro Falerno ulmis sustentatas. Vide Sat. iv. vs. 138.

151 *Quantulum in hoc*] Sed hoc quam parvi est momenti præ sequentibus!

Pueros omnes, &c.] Numerosam familiam, complures famulos atque opifices, qui sibi deserviant et laborent.

Ergastula] Loca in quibus servi, item noxii, clausi vinctique ad opus tenebantur. Etymologia ab ἔργον, *opus*, et στέλλω, *mitto:* vel ab εἴργω, *claudo*, Isidor. Orig.

152 *Quodque domi non est, &c.*] Appetit id omne quod apud vicinos aspicit.

153 *Mense quidem brumæ*] Imperiosa mulier cogit maritum navigare, vel hyemis tempestate, ad conquirenda sibi peregrina ornamenta et supellectilia.

Brumæ] Circa solstitium hyemale, Decembri mense, cum dies est brevissimus, Βραχὺ ἦμαρ, unde nomen. Non deest qui legat, *Numæ*, intelligatque mensem Februarium a Numa dicatum Februo, id est, Plutoni.

Iason] Tam audax et lucri avidus, quam is qui velleris aurei causa in Colchidem e Græcia profectus est. Primus nave longa Jason navigavit, inquit Plin. vii. 56.

154 *Clausus*] Domi se continet relicto mari ob hyemem et glaciem.

Armatis] Paratis ad navigandum primo quoque tempore, instructis rebus omnibus.

Candida] Nivibus ac pruinis operta.

Armatis obstat casa candida nautis] Hæc plane aliter explicat vetus Schol. Sed an verius? Vult nempe hæc ideo dicta, quoniam tempore Saturnaliorum, Romæ, in porticu Thermarum Agrippinarum et Trajanarum, mercatores sigillaria proponentes struebant casas e linteis quæ obstabant quidem pictæ illic Argonautarum historiæ.

155 *Tolluntur*] Apportantur e lon-

Myrrhina, deinde adamas notissimus, et Beronices
In digito factus pretiosior: hunc dedit olim
Barbarus incestæ, dedit hunc Agrippa sorori,
Observant ubi festa mero pede sabbata reges,

rursum ingentia; mox celebris adamas, ac in digito Berenices carior effectus. Illum quondam barbarus incestæ donavit; illum germanæ donavit Agrippa, ubi Principes nudis plantis solemnia colunt Sabbatha, et benignitas antiqua parcit vetulis suibus.

tolluntur fortè leg. *poscuntur.*—156 *Myrrina* 27. 46. 47. 59. 64. *Mirrina* 23. 24. 45. 60. 65. 85. *Myrina* 48. *Myrrhia* 50. *Murrhina* 74. quæ scriptura forte rectior. *Berenices* 49. 61. 62. 63. 65-69. 71. 72. 73. 77. quæ vulgarior est scriptura. Sic etiam quibusdam scriptoribus Græcorum Βερονίκη, et aliis Βερενίκη dicitur. *Beronicis* 12. 15. 17. 19. 20. 21. 27. 45-47. 85. *Beronice* 16.

NOTÆ

ginquis terris vasa pretiosa, qualia celebrat Plinius XXXVII. 2.

Crystallina] 'Non alibi crystallus reperitur quam ubi maxime hybernæ nives rigent, et glacies. Unde et nomen Græci dedere—Oriens hanc mittit: sed Indicæ nulla præfertur—Laudata et in Alpium jugis—In deliciis fœminarum aliquibus de causis præcipuum habent locum crystallina, et murrhina, rigidi potus utraque.' Hæc Plin. loco mox citato. Vide Gell. IX. 5.

156 *Myrrhina*] Vasa e murrha, de quibus Plinius loco mox citato: 'Murrhina Oriens mittit, præcipue Carmania. Humorem putant sub terra calore densari. Splendor his sine viribus, nitorque verius quam splendor: sed in pretio colorum varietas—ac repercussus, quales in cœlesti arcu spectantur—aliqua et in odore commendatio est. Contraria huic causa crystallum facit, gelu vehementiore concreto.' Vide Agricolam, Fossil. lib. VI. Cœl. Rhodig. I. 10. de crystallo. Murrhina laudat Martial. Epig. XIV. 113.

Adamas] Maximum habens pretium in rebus humanis, non inter gemmas solum: diu regibus duntaxat, iisque paucis cognitus, &c., quæ multa de eo Plin. XXXVII. 4.

Notissimus] Ob pretium, et famam de annulis ingentis pretii identidem donatis.

Beronices] *Beronice* seu *Berenice* multiplex similiter flagitiosa. Hinc non patet de qua Juvenalis loquatur.

158 *Barbarus*] Vel Ptolemæus Philadelphi filius dedit Beronicæ sorori suæ pariter atque uxori, in Ægypto: vel in Judæa Herodes alteri *Beronicæ*. Prius dicit vetus Schol.

Incestæ] Vide Sat. IV. vs. 9. ad vocem, *incestus*.

Agrippa sorori] Rursus ambigitur an referenda sit vox, *barbarus*, ad *Agrippam*, ut sit unus Herodes Agrippa donator, unus adamas, uni Beronicæ incestæ sorori ab Agrippa fratre donatus: an eidem annulus duplex a duobus datus, primus ab Herode patruo simul et marito, nam ei quidem nupta fuerat Beronice neptis; alter ab Agrippa fratre suo, qui post Herodis mortem de incestu cum eadem Beronice sorore sua suspectus fuisse scribitur a Josepho.

159 *Observant ubi, &c.*] In Judæa nempe, ubi Sacris operari poterat nemo, nec ipse Rex quidem, nisi nudis pedibus: sic enim olim Deus præceperat Mosi Exod. c. 3. 'Solve

Et vetus indulget senibus clementia porcis.
  Nullane de tantis gregibus tibi digna videtur?
Sit formosa, decens, dives, fœcunda, vetustos
Porticibus disponat avos, intactior omni
Crinibus effusis bellum dirimente Sabina:
(Rara avis in terris, nigroque simillima cycno)

An de tanta multitudine nulla tibi censetur idonea? Age vero, *sit pulchra, honesta, opulenta, fœcunda; antiquos atriis avos collocet;* sit *castior Sabinis universis,* quæ *sparsis capillis finierunt prælia.* Denique sit *volucris in orbe infrequens, et par olori atro. Quis tolerabit conjugem cui* simul *adsint cuncta* hæc? *Præfero, poti-*

Buricis 22.—161 *Ullane* 23. Non male, ut hæc quoque poëtæ, non Postumi, verba sint.—162 *facunda* 22. 85. *venustos* 47. 48.—165 *cycno,* non *cygno,* 20.

NOTÆ

calceamenta de pedibus tuis,' &c. Hinc Beronice nudipes apud Ierosolymam vota persolvere legitur, Joseph. Bell. Jud. lib. II.

Sabbata] Leg. Corn. Tac. initio libri V. Histor. Justin. lib. XXXVI. Pers. Sat. V. vs. 184. et quæ notavimus ibidem.

160 *Indulget senibus clementia porcis*] Hi siquidem impune vivunt ad senectutem, quibus vesci non licet apud Judæos. Nam Levit. cap. XI. art. 7. ab his aliisque immundis animalibus abstinere jubentur. Tacitus Histor. 5. inter alia de Hebræis falsa, et hæc habet: 'Sue abstinent,' inquit, 'memoria cladis, quod ipsos scabies quædam turpaverat, cui id animal obnoxium.'

160 *Nullane de tantis*] Hactenus vitia mulierum enarravit: jam bonas earum dotes affert, quas vix inveniri asserit; ac si quæ sint in eis virtutes, has vitio quopiam infestari, v. g. superbia; qua fit ut nullam commendationem illæ mereantur.

162 *Sit formosa, &c.*] Age vero, sit quædam mulier variis ornamentis clara et eximia; at si est arrogans et superba propter illas ipsas dotes; quid?

163 *Porticibus disponat avos*] Cereas Majorum imagines ordine dispositas, ut fit, habeat in atrio domus bene multas; adeoque sit valde nobilis. Vide initio Sat. VIII.

164 *Crinibus effusis bellum dirimente Sabina*] Nota historia de raptis mulieribus Sabinis, ob quas Romanis bellum atrox: de quo Tit. Liv. lib. I. Sic autem loquitur cap. 13. ejusdem libri. 'Tum Sabinæ mulieres, quarum ex injuria bellum ortum erat, crinibus passis, scissaque veste, victo malis muliebri pavore, ausæ se inter tela volantia inferre, ex transverso impetu facto, dirimere infestas acies, dirimere iras: hinc patres, hinc viros orantes—Movet res tum multitudinem, tum duces. Silentium, et repentina fit quies. Inde ad fœdus faciendum duces prodeunt: nec pacem modo, sed et civitatem unam ex duabus faciunt; regnum consociant: imperium omne conferunt Romam.' Vide et Ovid. Fast. 3.

Sabina] Vide Sat. III. vs. 169. ad vocem *Sabellam.*

165 *Rara avis, &c.*] Velut Phœnix. Vide Pers. Sat. I. vs. 46. et quæ nos ibidem.

Cygno] Hunc natura candidissimum

Quis feret uxorem, cui constant omnia? malo,
Malo Venusinam, quam te, Cornelia, mater
Gracchorum, si cum magnis virtutibus affers
Grande supercilium, et numeras in dote triumphos.
Tolle tuum, precor, Hannibalem, victumque Syphacem

orem duco Venusinam, quam te Cornelia Gracchorum parens, si cum summis dotibus apportas ingentem fastum, ac in dote computas triumphos. Aufer quæso tuum Annibalem, et Syphacem in exercitu superatum, atque abi cum universa Carthagine.

quam scripturam revocavi, quia Græcis κύκνος dicitur.—166-169 in 13 ita contracti: *Quis feret uxorem, quæ dotibus his superaddit Grande supercilium, aut numeret cum dote triumphos.* *ferat* 16. 26.—168 *Graccorum* 85. v. ad II. 24.—*si cui* 50.—169 cum dote 13. 46. 47. 48. 50. 64.—170-180 ejecti e 13. *Anniba-*

NOTÆ

gignit. Adeoque nigrum videre portenti loco esset: sic uxorem invenire bonam. De *Cygnis* multa refert Athenæus, ex Aristotele, pugnaces esse vel adversus aquilas, numerosa prole fœcundos, canores sub exitum vitæ præsertim, &c. At ibidem Alexander Myndius moribundos cygnos prosecutus multos, ait nullum se cantum audivisse. Athen. IX. 11.

166 *Quis feret uxorem*] Etiamsi præclaris dotibus effulgeat, at superbientem quis uxorem feret?

167 *Venusinam*] Pauperem ex Apulia, rusticam, humilem. Talium enim castitas simul et modestia celebratur. Vide Sat. I. vs. 51. ad vocem *Venusina*.

Cornelia] Scipionis Africani filia, Tib. Sempronio Graccho nupta, Tiberii et Caii Gracchorum mater. Huic statuam Romæ positam in Metelli publica porticu, auctor est Plin. XXXIV. 6. Quintil. I. 1. sic habet: 'Gracchorum eloquentiæ multum contulisse accepimus Corneliam matrem, cujus doctissimus sermo in posteros quoque est epistolis traditus.'

168 *Gracchorum*] De his vide Sat. 2. vs. 24. et quæ nos ad vocem, *Gracchis*.

Cum magnis virtutibus] Nobilitate, opibus, insigni pudicitia, facundia, sapientia, fœcunditate. De quibus Plutarchus, et alii. Certe duodecim filios ex uno viro Tib. Sempron. Graccho genuisse; et post ejus mortem, Ptolemæi regis nuptias respuisse Corneliam, refert Plutarch. in Gracchis.

169 *Supercilium*] Fastum, superbiam, arrogantiam. Vide Sat. II. vs. 93.

Triumphos] Suorum laudes ac triumphos jactare consueverat Cornelia: Plutarcho teste.

170 *Tolle tuum precor Hannibalem*] Ne mihi importune prædica victos a tuis ingentes ac summos quosque Duces, ipsamque subactam ac deletam Carthaginem.

Hannibalem] Carthaginiensium Ducem, juratum Romanorum hostem, eisque per tot annos formidolosum, vel una Cannensi victoria celebrem, Campaniæ deliciis fractum, ad Nolam a Marcello superatum, tandem in Africa cæsum et fugatum cum multis Pœnorum millibus obsidente Carthaginem Scipione Africano. De genere mortis non constat. Alii dicunt veneno seipsum enecasse, ne in

In castris, et cum tota Carthagine migra.
Parce, precor, Pæan, et tu Dea pone sagittas,
Nil pueri faciunt, ipsam configite matrem!
Amphion clamat: sed Pæan contrahit arcum.

Amphion vociferatur, indulge quæso, Phœbe; tuque tela dimitte, Diana. *Filii nihil committunt, ipsam parentem confodite. Verum Apollo intendit arcum: turbam*

lem 22. v. sup. ad IV. 39.—171 *Cartagine* 22. 85. et *Kartagine* 21. sine aspirat. ut in quibusdam inscriptt. Cicero in Orat. c. 48. *Quin ego ipse*, inquit, *cum scirem, ita majores locutos esse, ut nusquam, nisi in vocali, aspiratione uterentur, loquebar sic, ut* pulcros, Cetegos, triumpos, Kartaginem *dicerem: aliquando, idque sero, convicio aurium cum extorta mihi veritas esset, usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi.* Non convenit etiam inter viros doctos scriptura *Carthago* et *Karthago*. In nummis, inscriptt. et marmor. orthographia variat, neque tanta est auctoritas eorum, ut certa scribendi regula inde repeti queat. *K* non vera litera, sed *quorundam nominum nota* dicitur Quintil. Inst. Or. I. 4. 9. ubi v. Spalding. Cf. Drakenb. et nos ad Sil. I. 3.—172 *tu Dea pone sagittas* ex emendat. Grævii recte, opinor, edidit Hennin. quem secuti sumus. In libris tum scriptis tum editis legitur, *tu depone sagittas*, et pronom. *tu* vulgo ad eandem Deam Dianam refertur, quæ ratio admodum dura est.—173 *faciant* 47. 48. 58.—*confingite* 15. 47. 48. 85.—174 *exclamat* 10. 15. 16. 27.

NOTÆ

Romanorum potestatem veniret; alii a Carthaginensibus ob rem male gestam lapidibus obrutum; alii cruci affixum. T. Livius, Plutarch. Eutrop. Oros. &c.

Victum Syphacem in castris] Numidiæ regem; cujus et Asdrubalis castra facibus illatis una nocte delevit Scipio Africanus: teste Floro, II. 6. Hic etiam illum postea in triumpho duxit. Plutarch. in vita Scipionis Africani ex Polybio.

171 *Carthagine*] Hæc urbs, situ et viribus Romæ dudum æmula, habens in circuitu tria supra viginti millia passuum, teste Livio, triplici bello Romanos fatigavit. Opusne Didonis fuerit, an Tyriorum, non omnino constat. An esset delenda Romæ deliberatum, ut gloriæ seges ac virtutis materia nunquam Romanis deesset. At ex Catonis sententia Senatus Scipionem Æmilianum in Africam misit cum ingenti exercitu, qui Carthaginem a Scipione Africano vectigalem jam ante factam obsideret, caperet ac solo æquaret. Quod factum est anno postquam erat condita septingentesimo Tit. Liv. l. LI.

172 *Parce precor*] Prosopopœia, qua exhibetur Amphion pro filiis deprecans Apollinem et Dianam Niobæ fastum ulciscentes. Ejusque exemplo probat Juvenalis quanta sit mulierum arrogantia, quæ Deos etiam lacessat.

Pæan] Ita vocatur Apollo, seu a παίειν, quia radios quasi sagittas vibrat, iisque ferit: seu a παύειν τὰς ἀνίας, quia sua nos luce recreat Sol, et mœrores abigit. Vide Macrob. Saturn. I. 17.

Tu, Dea, pone sagittas] Alloquitur Dianam, cujus et Apollinis indignatione ac sagittis Niobæ filii, ob quos ea superbiebat, omnes confixi perierunt. Vide Ovid. Metamorphos. 6. Fab. 3.

173 *Nil pueri faciunt*] Innoxii sunt, cur luunt noxam Niobæ matris? Hanc ipsam plectite.

174 *Amphion*] Jovis ex Antiope

Extulit ergo greges natorum, ipsumque parentem,
Dum sibi nobilior Latonæ gente videtur,
Atque eadem scrofa Niobe fœcundior alba.
Quæ tanti gravitas, quæ forma, ut se tibi semper

igitur puerorum interfecit, atque ipsum patrem: quando Niobe ipsaque fertilior candida illa *sue, præstantiorem se putat Latonæ familia. Quæ severitas, quæ pulchritudo tanti* facienda, *ut perpetuo se tibi objectet. Etenim singularis istius et*

58. 85.—175 *Sic tulit* 22. *gregem* 11. 25. 27. 46-50. 54-69. 71-74. 77. 85. *ipsamque parentem* 11. 14. 15. 27. 57. 61. 62. 63. 66. 67. quod probarunt Schurzfl. et viri docti in edit. Juven. cum notis Variorum Amst. 1684. ne Amphion se ipse extulisse dicatur. Enimvero verbum *extulit* non referendum ad Amphionem, sed ad Nioben, quæ liberos ipsumque eorum parentem, qui omnes innoxii luerunt noxam Niobes, extulit, ante quam in saxum verteretur. —176 *Cum* 20.—177 *Niobe scrofa* 14.—180. 181 in 13. ita mutati : *Plus aloës*

NOTÆ

filius : a Plinio VII. 56. citharam invenisse, primusque illa cum voce cecinisse dicitur. Patriam vero suam Thebas lyræ sono ædificasse ait Horatius ad Pisones vs. 394. quo facundiam ejus significat.

Sed Pæan contrahit arcum] Nil motus Amphionis patris licet innocentis precibus.

175 *Extulit*] Quasi ad sepulchrum tulit. Vide Sat. 1. vs. 72.

Greges natorum] Amphionis et Niobæ filios, de quorum numero dissentiunt admodum scriptores. Alii duodecim, alii quatuordecim, alii ad viginti referunt. Vide Gell. XX. 6. Ælian. Var. Hist. XII. 36.

Parentem] Non quod ab Apolline confixus, sed quod suæ suorumque calamitatis dolore seipsum interfecerit.

176 *Dum sibi nobilior*] Nam tanta fuit ob fœcunditatem atque filiorum numerum arrogantia Niobæ, ut sibi potius quam Latonæ sacrificandum jactaret, quæ duos tantum Dianam et Apollinem genuerat. Ovid. loco citato.

Latonæ gente] Apolline et Diana, Jovis ex Latona filiis, qui matris injuria multi sunt. Horat. Lib. IV. Ode 6. 'Dive quem proles Niobæa magnæ Vindicem linguæ. . . . sensit.'

177 *Scrofa*] Celebri illa sue, quæ apud Lavinium ab Ænea prægnans mactanda fugit, et mox triginta fœtus uno partu edidit. Virgil. Æneid. 3. Dion. Halic. lib. I.

Alba] Trigesimo scilicet anno postquam Æneas Lavinium condiderat, urbem alteram Ascanius ædificavit, *Albam*, ex oraculo Æneæ dato, ibidem nimirum ubi candida sus enixa erat porcellos. Dionys. loco mox citato.

Niobe] Tantali filia, Uxor Amphionis, numerosa prole superbiens, filiis, ut dictum est, occisis, et ipsa in saxum conversa. Cic. Tusc. 3. n. 63. 'Niobe lapidea fingitur,' inquit, 'propter æternum in luctu silentium.'

178 *Quæ tanti gravitas*] An vero tanti facias uxorem etiam gravem et pulchram, ut ferre velis quotidianas ejus exprobrationes, quibus se tibi jactat, ac sæpius objicit, quod mirum quantum illi debeas, quæ te virum acceperit, scilicet ita gravis, honesta, pulchra?

Imputet? hujus enim rari summique voluptas
Nulla boni, quoties animo corrupta superbo
Plus aloës, quam mellis habet. Quis deditus autem
Usque adeo est, ut non illam, quam laudibus effert,
Horreat, inque diem septenis oderit horis?
Quædam parva quidem; sed non toleranda maritis.
Nam quid rancidius, quam quod se non putat ulla
Formosam, nisi quæ de Tusca Græcula facta est?
De Sulmonensi mera Cecropis? Omnia Græce,

magni commodi oblectatio nulla est, quandocunque arroganti ingenio depravata plus aloës quam mellis exhibet. Quis vero tam addictus est, ut eam quam encomiis extollit non aversetur, ac septem horis quotidie abhorreat. Præterea *nonnulla* sunt *exigua certe, at minime viris ferenda. Ecquid enim putidius, quam quod nulla pulchram se existimat, nisi quæ ex Hetrusca Græca effecta est? E Sulmonensi pura Cecropis!*

quam mellis habet corrupta superbo Ex animi vitio cujus cum bile voluptas Summi nulla boni est: quis enim vir deditus ulli cet.—182 *ullam quam laudibus affert* 85.—183 *dies* 13. 15. 17. 20. 21. 22. 25. 27. 45-50. 54-69. 71-74. 77. *die* 12. 16. 18. 19. 24. 85. *oderis* 22.—184 abest a 13. et 22. *parca* 25. 46. 48. 49. 54. 57. 59. 60. 65. idque conj. Lubin. ut sensus sit: quædam mulier parca quidem est, non sumtuosa, superba et magnifica; sed tamen non toleranda est, quod Græco utatur sermone, ut blandior videatur. *Quædam parva loquar* emend. Pontan. ad Macrob. Sat. III. 10. perperam coll. Tibull. II. 6. 11. Vulgata lectio bene se habet.—185 *Et quid* 13. *putet* 11.—186 *Thusca* 46. 47. 49. 64. *curas* pro *facta est* 22. *est* omittit 85.—187 et 188 absunt a 13. et 187-189 a

NOTÆ

179 *Hujus enim rari, &c.*] Certe plus te superbia sua infestat, quam castitate et probitate delectat.

181 *Aloës*] Herba est amari admodum succi, de qua multa Plinius XXVII. 4. e contra dulcedo mellis omnibus nota est.

Quis deditus, &c.] Quis tam uxorius? tam obnoxius quis suæ uxori quantumvis pulchræ?

182 *Laudibus effert*] Propter morum honestatem et formam.

183 *Horreat*] Ob fastum et arrogantiam.

Septenis oderit horis] Maxima parte diei, qui horarum duodecim. Vide quæ ad Pers. Sat. 3. vs. 4.

185 *Rancidius*] Corruptius, turpius. Pers. Sat. 1. vs. 33. 'rancidulum quiddam.'

186 *De Tusca Græcula facta est*] Patrium Italiæ et Romæ sermonem postponens, et Græcum affectans, quo blandior ac venustior videatur.

Tusca] *Thuscia* Italiæ regio nobilissima, ad Tiberim protensa, nomen habet a *θύειν, sacrificare:* Tusci quippe religiosi semper extitere. Tit. Liv. l. I. Vide Alex. ab Alex. l. III. cap. ultimo.

Græcula] Diminut. ad contemtum. *Facta est*, lingua et moribus.

187 *Sulmonensi*] *Sulmo* Pelignorum oppidum, patria Ovidii Poëtæ. Ponitur pro qualibet Italiæ urbe.

Mera Cecropis] Tota Attica, tota Atheniensis. Cecrops enim Athenarum primus Rex fuit.

'Cum sit turpe magis nostris nescire Latine.
Hoc sermone pavent, hoc iram, gaudia, curas,
Hoc cuncta effundunt animi secreta. Quid ultra?
Concumbunt Græce. Dones tamen ista puellis:
Tune etiam, quam sextus et octogesimus annus
Pulsat, adhuc Græce? Non est hic sermo pudicus
In vetula, quoties lascivum intervenit illud,
ΖΩΗ ΚΑΙ ΨΥΧΗ. Modo sub lodice relictis
Uteris in turba. Quod enim non excitet inguen
Vox blanda, et nequam? digitos habet. Ut tamen omnes

Cuncta Græce loquuntur, *quanquam nostratibus fœdius est ignorare Latine. Ea lingua stupent, ea iracundiam, lætitiam, ægritudines, ea mentis arcana proferunt universa? quid amplius? * * Hæc nihilominus juvenculis indulge. An tu quoque quam annus urget octogesimus sextus, etiamnum Græce* loqui affectas? *Casta non est illa oratio in decrepita, quandocumque adhibetur impudicum istud;* atque in *cœtu usurpas dimissas* paulo *ante sub stragula* voces, ζωὴ καὶ ψυχή. *Nam sermo illecebrosus ac malus ecquod non movet * * habet digitos, quamvis etiam cunctæ*

22.—188 v. Excurs. ad h. l.—189 *placent* pro *pavent* 13.—191-194 ejecti e 13. *Concumbunt Græce: non est hic sermo pudicus* 22. omissis vs. 192. 193. Error unde ortus, quod et vs. 191 et 193 voc. *Græce* legitur. Cf. ad II. 24.—192 *Tunc* 17. 50.—194 sq. Miror neminem hæsisse in his verbis, quorum junctura admodum importuna, et scabra est oratio. Suspicari possis, poëtam scripsisse: *Non est hic sermo pudicus, Si vetula toties lascivum interseris illud* Ζωὴ καὶ Ψυχὴ, *et modo sub lodice relictis* (verbis) *Uteris in turba.* Hæc certe est sententia h. l. cui tamen lenior vellem medicina adhiberi posset.—195 Versus ab alia manu scriptus in 10. *Zoë ypsice non est bene sermo pudicus* 13. Ζωὴ καὶ μοῦ Ψυχὴ 11. ΨΥΚΗ 21. *cai dice* 22. Græca absunt a 18. 27. 45. 61.—196. 197 in 13. ita contracti: *Vox blanda et nequam digitos habet et movet inguen.* *quid* 17. 18. 20. 45. *excitat* 11. 15. 16. 18. 19. 23. 24. 27. 45. 49. 54. 61. 62. 63. 66-74. 77. *ignem* 23. 60.—197 *sit tamen* 19. Locus perplexus, qui valde torsit interpretes. Lucebit, opinor, modo *et* pro *ut* substitueris: *et tamen omnes Subsi-*

NOTÆ

188 *Cum sit turpe magis, &c.*] Cum tamen multo magis dedeceat Latinas nescire loqui Latine. Cicero in Bruto, 'Non tam præclarum est scire Latine, quam turpe nescire.'

189 *Hoc sermone pavent, &c.*] Græco sermone exprimunt pavorem, iram, gaudium, aliosque animi affectus.

191 *Dones tamen ista puellis, &c.*] Apostrophe ad anus libidinosas.

195 Ζωὴ καὶ ψυχή] Vita mea, anima mea; quibus verbis uti solebant meretrices. Meminit et Martial. lib. X. Epigram. 68.

Lodice] Lecti opertorio. Martial. lib. XIV. Epigram. 148.

196 *In turba*] In publico, sine ulla verecundia.

197 *Nequam*] Proprie iners et lascivus ita dicitur, quod nihil queat boni facere. Gell. VII. 11. ex Cicerone, Philipp. 2.

Digitos habet, &c.] Sordidula hæc suis tenebris damnantor; pudor jubet.

Ut tamen omnes subsidant pennæ] Etsi quiescat libido, muliebribus

Subsidant pennæ; dicas hæc mollius Hæmo
Quanquam et Carpophoro: facies tua computat annos.
Si tibi legitimis pactam junctamque tabellis
Non es amaturus, ducendi nulla videtur
Causa: nec est, quare cœnam, et mustacea perdas,
Labente officio, crudis donanda; nec illud,

pinnæ conquiescant. Verum *licet ista pronunties tenerius Æmo atque Carpophoro, vultus tuus annos numerat. Si dilecturus non es desponsam tibi et copulatam scriptis ex lege factis, nulla apparet ratio despondendi; et non est cur abs-umas convivium et mustaceos non coctis dandos, officio desinente; neque id*

---

dant pennæ, dicas...Carpophoro: (nam) *facies tua computat annos.*—198 abest a 13. *Subsideant* 26. *pinnæ* 1. Vetus scholion est: *Subsidant* longa ætate *pinnæ*, metaphora, quia vetulæ flaccescunt. Lubinus: 'Metaphora,' inquit, 'ab avibus. Ingenii nervi vel pinnæ quasi ex superiori loco deorsum vocentur. Possumus etiam *pinnas* h. l. intelligere in cacumine turrium rotundos apices. Quamvis illa, quæ suprema sunt, sermone tuo quasi deorsum voces.' *dicas hoc* 24. *Hæmo* 77. *Hæmo* 14. 17. 18. 27. 45. 47. 57. 64. *Hemo* 15. 16. 19. 20. 21. 23. 24. 58. *Hæemo* 46. 48. *Œmo* 56. 59. *Emo* 60. 65. *Æmo* alii, etiam Hennin. qui tamen *Hæmo* edidit sup. III. 99. ubi v. not.—199 *Et si dissimiles facies* cet. 13. *computet* 12. 16. 22.—200-205 extrusi ex 13. *vinctamque* 4. *victamque* 22.—202 *mustacea* 1. 28. al. *mustacia* 16. 64. *mustatia* 14. 15. 17. 18. 19. 21. 47. 49. *mustitia* 22. *muscacia* 46. *muscatia* 48.—

NOTÆ

excitatur blanditiis ac lascivis vocibus.

198 *Pennæ*] Metaphora ab avibus: significat vires et nervos.

Dicas hæc mollius] Attamen, o vetula impura, quantumvis juveniles imitere voces et blanditias, tui vultus rugæ amari te vetant jam decrepitam.

Hæmo et Carpophoro] Celebribus mimis muliebres voces egregie imitantibus.

199 *Facies tua computat annos*] Provectiorem ætatem indicat, ac vetulam, decrepitam, obsoletam arguit.

200 *Si tibi legitimis*] Posthumum ferit dilemmate; cujus hoc est prius membrum: alterum mox adest, ubi ait, 'Si tibi simplicitas,' &c. Vel amabis uxorem, inquit, vel non. Si amabis, certe miser eris: si vero non amabis, non est cur ducas, et sumtus inutiles facias.

Legitimis tabellis] Instrumento et contractu matrimoniali rite et ex legibus confecto.

202 *Mustacea*] Dulcia quædam, liba, placentas, e farina siliginea musto conspersa, admixtis caseo, aniso, cumino, adipe, et ramentis lauri. Hæc dari solita convivis in fine cœnæ nuptialis, velut apophoreta. Vetus Schol. *Mustaceos* coquendi modum præscribit Cato de Re Rust. c. 121. meminit et Cic. ad Att. lib. v. Epist. 20.

203 *Labente officio*] Vel stomachi non bene coquentis cibos, vel potius amicorum qui ad officium nuptiale convenerant, jamque discedere paratorum.

Crudis] Cruditate laborantibus post largiores epulas, danda ad juvandam et accelerandam coctionem.

Quod prima pro nocte datur, cum lance beata
Dacicus, et scripto radiat Germanicus auro.
Si tibi simplicitas uxoria, deditus uni
Est animus: submitte caput cervice parata
Ferre jugum: nullam invenies, quæ parcat amanti.
Ardeat ipsa licet, tormentis gaudet amantis,
Et spoliis. Igitur longe minus utilis illi
Uxor, quisquis erit bonus optandusque maritus.
Nil unquam invita donabis conjuge: vendes
Hac obstante nihil: nihil, hæc si nolet, emetur.

uod donatur pro prima nocte, quando in *patina divite rutilat Dacicus ac Germanicus auro insculpto. Si* vero *tibi est simplicitas conjugalis*, atque *mens uni addicta; subjice caput collo promto jugum tolerare: nullam* enim *reperies, quæ diligenti indulgeat. Quamvis illa ferveat, diligentis cruciatibus delectatur atque exuviis. Itaque multo minus idonea conjux erit ei quicunque vir fuerit benignus et cupiendus. Nihil unquam dabis, reluctante uxore: ea vetante, nihil venumdabis: nihil mercari* poteris, *si illa prohibet. Ipsa*

205 *Dacius* 15. 16. 20. 24. 25. 56. 57. 58. 66. *Datius* 18. 19. 21. 22. 27. 45. 47. *sculpto radiat G. auro* 57. *scutilo r. G. auro* et vet. cod. suo legit Pontan. ad Macrob. Sat. III. 10. ubi monet, *scutilum* propr. esse variegatum instar telæ aranearum. *radians* 20. *Germanius* 22.—206-208 in 13. ita coaluere: *Si tibi simplicitas uxoria complacet, erras: Nam penitus nullam invenies, quæ parcat amanti. ac deditus* 18. Recte forsan. Possis etiam *Et* pro *Est* legere, vel interpungere: *Si tibi (simplicitas uxoria) deditus uni Est animus.*—208 *parcit* 23.—210 *illis* 25.—211 *erat* 21. a m. pr.—213 *nollet* 27. *nolit* 13-17. 21. 22. 24. 25. 45. 49. 50. 54-62. 65-69. 71-74. 77. Nil interest. *volet* 18. a m. sec.

NOTÆ

204 *Quod prima pro nocte datur, &c.*] Munera quæ maritus novæ nuptæ donare solet in virginitatis delibatæ præmium, aliquot nempe nummos aureo in lance. Vetus Schol.

205 *Dacicus, et scripto radiat, &c.*] Nummus effigie Domitiani signatus cum titulis Dacici et Germanici, ob Dacas Germanosque debellatos.

Dacicus] Vide Satir. IV. vs. 111. ad vocem *Dacis*.

Scripto] Legunt alii, *sculpto:* alii corrigunt, *scutilo*, id est, variegato velut telæ aranearum. Ita Jo. Is. Pontan. Annot. in Macrob. et alii quidam. Verum quod operæ pretium; quidve gratiæ debeat utrisque Juvenalis, haud mihi satis apparet.

206 *Si tibi simplicitas uxoria*] Posterius cornu dilemmatis. Quod si mulierosus es, et simpliciter uxori amandæ deditus, grave tibi jugum ferendum erit, eique famulandum more servi, atque in omnibus obsequendum.

209 *Ardeat ipsa licet*] Quamvis ipsa te ardenter amet, gaudebit tamen torquere te ac spoliare. Sic enim improba est mens mulierum.

210 *Longe minus utilis*] Quo melior est maritus et uxori optabilior, eo gravior fit ei uxor molestiorque.

Hæc dabit affectus: ille excludetur amicus
Jam senior, cujus barbam tua janua vidit.
Testandi cum sit lenonibus atque lanistis
Libertas, et juris idem contingat arenæ;
Non unus tibi rivalis dictabitur hæres.
Pone crucem servo. Meruit quo crimine servus
Supplicium? quis testis adest? quis detulit? Audi,
Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa est.
O demens, ita servus homo est? nil fecerit, esto:

motus animi *suggeret. Is expelletur familiaris jam vetulus, cujus pubem aspexerunt fores tuæ. Quanquam* autem *ganeones et lanistæ licentiam habent condendi testamenta, parque potestas arenæ data est, multiplex rivalis hæres tibi præcipietur.* Jubebit uxor; *servo patibulum statue.* Tu respondebis: *Ecquod* ob *scelus pœna dignus est servus? Ecquis astat testis? Quis denuntiavit? Ausculta: De hominis nece nulla unquam diuturnior mora est.* Tum illa dicet tibi: *O stulte, siccine mancipium homo est? Esto, nihil perpetrarit:* at *illud cupio, ita edico, pro causa*

---

23. 46. 48.—214 *Hæc* recepi ex 17-25. 27. 45-50. 54-63. 65-74. 77. et *excludetur* ex 10. 13. 15. 16. 21. 22. a m. sec. 25. 27. 46. 47. 48. 50. 55-74. 77. *Hæc* et *excludatur* in aliis libris, etiam ed. Hennin. *dedit* 23. *effectus* 12. 19. 22. 47. 48.—216-218 ejecti e 13.—217 *viris* 64. *contingit* 16. 27. 46. 47. 48. 58. —218 *rivalis tibi* 27. 46. 47. 48. 58. *Non tibi rivalis unus* 19. *ditabitur* 11. ex rasura, 15. 18. 23. 29. 45. 49.—219 abest ab 22.—220 *qui...qui* 17. 20.—221 *Nulli* emend. Heins. ad Ovid. Met. VII. 453. *est* abest a 12. et 16.—

NOTÆ

214 *Dabit affectus*] Si quem oderit, jubebit te odisse; vetabit amare et colere veterem etiam amicum, cum ita libuerit inconstanti ejus animo, suspicaci, moroso.

215 *Cujus barbam tua janua vidit*] Qui domum tuam frequentarit a prima ætate, cum pubes et lanugo genas ac mentum vestire incipit. Vel quod juvenes non raderent barbam ante annum ætatis vigesimum primum, ut volunt nonnulli.

216 *Testandi cum sit lenonibus, &c.*] Aliud incommodum ab imperiosa uxore, per quam non licebit viro hæredes instituere nisi quos ipsa voluerit.

Lanistis] Gladiatoribus, eorumque magistris. Vide Satir. III. vs. 158.

217 *Arenæ*] In arena decertantibus. Vide quæ ad Satir. II. vs. 144.

218 *Rivalis*] Uxoris tuæ mœchus.

Dictabitur] Suggeretur, scribi imperabitur.

219 *Crucem*] Supplicii genus olim valde usitatum, a Constantino Magno postea sublatum, ob reverentiam instrumenti nostræ omnium salutis, ac apparentis mirabiliter in aëre signi, in quo erat hostes victurus, ac reapse vicit. De variis crucium generibus, Seneca consol. ad Marc. c. 20. et de Vita beata, cap. 19. Vide Annotat. Sirat. XIII. vs. 105.

221 *Nulla unquam de morte, &c.*] Apud multas gentes damnatorum pœna differri solebat: et apud Romanos quidem, ex Senatusconsultis, ad decimum usque diem.

222 *Servus homo est*] Servi sunt, imo homines: servi sunt, imo conservi, et ex iisdem tecum elementis constant aluntarque, atque spiritum eundem ab eodem principio carpunt, &c.

Hoc volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas.
Imperat ergo viro: sed mox hæc regna relinquit,
Permutatque domos, et flammea conterit: inde
Advolat, et spreti repetit vestigia lecti.
Ornatas paulo ante fores, pendentia linquit
Vela domus, et adhuc virides in limine ramos.
Sic crescit numerus; sic fiunt octo mariti,
Quinque per auctumnos: titulo res digna sepulcri.
Desperanda tibi salva concordia socru:
Illa docet spoliis nudi gaudere mariti;

sit arbitrium meum. Itaque imperium exercet in *maritum. At paulo post ea regna deserit, ac mutat ædes, deteritque flammea. Exinde recedit atque relegit notas cubilis contemti: dimittit januam nuper decoratam, aulæa* in *ædibus expansa, ramosque in foribus etiamnum virentes. Ita numerus augetur: ita succedunt octo viri intra quinque autumnos: res* sane *digna inscriptione tumuli. Nec speranda tibi consensio, socru superstite. Hæc monstrat oblectari exuviis spoliati viri: hæc*

223 *Sic volo* 19. 27. 28.—224-230 extrusi e 13.—225-227 absunt ab 18. *domus* 14. 16. 48. *flammea* 22. 45-50. 62. 64. 65. 68. 69. 71. 72. 73. *flamea* al.—226 *Evolat* 20. *Avolat* (a novo marito discedit) 29. 50. 65. 69. et cod. viri docti, quem v. in Miscell. Obss. Crit. in Auctores vett. Amst. 1734. Vol. v. T. I. p. 122. *lecti repetit vestigia spreti* 21. *refugit vestigia* conj. Schrader.—227 *Ornatus* 46. 48. 61. *liquit* 16. *linquet* 65.—228 *vel* pro *et* 11. 14. 16. 19.—230 Post hunc versum in 16. insertus est alius: *Si fierent comites citius, quam nuberet uxor.*—231 *salva est* 16. *est salva* 27.—232 Versus ab alia manu

NOTÆ

quæ habet Macrob. Saturn. I. 11. Vide et Senec. Epist. XLVII.

223 *Hoc volo, sic jubeo, &c.*] Tyrannica plane verba.

224 *Hæc regna*] Viri domum et familiam in qua regnabat, relinquit, novumque maritum sæpius quærit potens ac dives mulier.

225 *Permutatque domos*] Ab uno viro ad alium aliumque transiens.

Flammea conterit] Toties nuptialia terit velamenta, quoties nubit. De flammeo vide Satir. II. ad vs. 124.

226 *Advolat*] Alias, *avolat.*

Spreti repetit vestigia lecti] Redit ad primum virum.

227 *Ornatas paulo ante fores*] Vide supra ad vs. 79.

229 *Octo mariti*] Nec enim pluribus quam octo viris nubere licebat, citra notam adulterii. Hinc Martial. Epig. VI. 7. 'Nubit decimo jam Telesina viro. Quæ nubit toties, non nubit, adultera lege est.'

230 *Quinque per auctumnos*] Annis quinque.

Titulo res digna sepulcri] Ironice. Quam pulchrum erit sepulcro talis mulieris inscripta ex more videre nomina virorum octo, quibus nupsit. Vide Martial. Epig. IX. 16.

231 *Concordia*] Expectanda tibi non sunt amor et fides conjugalis ab uxore illa tua, vivente socru.

232 *Illa docet*] Socrus enim ipsa, tuæ uxoris mater, improbis instruit eam moribus.

Nudi] Crebra exigens a viro dona,

Illa docet, missis a corruptore tabellis,
Nil rude, nec simplex rescribere: decipit illa
Custodes, aut ære domat: tunc corpore sano
Advocat Archigenen, onerosaque pallia jactat.
Abditus interea latet et secretus adulter,
Impatiensque moræ pavet, et præputia ducit.
Scilicet expectas, ut tradat mater honestos,
Atque alios mores, quam quos habet? utile porro

*erudit nihil agreste, nihil simplex rescribere literis ab adultero missis. Hæc observatores fallit, vel pecunia conciliat. Tum valente corpore accersit Archigenem, ac opercula gravia imponit. Interim delitescit occultus tectusque mœchus, et tacet vix ferens cunctationem. * * Nimirum speras ut parens det bonos mores, vel e suis diversos? Præterea spurcæ vetulæ fructuosum* est *prostituere impuram filiam.*

scriptus in 10. et abest ab 22.—233 Versus excidit e 46. 48. 49. 56. 59. 60. 65. *libellis* 16.—234 *nil simplex* 12. 22. a m. pr. 23. 24. 35. 27. 46-50. 54-66. 68. 71-74. 77. *describere* 60.—235 *nunc* 13.—236 *Archigenen* recepi e 60. 65. et 68. *Archigenem* alii. Sed quamvis non ignoro, hiatus frequentes esse Juvenali, (v. ad I. 151.) vereor tamen, ne illi sine necessitate ei ab imperitis librariis passim obtrusi sint: et illa vocis forma doctior est.—237. 238 ejecti e 13. *in terra* 16. 21. a m. pr. *et secretus* revocavi, tanquam lectionem omnium fere librorum, ex 1. 10. 11. 12. 14-26. 45. 46. 48. 49. 50. 54-63. 65-77. Languet tamen, quoniam synonyma *abditus* et *secretus* junguntur. *et securus* 27. 47. 64. non improb. Schurzfl. modo mox vs. seq. *silet*, non *pavet* legatur. *accersitus* e conj. reposuit Marshall, rectiusque *arcessitus* Hennin. ut mens poëtæ sit: Interim, dum medicus arcessi fingitur, mœchus sub persona medici veniens clanculum intrat, atque ita custodes decipit. Sed illas lectiones ex *accersitus* degenerasse, non mihi persuasit Hennin.—238 *pavet* restitui ex 1. (cujus glossa certe est *metuit*) 10. 12. 14. 15. 17-23. 25. 26. 27. 45-50. 54-69. 71-74. et tribus Mss. Nic. Heinsii, qui ad Sil. Ital. XVI. 432. hanc lectionem probat monetque, *pavorem* esse aliquid medium inter spem metumque, et hinc *lætum pavorem* ac *horrorem* dici Stat. Theb. I. 493. Sil. III. 215. XVI. 432. eumque describi a Stat. Theb. VI. 392. sq. 802. sq. *silet* 16. 24. 70. 75. 76. 82. *discit* pro *ducit* 12. 14. 17. Vetus Schol. docet, totum hunc versum in quibusdam codicibus non legi: et lubens eum deleverim propter obscœnitatem, quæ tamen ipsa illius rei causa fuisse videtur.—239 *Nam licet* 20. *exspectes* 20. 26.—240 *Aut* 13. 14. 21. 22. 25. 27. 46-50. 54-69. 71-74.—

NOTÆ

&c. Multa etiam clam surripiens et matri donans.

234 *Nil rude, nil simplex rescribere*] Docet caute, erudite, callide, blande rescribere ad mœchos.

235 *Custodes*] Suspectæ fidei uxoris custodes a viro commissos.

236 *Advocat Archigenen*] Vocat Medicum ægritudinem simulans, quo facilius adulteria perpetret.

Archigenen] Celebrem eo tempore Medicum. Vetus Schol.

Onerosaque pallia jactat] Vel rejicit quasi nequeat ferre; vel potius, ipsa mater operit multis palliis velut ægram filiam, vocatque Medicum, ut locum det mœchis.

238 *Pavet*] Alias, *silet*, quod magis congruit.

240 *Utile porro*] Nam turpis mater

Filiolam turpi vetulæ producere turpem.
 Nulla fere causa est, in qua non fœmina litem
Moverit. Accusat Manilia, si rea non est.
Componunt ipsæ per se, formantque libellos,
Principium atque locos Celso dictare paratæ.
 Endromidas Tyrias, et fœmineum ceroma
Quis nescit? vel quis non vidit vulnera pali?
Quem cavat assiduis sudibus, scutoque lacessit,

Nulla propemodum controversia est, in qua litem non intentaverit mulier. Accusat Manilia, si rea non fuerit. Ipsæ per se conscribunt et contexunt libellos, promtæ Celso præscribere exordium et locos. Quis ignorat endromidas Tyrias, ac muliebre ceroma? Vel quis non aspexit ictus paxilli, quem quotidianis fustibus perfodit,

242-267 ejecti e 18.—243 *Manulia, Mamilia* et *Mamilla* legitur in bonis libris Gell. IV. 14. ubi vid. Gronov.—245 *Ceso* 46. 48.—246 *Endromydas* 46. 47. 49. 50. 54. 65. *Endromadas* 10. 15. 45. *Endromedas* 16. 22. 23. 24.—247 *aut* pro *vel* 12. 14. 15. 16. 23. 25. 27. 45-50. 54-69. 71-74. 77. prob. Schurzfl. cum verba quarti ordinis in tertiis personis, etiam extra perfecti contractionem, sæpius producantur. Hiatus etiam amat Juvenalis. v. ad I. 151. Nec tamen illi temere ei videntur obtrudendi.—248 *rudibus* pro *sudibus* conj. Lips. Mil.

NOTÆ

ex adulteriis filiæ quæstum facit.

242 *Nulla fere causa*] Quid, quod et forensia negotia attentant fœminæ?

In qua non fœmina litem moverit] In qua litigandi ansam et modum non inveniat.

243 *Accusat Manilia, si rea non est*] Semper aut accusantis aut defendentis partes agit.

Manilia] Pro qualibet audaci fœmina ponitur illa meretrix, cujus meminit Agellius IV. 14. Hæc Aulum Hostilium Mancinum Ædilem Curulem, a quo dies ipsi dicta ad populum erat, provocans ad Tribunos Plebis jure dejecit.

244 *Per se, formantque libellos*] Sine virorum auxilio componunt libellos, et scripta illa quibus actio instituitur et causa probatur.

245 *Locos*] Sedes argumentorum, ut aiunt, rationes probationi aut refutationi idoneas.

Celso] Cornelius *Celsus* Orator fuit insignis et Jurisconsultus, sub Augusto. Institutionum libros septem conscriptos reliquit. Vetus Schol. Ejus meminit Quintilianus pluribus in locis. Lib. vero 12. cap. ult. ait scripsisse de rebus etiam medicis, rusticis, militaribus.

Dictare paratæ] Tam eruditæ, ut tradere queant etiam peritis dicendi præcepta.

246 *Endromidas Tyrias*] Novum audaciæ muliebris portentum; quod et luctari, et in arenam descendere non erubescant.

Endromidas] Vide Satir. III. vs. 103. *Tyrias*, purpureas et molliores vulgaribus. Vide Satir. I. vs. 27.

Ceroma] Vide Satir. III. vs. 68.

247 *Quis non vidit vulnera pali*] Quis nescit mulieres non modo ceromate inungi, ac gymnicas exercitationes sine verecundia frequentare, sed etiam gladiatura gaudere, proindeque more tyronum exercere se ad palum solitas?

Atque omnes implet numeros, dignissima prorsus
Florali matrona tuba; nisi si quid in illo
Pectore plus agitat, veræque paratur arenæ.
Quem præstare potest mulier galeata pudorem,
Quæ fugit a sexu? vires amat. Hæc tamen ipsa
Vir nollet fieri. Nam quantula nostra voluptas?
Quale decus rerum, si conjugis auctio fiat,
Balteus, et manicæ, et cristæ, crurisque sinistri

et clypeo impetit? et cunctas partes exequitur, mulier sane digna buccina Floralium: præterquam si quidpiam majus volutatur in eo corde, ac veræ arenæ comparatur. Quam verecundiam exhibere valet fœmina casside munita, *quæ abhorret a* suo *sexu, et robusta sectatur? Ea nihilominus ipsa repugnaret fieri vir. Quanta enim oblectatio nostra?* Porro, *qualis rerum splendor, si fiat venditio uxoris: balteus, et manicæ, et pinnæ, et medium lævi cruris armamentum: aut si varia tentaverit cer-*

Rom. v. 14. ut nos Sil. VIII. 552.—249 *numeros implet* 19. 45. *implent* 65.—250 *ni* 21. 22.—251 *agitat* pro *agitet* restitui ex 10-12. 14-27. 45-50. 54-76. nam *paratur* mox sequitur. *paretur* 16. 21.—252 Possis etiam ita distinguere: *Quem p. p. m. g. pudorem? Quæ fugit a sexu, vires amat.* Nisi forte reponendum: *pudorem, Quæ fugit a sexu, et vires amat?* Nec tamen respuenda vulgaris et interpunctio et lectio.—253 *viros* 16. 24. *et* pro *hæc* 26.—254 *nolet* 23. 46. 47. 50. 64. *tantula* 22. *vestra voluptas* 11. non improb. Schurzfl. ut sit ἀνθυποφορὰ mulieris galeatæ. Sed idem recte prætulit vulgatam lectionem.—255 *fiet* 16. 19. 45. Hæc verba etiam ita distingui possunt: *Quale decus, rerum si* cet.—256 *manicæ, cristæ* 11. 24. *tunicæ* pro *manicæ* vetus Schol. cujus glossa est hæc: *balteus et tunicæ* Retiarii scilicet, si personam aut officium ejus susceperit. Huic lectioni favet locus Livii IX. 40. ubi inter

NOTÆ

249 *Omnes implet numeros*] Accedit, ferit, recedit, rursum invadit, &c.

Dignissima prorsus Florali matrona tuba] Dignissima igitur quæ inter meretrices et perfrictæ fœminas frontis, discurrat in Floralibus nudato corpore, et ad signum tubæ prosiliat. Vide Pers. Satir. v. vs. 178. ad vocem *Floralia*. Hæc celebrabantur sub finem Aprilis. Ovid. Fast. v.

251 *Veræque paratur arenæ*] Ut in amphitheatro palam decertet, more gladiatorum: ac post umbratiles pugnas ad verum certamen in arena descendat. Vide Martial. Spectac. Epig. VI.

253 *Vires amat*] Muliebres fugit exercitationes, viriles amat, duras, laboriosas.

254 *Quantula nostra voluptas*] Quam parva et modica virorum voluptas præ fœminea: ex Ovid. Met. III. Fab. 4.

255 *Quale decus rerum, &c.*] Quam magnificus erit ille apparatus ac splendor armorum tuæ uxoris, si hæc illa venum proponere voluerit! Ironice.

Si conjugis auctio fiat] Si fiat venditio armamentorum tuæ conjugis.

256 *Balteus*] Cingulum militare e corio, e quo arma dependent.

Manicæ] Manuum armamenta seu tegmina.

Cristæ] Quæ galeis imponuntur ornatus causa.

Crurisque sinistri dimidium tegimen] Virgil. Æn. VII. Crus sinistrum nudari solitum ab Hernicis ait: contra

Dimidium tegimen: vel si diversa movebit
Prœlia, tu felix ocreas vendente puella.
Hæ sunt, quæ tenui sudant in cyclade, quarum
Delicias et panniculus bombycinus urit.
Aspice, quo fremitu monstratos perferat ictus,

amina, quam *tu beatus, juvencula ocreas venum exponente! Ipsæ sunt quæ sudo-em emittunt in levi cyclade, quarum voluptates adurit sericeum etiam palliolum. Cerne quanto gemitu inferat percussiones ostensas; quamque magna cassidis gravi-*

****

ırma Samnitium recensentur etiam *tunicæ*.—257 *tegimen* 21. 22. 45. ut in ɔptimis membranis ubique, unde recepi pro vulg. *tegmen*. Cf. Nic. Heins. ıd Sil. I. 402. qui tamen ad Virg. Æn. III. 594. et VII. 666. utramque scrip-uram damnat, et ubivis *tegumen* reponendum censet. *movebis* 27. 46. 47. 58. —258 *tum* 25. 27. 46-50. 54-60. 64. 65.—259 *Hæc* 61. 62. 63. 67. 71. 72. 73. ɔrob. Pulmanno, ut sit enallage, ut inf. vs. 592. et ap. Terent. in Eun. III. 5. 34. Andr. IV. 1. 32. in Heautont. IV. 4. 4. et in Phorm. v. 8. (al. 10.) 23. quibus tamen locis meliores libri *Hæ* vel *Hæcine* exhibent.—261 *præferat* 47.

NOTÆ

Juvenalis tegmen sinistri cruris memorat. De his vide Macrob. v. 18. n fine. Certe crus lævum tegebatur, quod protendebatur adversus hostem. Dimidium vero dicitur tegmen, quia nonnisi a pede ad genu perveniebat, superiora tegente clypeo.

257 *Si diversa movebit prœlia*] Si tam retiarii, quam mirmillonis partes varias exequatur, adeoque geminas habeat ocreas, non simplices autem solum, ut Ætoli populi, de quibus Macrob. loco citato.

258 *Tu felix ocreas vendente puella*] Ironice, ut cetera. Quanta tibi gloria, quantum decus, o vir, uxore tua ancipitem et variam armaturam venum proponente, ostentante!

Puella] Uxore adolescentula.

259 *Hæ sunt quæ tenui*] Illæ ipsæ quæ virile robur affectant in gladiatoriis exercitationibus, in aliis rebus fœmineam omnino ostendunt mollitiem.

Cyclade] Rotunda chlamyde e tenui valde filo, qua se gravari tamen delicatulæ queruntur, ac velut aduri.

Quarum delicias, &c.] Quarum molle, tenerum, delicatum corpus vix ferre potest bombycinæ vestis pondus.

260 *Bombycinus*] E telis araneorum modo textis ad luxum fœminarum, inventis primum in Co Insula a Pamphila muliere Latoi filia: ut ait Plin. II. 22. ubi de bombycibus.

261 *Quo fremitu*] Cic. Tuscul. II. n. 56. 'Vir fortis,' inquit, 'ingemiscit, ut se intendat ad firmitatem; ut in stadio cursores exclamant quam maxime possunt. Faciunt idem cum exercentur athletæ. Pugiles vero etiam cum feriunt adversarium, in jactandis cestibus ingemiscunt, non quod doleant, animove succumbant, sed quia in profundenda voce omne corpus intenditur, venitque plaga vehementior.'

Monstratos perferat ictus] Docente lanista.

Perferat ictus] Quanta ferocia infligat ictus, ac monstratos gestus omnes exequatur.

Et quanto galeæ curvetur pondere, quanta
Poplitibus sedeat, quam denso fascia libro,
Et ride, scaphium positis cum sumitur armis.
Dicite vos neptes Lepidi, cæcive Metelli,
Gurgitis aut Fabii, quæ ludia sumserit unquam

tate incurvetur: quanta genibus insistat: quam spisso fascia volumine: atque cachinnare, quando armis depositis scaphium accipitur. Enarrate vos, o neptes Lepidi a Metelli oculis orbati, vel Fabii Gurgitis, quæ mima eas unquam vestes induerit.

58. 66.—262 *quanta...curetur* errores operarum in edit. Hennin. quos tamen fideliter expresserunt editores Manhem.—263 *Poplicibus* 45-48.—264 *scaphium positis* pro *positis scaphium* 27. 46-50. 54. 55. 58. 61-69. 71-74. quos secutus sum.—265 *cæcique* 16. 19. 24. 85. *cæcive* 27. 61. 63. *Creteive Metelli* (ut mox *Gurgitis Fabii*) 3. 4. non improb. Nicol. Heins. ad Ovid. Met. VII. 223. et innuatur Q. Metellus Creticus Cos. a. 674. qui Cretam expugnavit; de quo v. Dio Cass. XXXVI. p. 8. et Sallust. B. C. 29. Possis etiam suspicari *Calvini Metelli*, h. e. L. Metelli Calvi Cos. a. DCXI. Sed vulgata quoque lectio bene

NOTÆ

262 *Quanto galeæ curvetur pondere*] Quam gravem ferat ultro galeam, utque sub ejus pondere curvetur, ictus declinando.

Quanta poplitibus sedeat] Quam se firmam et quam grandem exhibeat inter digladiandum, crura tibiasque extendendo, flectendo, agitando, totum corpus genuum flexura innixum agiliter movendo.

263 *Denso fascia libro*] Aspice quam densis voluminibus replicatas vestes colligat fascia, et succingat. Sic enim mulieres pugnabant succinctæ.

Libro] Instar multorum libri voluminum. Olim enim scribebant in arborum cortice, qui liber vocatur.

264 *Ride, scaphium positis*] Cum videris mulierem esse, et muliebre quid attrectare eam, quæ plane virum se in gladiatura præstabat.

Scaphium] Multiplex et varia prorsus vocis istius significatio. Aliquando pro ligone ponitur: alias pro vase potorio, ut passim apud Plaut. Alias pro certo capillitio scaphæ similitudinem et formam habente, meretricibus usitato, ut notat Turneb. l. II. capite ultimo. Quo sensu non absurde hic accipere licet. Vulgo tamen interpretantur matellam, seu vas cui immeiunt mulieres, ipsis proprium, ut lasanum viris. Favet Jul. Pollux X. 9. et Turnebus loco citato. Cæl. Rhodig. XXI. 33. pariter ait, lasanum virorum esse, fœminarum vero trullam et scaphium: veluti Pollux scribit, inquit, Eupolidem secutus.

265 *Dicite vos neptes*] O vos honestæ filiæ honestorum et summorum virorum, dicite num ea fuerint olim mulieres impudentia.

Lepidi] Qui Censor, bis Consul, et Pontifex Maximus fuit.

Metelli] Is etiam bis Consul, Censor, Dictator, oculos amisit cum ex incendio ædis Vestæ Palladium eriperet. De eo jam Sat. III. 139.

266 *Gurgitis aut Fabii*] Is Fabii Maximi filius devorato patrimonio *Gurges* cognominatus, ad meliorem postea frugem rediit, multarumque virtutum, inprimisque abstinentiæ specimen edidit: ac prioris ætatis vitia insigni secura virtute compensavit: ut testatur Macrob. III. 13.

[os habitus? quando ad palum gemat uxor Asyli?
Semper habet lites, alternaque jurgia lectus,
a quo nupta jacet: minimum dormitur in illo.
'unc gravis illa viro, tunc orba tigride pejor.
'um simulat gemitus occulti conscia facti,
ıut odit pueros, aut ficta pellice plorat,
Jberibus semper lacrymis, semperque paratis
n statione sua, atque expectantibus illam,

uando Asylli conjux ad paxillum fremuerit? Thalamus in quo uxor cubat nunamnon rixas continet, et mutuas contentiones. In eo somnus capitur modicissimus. Iæc tum marito molesta, tum deterior tigride orbata, quando fingit luctum secreti oxia facinoris; vel filios aversatur, vel conficta dolet concubina, fletibus nunquamon copiosis, nunquamnon promtis in sua sede, et eam opperientibus qua ratione

e habet.—267 *gemit* 11. 12. 14. 15. 16. 18. 19. 21-24. 26. 46-50. 54. 55. 59. 60. 4. 65. 85. *Asili* 17. 19. 21-24. 27. 45-48. 50. 64. 85. *Asyli* 49. 60-63. 65. 68. 71. 72. 73. 77. *Asilli* 20. *Assili* 18.—269-303 absunt a 14. quia folium excilit. *nimium* 16.—270 *Tunc* revocavi ex 10. 13. 17-25. 27. 45-50. 54-69. 71-74. 5. *Tum* 11. 77. *Cum* 14. 15. 16. 26. 70. 75. 76. 82. *tum orba* 11.—271 *Consinilat* 13. *Tunc simulat* 21. a m. sec. 27. 46-49. 58. Non male, si minorem listinctionem posueris in fine versus præced.—272 *jam ficta* 16. *flicta pælice*). in quo et sup. II. 57. *pælex* pro *pellex* legitur.—274 *atque spectantibus* 12. *semper spectantibus* 2. *ac semper spectantibus* 17. *ipsis spectantibus* 29. 45. *ipsisque spectantibus* 26. *atque ipsis spectantibus* 10. 15. 16. 19. 21. 23. 85. *atque illis spectantibus* 18. *atque suis spectantibus* 22. *ipsis exspectantibus* 3. 74. *atque ipsis exspectantibus* 27. 47. 54. 64. *atque iis exspectantibus* 24. *velut exspectantibus* 13. Sed *atque exspectantibus* 5. 14. 20. 25. et editt. tantum non omnes. Hæc lectio mutata videtur ab iis, qui metro metuebant, nec memores erant multorum in Juvenali hiatuum. v. sup. ad I. 151. Vix tamen dubito, quin poëta scripserit:

NOTÆ

267 *Ad palum gemat*] Dum se exercet in arte gladiatoria, anhelitu magno et fremitu, ut paulo ante dictum.

Asyli] Gladiatoris.

268 *Semper habet lites, &c.*] Cum conjuge ne quidem noctu quies est.

270 *Orba tigride*] Dum catulis ablatis frendet et sævit in raptorem quem insectatur. Vide Plin. VIII. 18. ubi ait, Tigrim Indicam, feram velocitatis tremendæ esse, quæ vacuum reperiens cubile, fertur præceps, odore vestigans. Raptor appropinquante fremitu, abjicit unum e catulis. Tollit illa morsu, et pondere etiam ocyor facta reportat, et mox redit, iterumque consequitur; donec regresso in navem raptore, irrita feritas sævit in littore.

271 *Cum simulat gemitus*] Cum viro fictum objicit adulterium plorans, ut celet suum.

272 *Odit pueros*] In odium mariti filios vexat; vel etiam servos, quasi marito in suis adulteriis operam navantes.

Ficta pellice] Fingens Æmulam sibi datam: ac pellicem a viro, a quo plus illa ametur.

274 *In statione*] Metaphora a re militari.

Expectantibus] Dum signum det illa ut fluant abundanter.

Quo jubeat manare modo: tu credis amorem,
Tu tibi tunc curruca places, fletumque labellis
Exsorbes; quæ scripta, et quot lecture tabellas,
Si tibi zelotypæ retegantur scrinia mœchæ!
Sed jacet in servi complexibus, aut equitis. Dic,
Dic aliquem, sodes, hic Quintiliane colorem:
Hæremus. Dic ipsa. Olim convenerat, inquit,
Ut faceres tu, quod velles; nec non ego possem
Indulgere mihi: clames licet, et mare cœlo
Confundas, homo sum. Nihil est audacius illis

fluere imperet. Tu existimas amorem. Tum tu tibi curruca arrides, ac labris lacrymas hauris; quæ vero *exarata, et quas epistolas lecture, si tibi aperiatur arcula zelotypæ adulteræ. At cubat in amplexibus famuli vel equitis: eloquere, Quintiliane, profer, si potes, profer excusationem quandam. Ambigimus. Ipsa eloquere. Pactum fuerat quondam, ait, ut ageres tu quod placeret, atque possem ego* aliquid *mihi concedere. Quantumlibet vociferere, ac mare cælo misceas, homo sum.*

---

atque exspectantibus, illa Quo jubeat manare modo; nisi totus potius versus, qui salvo sensu ejici potest, acumen interpolatoris redolet.—275 *manere* 13. 16. 17. a m. pr.—276 *Tu tibi tum* 2. 22. *Tu tibi tu* 21. *Tu tibi nunc* 16. *Tunc tibi tu* 3. *tunc* abest ab 15. 19. *labelli* 26. De *curruca* v. Excurs. ad h. l.—277 *et quot* pro *et quas* revocavi ex 7. 10. 11. 13. 15. 17-20. 22-25. 29. 45. 47-50. 54-60. 64. 65. 75. 76. 85. *quod* 16. *quot lecture tabellis* 47. *quas visure tabellas* 77.—279-286 ejecti e 13. *Sexii* pro *servi* 22. *atque equitis* 45.—280 *dic* pro *hic* 12. 15-25. 27. 45-50. 56-69. 71-74. 85. Sed idem verbum jam bis positum est, et mox denuo repetitur.—282 *quod tu velles* 16. 85. *possum* 85.—285 *Deprehensis* 15. 18.

NOTÆ

276 *Tu tibi tunc curruca places*] Gaudes, et tibi gratularis quod ameris ab uxore tua ad zelotypiam usque.

Curruca] Similis isti aviculæ, quæ pullos alienos fovet, nimirum cuculi, qui in currucæ nido sæpe ova parit, teste Aristotele, l. VI. de Animal. Sic enimvero tu adulterinos educas liberos, quos tibi parit uxor tua quasi tuos. Vide Plin. X. 9.

Fletumque labellis exsorbes] Plorantem deosculando.

277 *Quæ scripta, &c.*] Verum quas et quot amatorias invenires litteras a mœchis scriptas, si tuæ scrinium uxoris scrutere, quæ se zelotypam fingit ut suspicionem omnem suorum flagitiorum amoveat.

279 *Sed jacet in servi complexibus*] At si forte deprehensa fuerit in delicto; an quæ poterit excusatio prætendi suis sceleribus? Quin imo etsi hæreat ipse Quintilianus in tali causa, ipsa non hærebit, sed strenue se defendet.

280 *Quintiliane*] Rhetor disertissime, et præceptionum oratoriarum magister.

Olim convenerat] Verba uxoris adulterium excusantis apud maritum.

283 *Indulgere mihi*] Licentiam aliquam arripere, nec ita me fide conjugali astringere.

Mare cælo confundas] Sat. II. 25.

284 *Homo sum*] Sexus me fragilem et errori proximam facit: humana infirmitate lapsa sum.

Deprensis: iram atque animos a crimine sumunt.
Unde hæc monstra tamen, vel quo de fonte requiris?
Præstabat castas humilis fortuna Latinas
Quondam, nec vitiis contingi parva sinebant
Tecta labor, somnique breves, et vellere Tusco
Vexatæ duræque manus, ac proximus Urbi
Hannibal, et stantes Collina turre mariti.
Nunc patimur longæ pacis mala. Sævior armis
Luxuria incubuit, victumque ulciscitur orbem.
Nullum crimen abest, facinusque libidinis, ex quo
Paupertas Romana perît: hinc fluxit ad istos

Nihil est ferocius his interceptis: iracundiam et audaciam trahunt a scelere. Attamen quæris unde aut e qua origine prodeant *ea portenta? Sors abjecta pudicas olim faciebat Latinas, atque exiguas domos sceleribus infici non permittebat labor, et modicus sopor, et manus Etrusca lana fatigatæ ac induratæ, et Annibal civitati imminens, et viri in statione ad turrem Collinam. Jam toleramus incommoda otii diuturni. Premit libido bello crudelior, et mundum subactum vindicat. Nullum non grassatur scelus et luxuriæ flagitium ab* eo tempore *quo desiit inopia Romana.*

17. 47. 49. 56. 63. *animum de crimine sumunt* 85. *ducunt* 19.—286 *aut quo* 17. *de quo fonte* 15. 19. 25. 27. 46-50. 55. 57-60. 64.—288 *conjungi* 7. 29. *sinebat* 11. 15-23. 25. 27. 45-50. 55. 57-63. 65-69. 71. 72. 73.—290 *Vexatæque manus duræ* 21. *et proximus* 77. 85.—291 *in turre* 11. 25. 50. 56. 57. 59-63. 65-69. 71. 74. 85.—292 *longe* 46. 47.—293 *ulciscimur* 29.—295 *fluxit ad Istros* 19. 20. 25. 49. 56. 57. 59-62. 65. 66. *Histros* 10. 12. 15-18. 26. 45-48. 50. 54. 55. 58. 64. 67-69. 71-74. 85. *Hystros* 13. 21. 24. 27. *Histos* 22. *Instros* 23. *Indos* 9. 75. 76. non improb. Pithœo, si mox suadente Jac. August. Thuano repo-

NOTÆ

285 *Iram atque animos a crimine sumunt*] Non verecundia, sed audacia sese tuentur, cum se vident in scelere deprehensas. Quod sane perditæ est improbitatis.

286 *Unde hæc monstra*] Unde monstrosa hæc luxuria? Nimirum ex opulentia et otio.

287 *Humilis fortuna*] Opes exiguæ.

289 *Vellere Tusco*] Lanificio quod exercebatur in vico Romano, qui Tuscus dicebatur, vel quod e Tuscia petitum fuerat.

291 *Hannibal*] Vide supra vs. 169.

Stantes Collina] Excubias agentes in Porta *Collina*, vel etiam in castris ad eam portam positis, cum infesto exercitu urbem appeteret Annibal. Tit. Liv. l. XXVI.

Collina turre] Ad portam *Collinam* turribus munitam. Hanc ita dictam Varro scribit a varietate collium quos habet Quirinalis portæ huic proximus.

292 *Longæ pacis mala*] Per otium enim virtus elanguescit, gliscit luxuria.

293 *Victumque ulciscitur orbem*] Nos orbis victores domat, expugnat, perdit, quasi ut illata a nobis orbi victo mala ulciscatur.

295 *Ad istos*] Aliqui legunt, *Istros*, qui populi sunt in littore Illyrico: sed minus ad rem.

Et Sybaris colles, hinc et Rhodos, et Miletos,
Atque coronatum et petulans madidumque Tarentum.

Inde manavit hos in montes et Sybaris, inde et Rhodus, et Miletus, et Tarentum

natur *Rhodon et Mileton*, ut sensus sit, paupertatem Roma excedentem fluxisse ad illas civitates, quæ ante deliciis et voluptatibus insignes fuerint. Sed istos idem Pithœus, et jam ante eum Hieron. Nogarola ap. Parrhas. in Quæst. per Epist. 28. et Balbus ad Valer. Fl. III. 555. recte, opinor, conjecerunt, idque receptum in 70. et 82. Librarii sæpe quidem nomina propria in appellativa, sed et passim hæc in illa corruperunt, iis potissimum locis, ubi plura nomina propr. recensentur, ut h. l. Conf. Schrader. Emendatt. p. 8. Drakenb. ad Sil. IX. 117. et Brœkhus. ad Prop. III. 2. 45. 3. 5. 37. 7. 44.—296. 297 ejecti e 13. *hic Rhodos* 60. 65. *hinc Rhodos* 15. 24. 27. 64. *hinc ad Rhodos* 45. 46. 49. 54. *ad Rodos* 21. a m. sec. 22. 85. *ad Rados* 23. *atque Miletos* 47. 54. 58. 64. 73. Sed prima syll. voc. *Miletos* longa est.—297 *et* abest ab 25. 27.

NOTÆ

296 *Et Sybaris colles, &c.*] Luxus, libido, vitia istarum urbium deliciis perditarum: nam eo nomine male audiebant *Sybaris* urbs Calabriæ, Rhodus civitas et Insula in mari Carpathio, Miletus in finibus Ioniæ et Cariæ, apud Asiam minorem; Tarentum in extrema Italia ad sinum ejusdem nominis.

Colles] Romam, quæ septem collibus inædificata.

Rhodos] Hæc multo tempore mari dominata est, Piratas profligavit, Romanis amica fuit, &c. quæ habet Strabo l. XIV. pulcherrima, et libera, circuitu centum triginta millium passuum; aut, si Isidoro credimus, 103. habitata urbibus, inquit Plin. v. 31. Claram Rhodon vocat Horat. Od. I. 7. Mirabilem æque et beatam exhibet Pindar. Olymp. Ode 7. ubi e profundo maris enatam canit, et multum in ea pluisse aurum. Casaub. in c. 2. l. XIII. Athenæi, ‘Solem,’ inquit, ‘apud se natum credebant Rhodii, hinc præcipua colebant religione, eique celebrabant Halia, id est, Festum Solis: nam Ἅλιος pro Ἥλιος Dores dicunt: errant vero qui ab ἅλς deducunt, putantque monumentum esse veteris θαλαττοκρατίας.’ Hæc Casaub. Colossum septuaginta cubitis altum, inter orbis miracula ostentavit Rhodus, donec terræ motu prostratum aliquamdiu postea mercatori vendidit Saracenorum Rex, circa annum Christi sexcentesimum quinquagesimum tertium: ab eo Rhodios Colossenses vocatos affirmant Suidas et alii; et ad hos propriam ab Apostolo scriptam Epistolam contendunt nonnulli; sed plures refragantur. Insula hæc paruit subinde Imperatoribus Constantinopolitanis, dein Saracenis, quibus ademtam Equites Sancti Joannis Hierosolymitani tenuerunt ad annum millesimum quingentesimum vigesimum secundum: quo tempore Solimannus Turca expugnavit, concedentibus in Melitam Insulam Equitibus. Gellius VII. 3. ‘Civitas Rhodiensis,’ inquit, ‘et Insulæ opportunitate, et operum nobilitate, et navigandi solertia, navalibusque victoriis celebrata est.—Superbiæ crimen incurrit,’ &c. Vide Sat. VIII. 113. et Ibid. Annot. ad vocem *Rhodios*.

297 *Coronatum et petulans, madidum*] Tarentini solebant floribus coronati unguentisque perfusi compotare, ebrii vero, ut fit, petulantes erant.

Prima peregrinos obscœna Pecunia mores
Intulit, et turpi fregerunt sæcula luxu
Divitiæ molles. Quid enim Venus ebria curat?
Inguinis, et capitis quæ sint discrimina, nescit;
Grandia quæ mediis jam noctibus ostrea mordet,
Cum perfusa mero spumant unguenta Falerno,
Cum bibitur concha, cum jam vertigine tectum
Ambulat, et geminis exsurgit mensa lucernis.
I nunc, et dubita, qua sorbeat aëra sanna,
Tullia quid dicat notæ collactea Mauræ,

edimitum, ac procax atque humidum. Impura pecunia primum invexit externas onsuetudines, atque opes effœminatæ corruperunt ævum fœda luxuria. Ecquid etenim reveretur temulenta Venus? Quæ sit inguinis atque capitis differentia, ignorat lla quæ comedit ingentes ostreas, nocte jam media, quando spumant unguenta Falerno puro immixta, quando potatur in *concha, quando jam præ vertigine culmen novetur, et binæ lampades in mensa apparent. Jam vade, et ambige qua sanna haurist aërem Tullia; quid loquatur consuetæ Mauræ Collatia, quando Maura præ-*

16 50. 54-61. 64. 65. 85.—301 *sunt* 16. 21. 22. 85.—302-340 extrusi e 13. *Grandiaque a mediis* 16. *sorbet* pro *mordet* 11. 16.—303 *percussa* 16. 85. *spument* 75. 76.—304 Versus ab alia manu scriptus in 10.—305 *surgit* 16. *exsurget* 17. 15. *exurgit gemma* 85.—306 *qui* 19. *sorbent* 75. 76. *aëre* 27.—307 Versus hic ante vs. 308 legitur in 22. et plane abest ab 8. (in quo recentior manus eum ascripsit) et aliis codd. teste Pulmanno. Eo quoque extruso haud quicquam 1. l. desideratur, nec nomen *Mauræ* bis occurrit. Hanc tamen ipsam ob rationem, non satis idoneam, deleri potuit, nec ullum vidi librum, in quo non legeretur. *nocte* 19. 23. *conlactea* s. *collactea* 2-5. 8. 10. 11. 14-16. 18. 20-25. 27. 28. 45-50. 54-60. 64. 65. 68-70. 74. 85. unde recepi, prob. etiam Hennin.

NOTÆ.

298 *Obscœna pecunia*] Cujus habendæ gratia nihil non obscœnum admittitur.

Mores] Vitia, flagitia.

300 *Venus ebria*] Libido etiam vino excitata adjutaque.

301 *Inguinis, et capitis*] Versum hunc pudoris causa non excutimus.

302 *Mediis jam noctibus*] Protracto ad mediam noctem convivio.

Ostrea] Ad libidinem provocantia. Vide quæ ad Sat. IV. 142.

303 *Spumant*] Effervescunt.

Perfusa mero spumant unguenta Falerno] Vina exquisita unguentis mixta, ut odorata fiant, luxuriosis hominibus usitata. Martial. Epig. XIV. 110. Plin. XIII. 3. Brod. Miscell. IV. 4.

Falerno] Vide quæ ad Sat. IV. 138.

304 *Concha*] Ingenti vase et capaci.

Vertigine] Vini vaporibus nimia copia cerebrum petentibus ac turbantibus.

305 *Ambulat*] Domus tectum moveri, circumagi, circumvolvi videtur.

Geminis exsurgit mensa lucernis] Quæ observantur oculis apparent duplicia, cum debilitatis ac distentis oculorum nervis per nimium potum, visuales, ut aiunt, radii distrahuntur.

306 *I nunc, &c.*] Octo sequentes versus explanare vetat pudor.

Maura Pudicitiæ veterem cum præterit aram.
Noctibus hic ponunt lecticas, micturiunt hic,
Effigiemque Deæ longis siphonibus implent,
Inque vices equitant, ac luna teste moventur.
Inde domos abeunt: tu calcas luce reversa
Conjugis urinam magnos visurus amicos.
Nota Bonæ secreta Deæ, cum tibia lumbos
Incitat, et cornu pariter vinoque feruntur
Attonitæ, crinemque rotant, ululantque Priapi
Mænades. O quantus tunc illis mentibus ardor
Concubitus! quæ vox saltante libidine! quantus
Ille meri veteris per crura madentia torrens!
Lenonum ancillas posita Saufeia corona

*tergreditur antiquam altare Castitatis. Istic noctu lecticas deponunt:** Cognita sunt arcana Bonæ Deæ, quando tibia excitat lumbos, ac Priapi Mænades agitantur stupefactæ cornu æque ac vino, et capillos succutiunt, ac vociferantur. O quam magnus tum illarum animis fervor** Inter matronas* illas *vis adæquat victoriam*

collactia 17. *collatea* 19. *collaccea* 63. *collaccia* 66. 67. *Collacia* 26. 61. 62. 65. 71. 72. 73. 75. 76. 77. 82. Tum post *Tullia*, non post *sanna* comma ponendum.—308 *veterum* 16. *jam* pro *cum* 16. 85.—310 *simphonibus* 19. 21-24. 45. 85. *symphonibus* 15. 27. 46-48. 61. 65. *syphonibus* 49. 50. 55. 64.—312 *domus adeunt* 55.—314 *Nota Deæ s. Bonæ* 23.—315 *cornu periunt* (forte *feriunt*) *vinoque fruuntur* 23.—316 *ululantque Priapi Mænades* 1. 70. 75. 76. 81. 82. *ululante Priapo* 10. 11. 12. 14-27. 45-50. 54-69. 71-74. 85. quod Britann. exponit: sacerdote Priapi edente sonos et ululatus musicis instrumentis, ne scil. quiritantis vox, per vim stuprum patientis, exaudiretur. *ululantque Priapo* 44. 83. 84. ut conj. Bahrdt, a quo tamen hæc lectio eodem sensu capta, quo recepta a nobis. Ita vero malim *ululantque Priapum*, ut *quem ululat Gallus* ap. Martial. v. 42, 3. et *ululare tristia* ap. Lucan. I. 567. unde *ululata Hecate* et *Lucina* dicitur Virg. Æn. IV. 609. et Stat. Theb. III. 158.—320 *Saufeia* 1. 61. 70. 75. 76. 77. Romæ fuit *Saufeia* gens, notique *Saufeii* e Plin. VII. 53. et Cicer. Rabir. Perd. 7. et Epist. ad Att. I. 3. II. 8. IV. 6. XIV. 18. XV. 4. XVI. 3. *Laufeia* 50. 64. *Laufera* 17. a m. pr. 20. 22. *Laufeia* 14-17. a m. sec. 18. 21. 27. 46. 47. 48. 58. 85. *Laufella* 10. 11. 19. 23. 24. 26. 45. 49. 54-57. 59. 60. 62. 63. 65-69. 71-74.

NOTÆ

314 *Nota bonæ secreta Deæ*] Nota sunt omnibus flagitia in Sacris illis nefandis exerceri solita. De his jam Sat. II. 86. &c.

Cum tibia lumbos incitat] Pers. Sat. I. 20. 'Cum carmina lumbum intrant,' &c.

315 *Cornu pariter, &c.*] Vide Satir. II. 90. et seq.

316 *Priapi Mænades*] Id est, furiosæ Priapi Sacrificulæ, Bacchantium similes: impuræ illæ mulieres. De Priapo, Sat. II. 95. De *Mænadibus*, Pers. Sat. I. 101. 105.

317 *O Quantus tunc, &c.*] Et hic Versus aliquot prætermittimus pudoris causa.

:ovocat, et tollit pendentis præmia coxæ.
›sa Medullinæ fluctum crissantis adorat.
almam inter dominas virtus natalibus æquat.
il ibi per ludum similabitur: omnia fient
d verum, quibus incendi jam frigidus ævo
aomedontiades, et Nestoris hernia possit.
unc prurigo moræ impatiens, tunc fœmina simplex,
t toto pariter repetitus clamor ab antro:
am fas est; admitte viros. Jam dormit adulter,
lla jubet sumto juvenem properare cucullo.
i nihil est, servis incurritur. Abstuleris spem

:neris nobilitati. *Illic nihil fingetur per jocum: cuncta perpetrantur ad verum, uibus excitari queat filius Laomedontis* Priamus *ætate jam* licet *frigescens, atque rniosus Nestor.*** *Tum ex universo æqualiter specu vox iteratur. Nunc licet: asculos introduc: an nunc mœchus dormitat? Hæc adolescentem induto cucullo stinare imperat. Si nullus est; ad servulos recurritur. Si adimas spem famulo-*

7. Eadem lectionis varietas est inf. IX. 117. et ap. Martial. III. 72.—321 *et ollit* revocavi ex 10. 11. 14-25. 27 45-50. 54-69. 71-74. *attollit* 70. 75. 76. 77. 2.—322 *Ipse* 27. 46-49. 57. *Medulinæ* 23. *fluctum* 1. 75. 82. *frictum* 18. 19. m. sec. 20. 21. a m. sec. 23. 24. 25. 27. 46-50. 54-74. 76. 77. 5. forte rectius. Britann. '*adorat frictum*, quia genibus ad frictum incurvanr.' Farnabius: '*γνὺξ ἐπικλινομένη τρίβει λειχεῖ τε.*' Inde tribades dictæ rictrices. *fructum* 17. 21. a m. pr. 22. 45. *factum* 19. a m. pr. *crisantis* 1. 17. 1. 22. 23. 46. 47. 48. 64.—323 *densas* pro *dominas* 22. *virus* (h. e. succus genialis, ut ap. Virg. Ge. III. 281. *lentum destillat ab inguine virus*) pro *virtus* conj. Schrader et Bahrdt, qui ita h. l. exponit: lascivi succi abundantia ei majus videtur bonum, quam nobilitas. Nobis tamen neque conjecturam, neque nterpretationem hanc persuasit.—324 *tibi* pro *ibi* 10. 16. 20. 23. 24. 54. 63. 8. 71. 72. 73. pro *simulabitur*, v. sup. ad II. 3. *fiunt* 19.—325 *Ad versum* 22. *Ad forum* 16.—326 *Laumedontiades* 19. 23. 45. 46. 47. 50. 64. *Laumeduntiades* 11. 18. *Laomeduncíades* 22. *vel Nestoris* 77. *hirnea* 9. quod vasis potorii genus est. Cf. Intpp. Virg. Catal. IV. 8. ubi eadem deprehenditur lectionis varietas. *poscit* 19. a m. pr.—327 *Tum prurigo* 15. 46. 47. 49. 50. *tum femina* 27. 60-63. 65. 68. 71. 72. 73.—328 *It* 48. 55. 57. *pariter toto* 10. 11. 18. 20. 22. 23. 25. 26. 59-63. 65. 66-69. 71. 72. 73. 77. *clamor repetitus* 10. 19. 23. 26. 85. *repetitur* 45. 56. 57. 60. 65. 67. 68. 71. 74. *reperitur* 73. *reparatur* 69. 72.—329 *dormitat* pro *jam dormit* 10. 11. 14-27. 45-50. 54-69. 71-74. 85. prob. Schurzfl. *si jam dormit* 9. a m. pr. *si dormit* 9. a m. sec. Non male! Sed vulgata forte lectio exquisitior est, et illud *si* ortum e glossa ad supplendum: (unde comma pro puncto posui post *adulter*) nisi potius hæc verba sunt æditnæ respondentis, vel etiam earundem fœminarum, cum interrog. legenda. *st! dormit adulter?* emend. Voss. ad Catull. p. m. 139. ut *st!* sit silentii nota. Cf. ad I. 101. —330 *juvenem sumto* 16. 85. *cuculo* 27.—331 *servas* 22. *abstulerit* 85.—332

NOTÆ

326 *Laomedontiades*] Priamus Laomedontis filius, jam senior.

Nestoris hernia] Nestor Græcus Princeps, ætate jam tertia confectus, et hernia laborans. Ovid. Metamorphos. 12.

Servorum, veniet conductus aquarius. Hic si
Quæritur, et desunt homines; mora nulla per ipsam,
Quo minus imposito clunem submittat asello.
Atque utinam ritus veteres, et publica saltem
His intacta malis agerentur sacra: sed omnes
Noverunt Mauri, atque Indi, quæ psaltria penem
Majorem, quam sunt duo Cæsaris Anticatones,
Illuc, testiculi sibi conscius unde fugit mus,
Intulerit, ubi velari pictura jubetur,
Quæcumque alterius sexus imitata figuram est.
Et quis tunc hominum contemtor numinis? aut quis
Simpuvium ridere Numæ, nigrumque catinum,

*rum, properat etiam mercenarius aquarius. Si ille desideratur, atque absunt viri, nihil moratur ista,** Utinam vero antiquæ cæremoniæ et publica saltem Sacra peragerentur istis criminibus impolluta: at universi Mauri Indique non ignorant quænam psaltria** quam sint gemini Cæsaris Anticatones.** Ubi tegi mandatur pictura quævis alterius sexus effigiem exprimens. Tum vero quis hominum Deos negligere, vel quis deridere attentasset Numæ sympuvium, atque atram patinam, ac*

veniet recepi ex 7. 10. 14-16. 21-25. 27. 45-50. 54-75. 77. 85. *venit et* 76. 82. *veniat* 11. rectissime, judice Schurzfleisch.—333 *et si desint* 16. *et si absunt* 19. *illam* 16. 85.—334 *supponat* 15. ex interpret.—337 *Noverint* 14. *saltria* 15. 16. 21. 22.—338 *sint* 15. 27. 45. 46. 47. 49. 50. 56. 60-65. 68-74. 77.—339 *Illic* 27. 45-49. 58. 60.—340 in 7. post vs. 337. legitur, et una cum vs. seq. abest a 16. *versari* 19.—341 *est* non extat in 25.—342 *Sed quis* 24. *Ecquis* 25. 57. 60. *nunc* 45. *et quis* 77.—343 *Simpuvium.* v. Excurs. ad h. l. *Numen* 7. *nigrumve* 2. 3. 10. 11. 14-17. 20-24. 45. 85. Parum interest. *priscumque* legebat

NOTÆ

337 *Quæ psaltria*] Loquitur de Clodio, qui habitu Psaltriæ, Bonæ Deæ templum ingressus contra fas, adulterium sacrilegio addidit. Vetus Schol. Plutarch. in Cæsare.

338 *Duo Cæsaris Anticatones*] Libellos duos intelligit a Cæsare conscriptos adversus Catonem Uticensem, quem Cicero laudaverat suo illo de Senectute Dialogo. Vetus Schol. *Anticatonum* meminit Sueton. Cæsar. c. 56. Plutarch. in Cæsare: ipseque Cic. ad Attic. Epist. XII. 39. et XIII. 48. Item Top. 94.

343 *Simpuvium*] Legunt alii *Simpulum*, vel *Simpullum*; quidam *Sympinium*, quasi a συμπίνειν. Constat vas fuisse potorium cyatho simile, et parvum; sive ligneum, seu fictile. Hujus erat usus in Sacris ad fundendum guttatim vinum. Unde Plinius XXXV. 12. *In fictilibus*, inquit, *prolibatur simpuviis:* ubi alii legunt *simpullis*. Ejusmodi vasorum meminit et Cicero l. III. de Legibus n. 36. et Apuleius Apolog. 'Paupertas Imperium Populo Romano fundavit a primordio, proque eo in hodiernum diem Diis immortalibus simpuvio et catino fictili sacrificat.' Vide Alex. ab Alex. IV. 17. et Turneb. XXII. 30.

Numæ] Qui sacra et cæremonias, omnemque Deorum cultum coluit, &c. Flor. I. 2.

Nigrum catinum] Fictile vas e terra nigra.

Et Vaticano fragiles de monte patellas
Ausus erat? Sed nunc ad quas non Clodius aras?
Audio, quid veteres olim moneatis amici:
Pone seram; cohibe. Sed quis custodiet ipsos
Custodes? Cauta est, et ab illis incipit uxor.
Jamque eadem summis pariter minimisque libido:
Nec melior, silicem pedibus quæ conterit atrum,
Quam quæ longorum vehitur cervice Syrorum.
Ut spectet ludos, conducit Ogulnia vestem,

lances rumpi faciles e colle Vaticano? Jam vero ad quæ non altaria Clodius penetrat? *Ausculto quod consilium datis, ò prisci quondam familiares. Adhibe seram; coërce. Verum quis observabit ipsos observatores? Conjux callida est, atque ab istis auspicatur. Et nunc par est luxuria magnis æque ac infimis: neque probior* est *quæ saxum nigrum calcat plantis, quam quæ portatur collo Syrorum procerorum. Ut spectet ludos Ogulnia mutuatur vestimenta, mutuatur pedis-*

Hadr. Junius Animadv. II. 1.—344 *Aut* 16. 85.—345 *Claudius* 10. 14-17. 19-24. 27. 45-48. 85. Vetus Schol. hæc notavit: '*Clodius* pro *Claudius:* licet nam per communionem, ut *Clodius* et *Claudius*, ut *cotes* et *cautes*, ut *origa* et *auriga*.' Hinc Rutgers. Var. Lect. II. 17. colligit, eum *Claudius*, et Valla, eum *lodius* vel *ludius* legisse. Sed monet tantum, veteres etiam *Clodium* dixisse pro *Claudio*, quod vel tironibus notum. Cf. sup. ad II. 36.—347 *nuptæ* pro *cohibe* 13. *custodiat* 45. 60. 85. Forte rectius.—348 *accipit* 21. a m. pr.—349 *Namque* 17. a m. pr. *libido est* 77.—350 *pedibus silicem* 25. 27. 46-50. 54-69. 71-74. *verterit* 13. a m. sec. *vertitur* 13. a m. pr.—351 *Quamquam* 46. 47. *cervice virorum* 13.—352-356 ejecti e 13. *spectat* 45. *cum ducit* 45. *Oculnia* 10. 14. 15. 17-21. 24. 25. 49. 54-59. 65. 85. *Oculnea* 11. 16. *Oculina* 23. 27. 45-48. 50. 60. 64. *Ocullina* 22. Nota est gens *Ogulnia* e Livio et

NOTÆ

344 *Vaticano*] Unus hic erat e collibus Romanis, ita dictus a vaticiniis ibi dari solitis, ut ait Gell. XVI. 17. seu quod eo potiti Romani fuerint ex Vatum responso, pulsis Hetruscis; ut vult Festus. In ea urbis regione fiebant fictilia. Hinc Martial. 'In Vaticanis condita musta cadis.'

345 *Ad quas non Clodius aras*] Quæ Sacra non polluuntur a flagitiosis Clodii similibus?

347 *Pone seram, cohibe*] Uxorem domi claude, et contine, adhibitis etiam custodibus.

348 *Ab illis incipit*] Primos omnium uxor corrumpit et sibi conciliat quos sibi custodes norit adhibitos.

350 *Silicem pedibus quæ conterit atrum*] Ignobilis et paupercula nudis pedibus incedens per vias cœnosas silice stratas.

351 *Quæ longorum vehitur cervice Syrorum*] Fœmina primariæ nobilitatis ac dives, quæ lectica et sella vehi solet.

Syrorum] Servorum e Syria. Vide Sat. I. vs. 64. et quæ nos ibidem, et ad sequentem versum.

352 *Ludos*] Aut Circenses, aut Theatrales.

Ogulnia] Ambitiosa matrona, sed inops, et tamen libidinosa, atque in libidines prodiga.

353 *Sellam*] Vide Sat. I. vs. 65.

Conducit comites, sellam, cervical, amicas,
Nutricem, et flavam, cui det mandata, puellam.
Hæc tamen argenti superest quodcumque paterni
Levibus athletis, ac vasa novissima donat.
Multis res angusta domi: sed nulla pudorem
Paupertatis habet, nec se metitur ad illum,
Quem dedit hæc, posuitque modum. Tamen utile quid sit
Prospiciunt aliquando viri: frigusque famemque
Formica tandem quidam expavere magistra.
Prodiga non sentit pereuntem fœmina censum:
At, velut exhausta recidivus pullulet arca
Nummus, et e pleno semper tollatur acervo,

sequas, cathedram, pulvinum, familiares, altricem, et juvenculam flavis capillis, *cui jussa committat. Nihilominus dat illa certatoribus glabris quicquid restat argenti* e *patrimonio, atque ultima supellectilia. Plurimis* quidem *facultates arctæ sunt* in *ædibus: at nulla verecundiam inopiæ tenet, neque se definit ad eum terminum, quem illa præscripsit ac statuit. Attamen viri provident interdum quid sit fructuosum; ac nonnulli, docente formica, timuerunt aliquando gelu et esuriem. Mulier* autem *profusa non advertit evanescentem pecuniam. Sed quasi nummus evacuata cistula renascens multiplicetur, atque auferatur e cumulo semper integro, non considerat*

alliis.—353 *sellas* 77.—354 abest ab 26. *faveam* pro *flavam* conj. Scalig. ad Prop., Vulcan. et Wouwer. ad Petron. *Favea* s. *fabea* et *abra* in Gloss. vett. dicitur puella, quæ dominæ in deliciis erat. Sed non assequor, cur vulgata lectio displiceat, et poëtæ obtrudenda sit vox insolita ac forte recentioris originis. *dat* 85.—356 *Levibus* scripsi pro *Lævibus:* v. ad III. 111. *et vasa* 10. 14. 17-24. 45. 77. 85.—357 *domi est* pro *domi* 13. 14. 18. 19. a m. sec. 22. 25. 46. 48. 49. 56. 57. 59-63. 65. 66-69. 71-74. 77.—359 *Quæ* 45. 46. 49.—360 *Aspiciunt* 13.—361 *quidem* 12. 47. 90. *Formica quidam tamen* 24.—362 *sensum* 22. 60.—363 *Et* 85. *Ac* 11. 13. 21-25. 45. 47. 49. 50. 56-60. 64-68. 72. Neutrum male, si vs. 365. *reputat* legatur. *recidivus* pro vulg. *redivivus* restitui ex 15. 27. 46. 47. 48. 50. 64. tanquam difficiliorem exquisitioremque lectionem, quæ ab indoctis librariis passim corrupta est. Festus *redivivum* exponit: ex vetusto renovatum, v. c. ædificium s. lapis. Cnf. Ernesti clav. Cic. Sed ista notio ab h. l. aliena; neque etiam *παλίμβιος* est *nummus*, sed *παλιμβλαστὴς* seu *παλίμβλαστος*, h. e. *πάλιν βλαστάνων*, iterum quasi *pullulans*. *archa* 13. 21. 22.—364 *Numinis et pleno* 65. *et e magno* 77. *semper tollatur* pro *tollatur semper* recepi ex 10. 11. 14-25. 27. 45. 47. 49. 50. 54-69. 71-74. 85. *semper tollantur*

NOTÆ

354 *Flavam cui det mandata puellam*] Velut sibi fidam, et consiliorum arcanorumque participem, qualem habere solent Magnates.

356 *Levibus*] Imberbibus, comtis, formosis.

Vasa novissima donat] Nihil plane sibi reservans, adeo excæcavit eam impurus amor.

361 *Formica*] Horat. Sat. I. 'Exemplo est magni formica laboris,' &c.

Non unquam reputant, quanti sibi gaudia constent.
Sunt, quas eunuchi imbelles, ac mollia semper
Oscula delectent, et desperatio barbæ,
Et quod abortivo non est opus. Illa voluptas
Summa tamen, quod jam calida matura juventa
Inguina traduntur medicis, jam pectine nigro.
Ergo spectatos, ac jussos crescere primum,
Testiculos, postquam cœperunt esse bilibres,
Tonsoris damno tantum rapit Heliodorus.
Conspicuus longe cunctisque notabilis intrat
Balnea, nec dubie custodem vitis et horti
Provocat, a domina factus spado. Dormiat ille
Cum domina: sed tu jam durum, Postume, jamque

unquam quanto sibi pretio *stent oblectamenta. Extant quæ gaudeant spadonibus impotentibus, et lævibus perpetuo basiis, ac barba non sperata: tum quia necessarium non est abortivum. Attamen ea gaudia maxima* sunt, *cum fervente jam et adulta juventute*, jamque *nigrescente pube committuntur medicis* * * *tonsoris detrimento duntaxat abradit Heliodorus. Præclarus inprimis atque omnibus spectabilis ingreditur balnea: et dubio procul eunuchus a matrona comparatus lacessit vinearum atque hortulorum præsidem. Is cum matrona cubabit. At tu, Posthume, ne velis*

46. 48.—365 *Nonnumquam* 1. 50. 61. 62. 68. *Non repetunt umquam* 26. *Non reputant umquam* 10. *reputat* 60. 65. *repetent* 18. *repetunt* 1. 7. 12. 14. 16. 17. 20-23. 26. 29. 85. *sua* pro *sibi* 18. 17. 19-22. 25. 45. 57. 59. 60. 65. 85. *jam* pro *sibi* 27. 46. 47. 48. 50. 58. 64. *constant* 85. Vetus est scholion: Hic versus in quibusdam non est. Eum quoque transfigendum obelo, et vs. 363. *Dat* pro *At* scribendum, vel potius versum 362. ponendum esse post vs. 364. suspicabatur Schurzfl.—366-401 ejecti e 13. *et mollia* 77. 85.—367 *delectant* 10. 11. 12. 16. 85.—368 *voluntas* 11.—369 *quando* pro *quod jam* conj. Schrader. *calida quod jam* 10. *et matura* 50. 56. 59-63. 65. 68. 69. 71-74. 77.—370 *tradantur* 14. *tradentur* 15. *pectine magno* 85.—371 *exspectatos* 11. 14-25. 27. 45-47. 49. 50. 54-58. 61-69. 71. 72. 73. 76. 77. 85. Male, et solenni varietate: v. Intpp. Virg. Æn. vi. 687. *et jussos* 60. 65. 77.—373 *tantum damno* 10. 11. 14-24. 45. 85. *Eliodorus* 22. 23. 24. 45. 85.—376 *dormiet* 19. 21. *dormitat* 18. 85.—377 *durum jam* 21. *Postume*, non *Posthume*, 17-22. 85. quos secutus sum. Cf. sup.

NOTÆ

365 *Gaudia*] Voluptates, libidines, propter quas effundunt ac prodigunt omnia.

366 *Sunt quas eunuchi, &c.*] Multa hic et in sequentibus obscuriuscula relinquere non pigebit, verecundiæ interim litantes.

368 *Abortivo*] Pharmaco abortum faciente.

373 *Tonsoris damno*] Barba deficiente.

Heliodorus] Chirurgus, seu Medicus, ut mox nominavit; castrator.

375 *Custodem vitis et horti*] Priapum. De quo ante, et Sat. ii. vs. 95.

Tondendum eunucho Bromium committere noli.
Si gaudet cantu; nullius fibula durat
Vocem vendentis prætoribus: organa semper
In manibus: densi radiant testudine tota
Sardonyches: crispo numerantur pectine chordæ,
Quo tener Hedymeles operas dedit: hunc tenet, hoc se
Solatur, gratoque indulget basia plectro.
Quædam de numero Lamiarum, ac nominis alti,

spadoni ejusmodi *Bromium tradere jam firmum, et jam tondendum. Si delectatur cantu, neminis fibula stat locantis vocem Prætoribus: nunquamnon instrumenta in manibus* tenet, per *universam citharam spissi rutilant sardonyches: fides pulsantur plectro crispato, quo laborem impendit mollis Hedymeles: illud contrectat, eo sese recreat, ac jucundo pectini oscula impertitur. Nonnullæ e numero Lamiarum, et*

ad vs. 21.—378 *Tondendum* revocavi ex 14-24. 56. 60. 62. 64. 65. 68. 69. 70. 72. 77. *Tundendum* in plerisque editt. etiam Hennin. *eunuchum* 16. *Bornium* 22. *Promium* 85.—379 *dura est* 25. 57. 59. 60. 65. quo sensum non mutari putabat Ascens. *nullius fabula durat* emend. Plathner. ut sensus sit: nullius mimi, in theatro cantantis vel personam suam saltantis et canendo exprimentis, fabulam longam videri illis, qui cantu gaudeant mulierculis.—382 *Sardoniches* 56. 57. 74. *Sardonyces* 63. 71. 72. 73. *Sardonices* 10. 17-24. 27. 45-47. 49. 50. 58. 60. 61. 62. 64-67. 85. *crispæ* 56. et ita corrig. Plathner. ut indicetur tremor chordarum, dum gradatim pectine pulsentur, et veluti numerentur. *pectore* 10. *cordæ* 21. 22. 45.—383 *Hidymeles* 18. 61. 62. *Hydimiles* 17. 85. *Hidimeles* 20. 45. 46. 48. *Hydimeles* 10. 24. 57. 66. *Hydymeles* 25. 60. *Idimeles* 19. 23. 26. *Hidimenes* 21. 22. *operam* 24. 25. 27. 46-50. 55. 57-69. 71. 72. 73. 77.—385 *et nominis* 77. 85. *nominis acti* 22. a m. pr. *nominis Appl* 1.

NOTÆ

378 *Bromium*] Juvenem Baccho similem, comatum, delicatum, quem amas, o Ursidi Posthume, ætate jam paulo firmiore et provecta, adeoque tonsoris opera egentem. Porro Bacchus ita dictus a *βρόμου, strepitu* seu *fremitu*, quia fulminante Jove, utero materno exemtus est, ut narrat Ovid. Metam. III. 3.

Fibula] Vide supra, vs. 73.

380 *Vocem vendentis prætoribus*] Ludos edens Prætor adolescentes canendi peritos conducebat.

381 *Densi radiant testudine tota Sardonyches*] Crebri rutilant lapilli seu in testudine quam ornant, seu in annulis quos ludens habet in manibus.

382 *Sardonyches*] Vide Pers. Sat. I. vs. 16.

Crispo] Agitante et crispante chordas quas percutit.

Numerantur] Scite pulsantur, numero, et ordine.

383 *Quo tener Hedymeles operam dedit*] Eo nimirum pectine usus ille citharœdus, cujus fictum videtur nomen ab *ἡδὺ, suave*, et *μέλος, cantus*.

Hoc se solatur] Absente citharœdo, quem amat, ejus plectrum et citharam gaudet possidere, tangere, osculari.

385 *Quædam de numero Lamiarum*] Nobiles inprimis. Vide Sat. IV. vs. ult.

Nominis alti] In quibusdam codicibus legitur, *Appl*. Quod Romæ celebre nomen, et genus.

Cum farre et vino Janum Vestamque rogabat,
An Capitolinam deberet Pollio quercum
Sperare, et fidibus promittere. Quid faceret plus
Ægrotante viro? medicis quid tristibus erga
Filiolum? Stetit ante aram, nec turpe putavit
Pro cithara velare caput; dictataque verba

appellationis excelsæ, cum farre atque vino Janum ac Vestam interrogabat, utrum Pollio deberet expectare et chordis polliceri quercum Capitolinam. Ecquid præstaret amplius, marito ægro; quid mœstis de puerulo medicis? Constitit ad altare, neque pudendum existimavit obtegere caput pro lyra, et præceptas voces pronun-

Non male, quia gens Claudia, in qua Appii fuere, antiquissima nobilissimaque fuit, et apte cum *Lamiis* conjungitur. *nominis ÆlI*, vel, ut in vetustis numis ac marmoribus frequenter scribitur, *AilI* pro *Ælii*, ingeniose conj. Heins. ad Ovid. Fast. IV. 305. quia *Lamiæ* cognomento *Ælia* gens dicta. Cf. Jani ad Horat. Od. III. 17. 1. Vulgata tamen lectio h. l. non solicitanda videtur.—386 *Cum farre* pro *Et farre* restitui ex 10. 11. 14-27. 45-50. 54. 55. 57-69. 71. 72. 73. 77. 85. *ac vino* 11. *rogabant* 18. a m. pr. *colebat* 22. —388 *faciat* 19.—389 *quoque* pro *quid* 16. *testibus* 10.—392 *Protulit*

NOTÆ

386 *Cum farre et vino*] Hæc adhibebantur in sacrificiis. Vide Sat. IX. vs. 122.

Janum] Cic. de Nat. Deorum II. 67. 'Cum in omnibus rebus vim habeant maximam prima et extrema, Principem in sacrificando Janum esse voluerunt,' &c. Vide Alex. ab Alex. IV. 17.

Vestam] Cicero loco mox citato, ita pergit: 'Vestæ nomen a Græcis. Ea est enim quæ ab illis Ἑστία dicitur. Vis autem ejus ad aras et focos pertinet. Itaque in ea Dea, quæ est rerum custos intimarum, omnis et precatio et sacrificatio extrema est.' Dionys. Halic. lib. II. quam religiose coleretur a Romanis *Vesta* fuse docet.

387 *Capitolinam quercum*] In agone Capitolino victores coronam e quercu accipiebant. Vetus Schol. Sueton. Domit. c. 4. sic habet: 'Instituit et quinquennale certamen, Capitolino Jovi triplex, Musicum, Equestre, Gymnicum——ac præter Citharœdos Chorocitharistæ quoque certabant,' &c. Martial. Epigramm. IV. 54. 'O cui Tarpeias licuit contingere quercus.' De corona querna, aliisque, vide Gellium V. 6. Plinium XVI. 4. &c.

Pollio] Citharœdus illustri illi matronæ adamatus.

389 *Medicis quid tristibus*] Ob conclamatam pueruli salutem, de qua jam desperant.

391 *Pro cithara*] Pro Citharœdo vota et Sacra facere, capite velato; ex more.

Velare caput] Hujus instituti rationem excutit Plutarch. quæst. Centur. Rom. qu. 10. ne mortalibus et potentioribus hominibus par honos deferri videatur, ac Diis ipsis immortalibus; illis reverendis caput aperiunt, his autem obnubunt ac velant.

Dictata verba] Docente et præeunte Sacerdote. Plin. XXVIII. 2. 'Victimas cædi sine precatione non videtur referre, neque Deos rite coli. Præterea alia sunt verba impetrantis,' (alias *impetrientis*; id est, inqui-

Pertulit, ut mos est, et aperta palluit agna.
Dic mihi nunc, quæso, dic antiquissime Divum,
Respondes his, Jane pater? Magna otia cœli:
Non est, ut video, non est, quod agatur apud vos.
Hæc de comœdis te consulit: illa tragœdum
Commendare volet: varicosus fiet haruspex.

tiare, sicut est consuetudo, atque expalluit dissecta agna. Jam mihi loquere, precor; fare Deorum vetustissime, an responsum das istis, o Jane parens? Ingens otium cælo. Deest, sicut cerno, deest quod fiat inter vos. Illa te rogat de histrionibus, ista cupiet Tragœdum tibi gratum reddere, haruspex efficietur varicosus.

10. 16. 18. 19. 27. 46-50. 54-69. 71-74. 77. 85. quod probat Dorleans, quia agatur de proferendis voti verbis solennibus. Ego malim *Retulit* s. *Rettulit*, h. e. repetiit.—395 *quid* 11. 16. 22. 24. 25. 45-50. 54-69. 71-74. 85.—396 *comedo* 24.—397 *fiat* 14. *aruspex* 21. 22. 64. Cf. ad II. 121.—

NOTÆ

rentis per exta; Valer. Maxim. I. 1.) 'alia depulsoris, alia commendationis. Vidimus certis precationibus obsecrasse summos Magistratus: et ne quid verborum prætereatur, aut præposterum dicatur, de scripto præire aliquem,——memoria insigni, quoties precatio erraverit,' &c.; quæ ibidem lege.

392 *Aperta palluit agna*] Dum consulerentur exta victimæ, e quorum situ et statu divinabant futura Sacerdotes, mulier anxia expallescebat, ne quid sinistri portenderetur amasio suo, pro quo Sacra faciebat, ac Deos interrogabat. Plin. loco mox citato, 'Sic repente extis adimi capita, vel corda, aut geminari, victima stante, visa sunt.' Apud Liv. 'Caput jecinoris a familiari parte (id est, interiori) cæsum haruspex ostendit.' Cic. de Divin. I. 16. 'Quid fissum in extis, quid fibra valeat accipio: quæ causa sit, nescio. Atque horum plena vita est. Extis enim omnes fere utuntur.' Et II. 29. 'Si est in extis aliqua vis, quæ declaret futura——gallinaceum fel——Tauri optimi jecur, aut cor, aut pulmo quid habet naturale, quod declarare possit, quid futurum sit?' &c. et c. 32. 'Caput jecinoris diligentissime considerant; si vero id non est inventum, nihil putant accidere potuisse tristius,' &c. Vide Alex. ab Alex. v. 25.

393 *Antiquissime Divum*] Janus in Italia ante Saturnum regnavit, eumque extorrem et regno pulsum excepit.

394 *Jane pater*] Macrob. Saturnal. I. 9. 'In Sacris,' inquit, 'invocamus Janum geminum, Janum patrem——quasi Deorum Deum,' &c.

Magna otia cœli] Deos suos irridet egregie.

397 *Varicosus fiet haruspex*] Dum instantibus importunis ejusmodi mulieribus, *haruspex* Deos consulendo, et Sacris operando, pedibus insistit diutius, sane fiet *varicosus*, delabente copiosius in pedum venas sanguine crassiori et melancholico. Vide Pers. Sat. v. vs. 189.

Haruspex] Quis, et unde sic appelletur, notavimus Sat. II. vs. 121.

Sed cantet potius, quam totam pervolet urbem
Audax, et cœtus possit quam ferre virorum,
Cumque paludatis ducibus præsente marito
Ipsa loqui recta facie, strictisque mamillis.
Hæc eadem novit, quid toto fiat in orbe;
Quid Seres, quid Thraces agant: secreta novercæ
Et pueri: quis amet, quis diripiatur adulter.
Dicet, quis viduam prægnantem fecerit, et quo
Mense: quibus verbis concumbat quæque, modis quot.
Instantem regi Armenio, Parthoque cometen

Verum canat potius quam civitatem universam pervagetur impudens, quamque sustinere queat virorum conventicula, et erecto illa vultu atque exertis papillis confabulari cum ducteribus chlamydatis, coram suo *conjuge. Scit ea ipsa quid agatur in universo mundo; quid Seres, quid Thraces gerant.* Scit *arcana novercæ cum privigno.* Scit *quis diligat, quis fallatur mæchus. Enarrabit quis gravidam effecerit viduam, quoque mense:* * * *Prima animadvertit Cometam minitantem regi Armenio et Parthico. Ad portas* urbis *ipsa famam suscipit ac novos*

398 *potius cantet* 22. *tutam* 22. *orbem* 16.—399 *posset quæ* 17. 23. 45. *quæ posset* 14. 22. *quæ possit* 18. 26. *possit perferre* 19. a m. pr. *quam ferre* pro *quæ ferre* recepi ex 10. 24. 25. 27. 46-50. 54-69. 71-74. 77.—401 *Illa* 16. 85. *secta facie* 47. 48. *siccisque mamillis* 1-4. 14. 17. 20. 21. 22. 29. h. e. sine lacte materno. Utraque lectio explicari videtur vet. scholio: *adhuc nudis* (quæ vox in cod. Schurzfl. additur) *exstantibus, vel sine sudore.*—402 *Nupta loquax norit* 13. *fiet* 15. 16. 18. *toto quid fiat* 24. *tota . . . urbe* 27. 47. 85.—403 *Senones* pro *Seres* legisse vet. Schol., cujus nota est, *Galliarum gentes aut Scythæ*, vel sic iterum utramque exposuisse lectionem, suspicabatur Schurzfl. *Thraces quid* 16. 85. *agunt* 22.—404 *diripiatur* 1. 15. 16. 26. 61. 63. 70. 75. 82. *decipiatur* scil. ab ea, quam amat, 10. 12. 13. 14. 17-25. 27. 45-50. 54-60. 62. 64-69. 71-74. 76. 77. 85. Non male! Sed illa lectio videtur præferenda, nec tam facile pro hac, quam hæc pro illa, ab indoctis librariis substitui poterat.—405 extrusus e 13. *Dicit* 16. *Discet* 21.—406 *concumbant* 24. *concumbunt* 25. 48. 56. 57. 59. 60. 65.—407 *Armeniæ* 77. *cometem* 60. 65.

NOTÆ

398 *Sed cantet potius*] Melius tamen est ut cantu sese oblectet, et musicis, ut dictum est, instrumentis; quam rumores avida excipiat, ac passim cum viris confabuletur, absque ullo pudore.

400 *Paludatis ducibus*] Viris militaribus. Proprie paludamentum est ea vestis quam induunt Imperatores ad bellum proficiscentes.

403 *Seres*] Scythæ Asiatici, a quibus serica dicta et apportata in alias regiones. Vide Ammian. Marcel. lib. XXIII. sub finem.

Thraces] *Thracia* Europæ regio Macedoniæ finitima, hodie *Romania*, ad Pontum Euxinum late porrecta, urbe primaria Constantinopoli gloriatur.

Secreta novercæ et pueri] Secretos amores.

406 *Quibus verbis*] Græcis an Latinis. Supra v. 194. ζωὴ καὶ ψυχή.

407 *Regi Armenio Parthoque*] Hostibus Populi Romani. Armenia porro

Prima videt: famam, rumoresque illa recentes
Excipit ad portas: quosdam facit isse Niphatem
In populos, magnoque illic cuncta arva teneri
Diluvio: nutare urbes, subsidere terras,
Quocumque in trivio, cuicumque est obvia, narrat.
Nec tamen id vitium magis intolerabile, quam quæ
Vicinos humiles rapere, et concidere loris

sermones; nonnullos etiam *confingit: Niphatem in plebem irrupisse, atque ibi ingenti eluvione occupari universos agros: tremere civitates, hiare terras, commemorat cuilibet occurrerit, quavis in platea. Nihilominus ea noxa magis est ferenda, quam quod* etsi *rogata consuevit raptare vicinos pauperes, et scuticis lace-*

---

cometam 19. 21. 77.—408 *Primo* 23. *flammam* 29. *ille* 58. *esse* pro *illa* 50. —409 *a portis* 21. *Nifaten* 17.—410 *simul* pro *illic* 21. *arma* 9. 81.—411 *mutare* 23. 27. 47. 86. *vitare* 16. *valles* pro *terras* 21.—413 *hoc vitium* 77. *vitium est magis* 21. *quam quod* 10. 11. 13. 14. 17. 19-25. 27. 29. 45. 47. 50. 54-58. 60-69. 71-74. 77. prob. Schurzfl. *quam quo* emend. Schrader. At doctior videtur nostra lectio.—414 *homines* pro *humiles* 16.—415 *Exhortata*

NOTÆ

et Parthia sunt Asiæ regiones Tauro monti vicinæ. In illa regnavit Tigranes qui Mithridati opem tulit. De hac ad Pers. Sat. v. vs. 8

Cometen] Plin. II. 25. 'Cometas Græci vocant,' inquit, 'nostri crinitas; horrentes crine sanguineo et comarum modo in vertice hispidas,' &c. Sueton. Ner. c. 36. 'Stella crinita quæ summis Potestatibus exitium portendere vulgo putatur,' &c. Vide Cicer. II. de Nat. Deor. n. 14. Senec. Nat. quæst. lib. VII. ubi de Cometis copiose disserit. Plutarch. III. de Placit. Philos. c. 2. &c. Ceterum quod Aristoteles aliique tradiderunt Cometas esse meteora, nuper experientia discussit. Siquidem ea cœli parte, ad quam non pertingunt exhalationes, cometæ visi sunt, nimirum supra Lunæ Sphæram. Et hoc saltem inter alia multa manifeste compertum jam aliquoties; evidens certe fuit in eo Cometa, qui per duos menses apparuit, Decemb. 1664. et Janu. 1665. et nuper in altero, sub finem anni 1670.

409 *Niphatem*] Armeniæ fluvium hunc exundasse, et vastitatem agris inferre.

411 *Nutare urbes*] Terræ motu concussas. Ex his satis apparet Juvenalem ad Trajani pervenisse Imperium, ut notat Lips. Epistolic. quæst. lib. IV. epist. 20. Nam videtur omnino respicere hic ingentem illum terræ motum, de quo Xiphilinus in Trajano. Nempe hic cum Antiochiæ esset, et urbs illa et aliæ pleræque graviter labefactæ sunt: immugiit terra, infremuit mare: subsedere Corasius mons, aliique; loca infima attolli, sublimia conquassari et ruere visa, &c.

Subsidere terras] De His vide Plin. II. 69. et 70.

414 *Concidere loris exorata solet*] Innoxios interdum loris cædi jubet, nec exorari se aut flecti sinit a deprecantibus immeritam pœnam.

Exorata solet. Nam si latratibus alti
Rumpuntur somni; fustes huc ocyus, inquit,
Afferte, atque illis dominum jubet ante feriri,
Deinde canem. Gravis occursu, teterrima vultu
Balnea nocte subit: conchas, et castra moveri
Nocte jubet: magno gaudet sudare tumultu,
Cum lassata gravi ceciderunt brachia massa,
Callidus et cristæ digitos impressit aliptes,
Ac summum dominæ femur exclamare coëgit.

rare. Si enim profundus ejus *sopor turbetur latratibus; ait, istuc cito baculos apportate: et iis herum priorem imperat verberari, postea canem. Molesta obviam, terribilis facie intrat noctu balnea: noctu imperat transportari vasa et castra: ingenti strepitu sudorem emittere delectatur, quando lacerti lapsi sunt massa ponderosa fatigati.* * * * * *Interim infelices convivæ premuntur et sopore et esurie.*

29. 49.—416 *Rumpantur* 16.—417 *ferire* 14. 16.—418 *teterrima visu* 11. prob. Schurzfl. ut duo supina, *occursu* et *visu*, conjungantur. In omnibus fere editt., etiam Hennin., post *canem* colon positum.—419-434 ejecti e 13. *spondas* pro *conchas* conj. Schrader.—421 *Et lassata* 77. *Dum* emend. Schrader. —422 *Calidus* 47. *aut cristæ* 85. *christæ* conj. Plathner et alii, ut unguentum sit; quod tamen Græce non χρίστη, quæ vox nihili est, sed χρίσμα dicitur: nisi forte poëta hoc verbum effinxisse censendus est. *impellit aliptes* 22. —423 Poëta forte scripsit: *Ac cunnum dominæ simul exclamare coëgit.*—

NOTÆ

417 *Dominum*] Herum canis, cujus nocturno allatratu quies interturbata fuerit.

418 *Gravis occursu, teterrima vultu*] Erga famulantes aspera.

419 *Balnea nocte subit*] Lavabant enim Veteres ante cœnam, ut diximus alibi.

Conchas et castra] Ingentia vasa et balnearia instrumenta tanto deferuntur, instante domina, tumultu, quanto solent moveri castra et exercitus.

421 *Cum lassata gravi, &c.*] Postquam gravi aliqua exercitatione corpus agitando, et pondera ferendo aut movendo, sudorem elicuit, ac sese defatigavit.

Massa] Plumbeas aliquot massas in balneis agitari solitas, antequam lavarent, docet cum aliis Seneca, Ep. 15. 'Sunt,' inquit, 'exercitationes et faciles et breves quæ corpus sine mora laxent (alias lassent) —— cursus, et cum pondere aliquo manus motæ, et saltus,' &c. Epist. vero 56. sic habet: 'Supra balneum habito —— cum fortiores exercentur, et manus plumbo graves jactant, gemitus audio —— audio crepitum illisæ manus humeris,' &c. Lipsius in Sen. ibid. halteres ait notari, quibus et ad saltandum usi, seque veluti librandum, et iisdem sed gravioribus ad exercendum, ac sine magno motu sudorem evocandum, sublatis depressisque manibus, aut huc illuc jactatis. Idem testatur hic et vetus Schol.

422 *Callidus et cristæ*] Duos hic versiculos pudori mactamus.

Aliptes] Unctor, cujus officium erat oleo corpora perungere post sudorem.

423 *Exclamare*] Resonare, crepare, illisa unctoris manu, ut expressit Seneca cit. mox epist. 56.

Convivæ miseri interea somnoque fameque
Urgentur. Tandem illa venit rubicundula, totum
Œnophorum sitiens, plena quod tenditur urna
Admotum pedibus, de quo sextarius alter
Ducitur ante cibum, rabidam facturus orexim.
Dum redit, et loto terram ferit intestino,
Marmoribus rivi properant, aut lata Falernum

Denique prodit hæc subrubens integrum appetens œnophorum, quod repleto vase intenditur pedibus appositum; e quo geminus hauritur sextarius rabiosum creaturus ante epulas appetitum, quando revertitur, ac intimis ablutis terram percutit. Defluunt rivuli marmoreo pavimento, *vel catinum amplum redolet Falernum. Ita*

424 *interea miseri* 16.—427 *a pedibus* 64. *sestarius* 25. 28. 48. 56-60. 62. 65. 66-69. 71. 72. 73. *sesterius* 85.—428 *rapidam* 45. 60. 65. *oresim* 25. *vomitum* pro *orexim* 22. ex interpret.—429 *Cum* 20. 22. *reddit* 17. a m. sec. 19. *et loto terram* 1. 9. 11. 12. 17. 70. 75. 76. 77. 82. *et luto terram* 15. *et terram luto* 10. 18-21. 23-25. 27. 45-50. 54-69. 71. 73. 85. *Luto* antique dictum pro lavato, lauto, loto. Cave intelligas cœtum, vel sordes et excrementa; nam de vomitu agitur, et leges metricæ repugnant, nisi forte reponas *atque luto terram*, vel *terramque luto*. Illud extat in 21. a m. sec. et 22. hoc in 14. 17. aliisque libris, quos vidit Pithœus, qui comparavit verba Salv. IV. ad Eccl. Cath. *Natant tricliniorum redundantium pavimenta vino Falerno nobili lutum faciunt, mensæ eorum ac toreumata mero jugiter madent.* *ad terram luteo* 26. *et terram luteo* 16. 74. prob. Pulmanno, qui perperam dicit hanc synizesin esse, ut inf. X. 133. *et terram lato* 72. *epoto* pro *et loto* conj. Schrader. Plathnerus vero ita legendum h. l. distinguendumque putabat: *Tandem illa venit rubicundula totum Œnophorum sitiens: plena quod funditur urna Admotum pedibus*, h. e. vinum crudum s. crucium, insuave, quod servi bibunt, admotumque pedibus domini, ad quos servi cœnitant, (v. Isidor. III. 20. et Senec. de constant. sap. c. 15. pr.) *de eo sextarius alter Ducitur, ante cibum rubidam facturus orexin*, (nam vinum crucium sumebant Romani, si appetitus excitandi causa vomere vellent, quod etiam Seneca taxat Cons. ad Helvid. c. 9.) *Dum redit et terram luto ferit intestino*, h. e. flavo, propter bilem, quo sensu *lutum* dicitur Virg. Ecl. IV. 44. et Tibull. I. 8. 52. (ubi vid. Brœkhus. et Heyne.)—430 *aut lata* restitui ex 7. 10. 11. 14. 15. 17-21. 23-27. 45-50. 54-69. 71-74. 85. *aut lauta* 16. *ut luta* 22. *aurata* 12. 70. 75-77. 82. Sed ita deest copula verborum, et aptior est h. l. *lata*, h. e. ampla *pelvis*, vomitione repleta. *abluta* conj. Schurzfl. cum literæ *V* et *B* frequenter a librariis permutentur: quod vereor ut multis arrideat, quia modo vox *loto* præcessit. *Falerno pelvis olet* 10. 18. 19. 27. 45-50. 54-57. 60 67. 85. Verbum *olere* et quarto et sexto casui jungitur. v.

NOTÆ

424 *Convivæ miseri interea, &c.*] Expectantes dum laverit Domina.

426 *Œnophorum*] Vas vinarium.

Tenditur] Vel redundat; vel quod porrigitur a famulis ac ministris.

427 *Sextarius*] Pars congii sexta: mensuræ genus quoddam.

429 *Dum redit*] Cum evomitur, et purgato stomacho prejicitur vel in terram vel in pelvim.

430 *Falernum*] Hinc refellitur eorum opinio qui dicunt porrigi Dominæ vinum pessimum, quo nausea concitetur: nam duo sextarii vini cujuslibet sine esculentis et cibo sumti, præsertim calidi, quo utebantur Ro-

Pelvis olet: nam sic, tanquam alta in dolia longus
Deciderit serpens, bibit, et vomit. Ergo maritus
Nauseat, atque oculis bilem substringit opertis.
Illa tamen gravior, quæ cum discumbere cœpit,
Laudat Virgilium, perituræ ignoscit Elissæ,

enim potat ac rejicit, velut anguis oblongus in dolium profundum lapsus fuerit. Itaque nauseam patitur, et obtectis oculis bilem coërcet. Attamen intolerabilior ea, quæ postquam incœpit mensæ *accumbere celebrat Maronem, condonat Didoni mori-*

Heins. ad Ovid. Ep. Her. xv. 76.—431 *nam fit* 21.—432 *Exciderit* 16. *maritos Nauseat* 85.—433 *substrinxit* 85. *apertis* 15. 23. 24.—434 *jam* pro *cum* 21. a m. pr. *quo cum* 85.—435 *Vergilium* 60-62. 65. 71. 72. 73. 85. De qua nominis scriptura v. Heyne in vita Virgilii per annos digesta p. 183. edit. sec. [vid. quoque ed. præs. p. 70.] *Elissæ* recepi ex 10. 17. 18. 20. 21. 22. 25. 27. 46. 47. 48. 54. 56-60. 64. 66. *Elisæ* 11. 12. 14. 15. 16. 19. 23. 26. 49. 50. 55. 61. 62. 63. 65-77. 82. *Elysæ* 85. *Elyssæ* 24. 45. Sed Græce Ἔλισσα dicitur, eamque scripturam optimi scriptorum Rom. codices confirmant, et origo nominis. v. Heins. ad Virg. Æn. iv. 335. ad Ovid. Epist. Her. vii. 1. et ad Claudian. laud. Seren.

NOTÆ

menti frequenter, (ut asserit Lips. Elect. i. c. 4.) satis erant idonei ad concitandum mulieri vomitum.

432 *Serpens*] Plin. x. 72. 'Serpentes,' inquit, 'cum occasio est, vinum præcipue appetunt, cum alioqui exiguo indigeant potu.'

Maritus nauseat] Ob fœdum uxoris vomitum.

433 *Bilem*] Vel nauseam, vel indignationem evitaturus, oculos inde avertit.

434 *Illa tamen gravior, &c.*] 'Statiliam Messalinam insectatur, quæ post quatuor matrimonia diverso exitu soluta, postremo Neroni nupsit: post quem interemtum, et opibus, et forma, et ingenio plurimum viguit; consectata usum eloquentiæ, usque ad studium declamandi. Eo tempore duæ Messalinæ fuerunt; hæc, et Valeria, de qua Claudius Britannicum filium sustulit.' Ita loquitur vetus Schol. hic.

Cum discumbere cœpit] Vide Pers. Sat. i. vs. 30.

435 *Perituræ ignoscit Elissæ*] Id est, Didoni, quod ab Ænea se desertam videret, mortem sibi consciscenti veniam dat, et nefas alioquin perpetranti ignoscendum censet, legens moriendi causas tam scite descriptas a Virgilio Æneid. iv. in quo summam artem et ingenium Poëtæ commendat, qui sic rebus dare colorem novit. Vide S. Aug. Confess. i. 13. et 14.

Perituræ ignoscit Elissæ] Quod amoris impatientiæ tribuit Virgilius, honestiorem habet causam apud graves Auctores. Nempe ut secundas Iarbæ proci nuptias armata instantia manu declinaret, voluntaria morte occumbere Didonem maluisse, quam datam priori viro fidem violare, affirmant. Hi certe historica veritate, ille Poëtica licentia, scripserunt.

Elissæ] *Elissa* Beli Tyriorum regis filia, ob virile animi robur Dido cognominata, Herculis Sacerdoti Sichæo primum nupta, eo per fratris scelus interemto, in Africam nave conscensa fugit, ubi Carthaginem condidit. (meminit Sueton. Ner. cap. 31.) Tum Iarbas Getuliæ rex nuptias il-

Committit vates et comparat; inde Maronem,
Atque alia parte in trutina suspendit Homerum.
Cedunt grammatici, vincuntur rhetores, omnis
Turba tacet: nec causidicus, nec præco loquatur,
Altera nec mulier: verborum tanta cadit vis;
Tot pariter pelves, tot tintinnabula dicas
Pulsari. Jam nemo tubas, nemo æra fatiget:
Una laboranti poterit succurrere lunæ.
Imponit finem sapiens et rebus honestis.

turæ, confert Poëtas, ac deinde Virgilium componit, et aliunde Homerum in libra examinat. Concedunt Grammatistæ, superantur Oratores, silet universa multitudo, neque causarum actor, neque præco, neque alia fœmina verba faciat: adeo magnus orationis impetus profluit. Affirmares patellas totidem et crepitacula simul percuti. Ne quis deinceps exagitet buccinas, et vasa ærea: sola hæc opitulari queat Lunæ

vs. 147.—437 *alia ex parte* 11. 16. prob. Schurzfl.—438-442 ejecti ex 13. *rhetores omnes* 10.—439 *jacet* 21. 22. *loquetur* 14. 15. 17. 18. 19. a m. sec. 20. 21. 46-49. 64.—441 Pro altero *tot* legitur *aut* in 16. *ac* in 10. 14. 15. 17. 21-24. 45. *et* in 25. 27. 46-50. 54-63. 65-69. 71. 72. 73. 77.—442 Hic versus abest a 57. et post vs. 443. legitur in 47. et 85. *tubas nemo* 15. *nemo jam* 22. *atque æra* pro *nemo æra* 11. 12. 14-27. 45-50. 58-69. 71. 72. 73. 77. 85. *fatigat* 14. 18. a m. pr.—443 *Luna l. p. s. ranæ* 47. (*ranæ* in Ven. 1487.)

NOTÆ

lius appetens, armis etiam extorquere sed frustra nisus, ut mox dictum. Hinc Ausonius Epig. III. 'Illa ego sum Dido, et vultu quam conspicis hospes, Assimilata modis pulchraque mirificis. Talis eram: sed non Maro quam mihi finxit, erat mens: Vita nec incestis læta cupidinibus. Namque nec Æneas vidit me Troius unquam; Nec Lybiam advenit classibus Iliacis. Sed furias fugiens atque arma procacis Iarbæ, Servavi, fateor, morte pudicitiam, Pectore transfixo,' &c.

435 *Virgilium, Homerum*] Horum Poëticæ rei Principum Elogia, et comparationem, apud Auctores passim invenies. Quintil. x. 1. Plutarch. Opusc. multis locis, præsertim vero lib. de Homero. Macrob. tum alibi, tum maxime lib. v. et vi. Gell. III. 11. IX. 9. XVII. 10. et alibi. Jul. Scal. Poët. &c.

442 *Tubas atque æra fatiget*] Quorum tinnitu laborantem Lunam sublevari credebant superstitiosi veteres. Vulgus enim Eclipseos causam ignorans, aiebat Veneficarum incantationibus Lunam in terras detrahi, cogique virus aliquod in eas effundere herbas, quibus uti volebant ad magica. Quapropter ne carmina et incantationes audiret Luna, ululatus horrisonos atque strepitus illi excitabant. Vide Virgil. Eclog. VIII. Senec. Med. vs. 794. et Hyppolyt. vs. 787. Lucan. lib. VI. Apul. lib. I. Asin. Aur. ubi 'despumare Lunam vocat,' id quod mox diximus. Plin. II. 12. 'In Luna,' inquit, 'veneficia arguente mortalitate; et ob id crepitu dissono auxiliante.'

444 *Imponit finem sapiens*] Sed et philosophari mulieres videas, ac dis-

Nam quæ docta nimis cupit et facunda videri,
Crure tenus medio tunicas succingere debet,
Cædere Sylvano porcum, quadrante lavari.
Non habeat matrona, tibi quæ juncta recumbit,
Dicendi genus, aut curtum sermone rotato
Torqueat enthymema, nec historias sciat omnes:

deficienti. Rebus etiam probis limites docta præscribit. Enimvero quæ vult apparere nimium eloquens et erudita, eam *oportet vestes colligere ad dimidium usque tibiam, suem mactare Sylvano,* atque *inire balnea* pro *quadrante. Fœmina quæ tibi copulata accubat, ne teneat loquendi rationem, vel breve enthymema jaculetur oratione circumacta: neque historias calleat universas; verum e codicibus nonnulla,*

potuit 85.—444 *Imposuit* 11. *a rebus* 45.—445 *Nam quia* 17. *Nam si docta* 25. 27. 46-49. 54-60. 64. 65. 77. *verbis* pro *nimis* 16.—446-459 extrusi e 18. *substringere* malebat Scaliger. Sed vulgata lectio bene se habet.—447 *Credere* 19.—449 *haud* pro *aut* 15. *curvum* 2. 3. 10. 11. 12. 14-22. 24. 26. 28. 45. 49. 75. 76. 81. 82. Sed *curtum* 23. 25. 27. 46. 47. 48. 50. 54-74. 77. probb. Grævio, et Heins. ad Ovid. Fast. II. 408. ubi hanc vocem in multis veterum scriptorum locis restituit. *currum* 85.—450 *enthimema* 19. 20. 45. *entimema*

NOTÆ

putare de summo bono, et de honesta vivendi ratione.

446 *Crure tenus, &c.*] Virilem etiam habitum quin assumit? Vetus Schol. Quintil. lib. II. cap. ultimo sic Oratori præscribit vestium formam: 'Tunicæ prioribus oris infra genua paulum, posterioribus ad medios poplites usque perveniant. Nam infra mulierum est, supra Centurionum —— Togæ pars anterior mediis cruribus optime terminatur,' &c.

447 *Cædere Sylvano porcum*] Debet etiam non ut mulier, Cereri; sed ut vir, Sylvano sacrificare. *Sylvanus* Agrorum et pecoris Deus; cui Sacra facere mulieribus interdictum: teste vet. Schol. Quod autem Juvenalis ait, *porcum*, notat fortasse Epicuream Sectam ac disciplinam, quam ea mulier amplexa sit.

Quadrante lavari] Ad instar pauperum Philosophorum, qui lavantes quartam assis partem Balneatori solvebant; sicut et omnes e vulgo. Cic. pro Cœlio: 'Nisi forte mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat Balneatori.' Horat. Satir. I. 3. 'Quadrante lavatum Rex ibis.'

448 *Tibi juncta*] Per matrimonium.

449 *Dicendi genus*] Id est, ne uxor tua doctior sit. Ne Grammaticam, Rhetoricam, Dialecticam scire velit: nec proinde observet varia dicendi genera, sublime, humile, mediocre, pro diversitate rerum quas loquitur.

Aut curtum sermone rotato, &c.] Ne affectet artem Dialecticam, ejusque præcepta.

449 *Curtum enthymema*] Genus argumentationis duabus constans propositionibus, tertia subintellecta, et in animo retenta ἐν θυμῷ; unde nomen. Paulo aliter Cicero Topicor. 5. 'Sententia quævis acuta quæ ex contrariis conficitur, enthymema est; ut, quod scis prodest nihil, id quod nescis obest:' et n. 56. 'Hoc disserendi genus attingit omnino vestras quoque in respondendo disputationes, sed Philosophorum magis, quibus est cum Oratoribus illa ex repugnantibus sententiis communis

Sed quædam ex libris et non intellegat. Odi
Hanc ego, quæ repetit, volvitque Palæmonis artem,
Servata semper lege et ratione loquendi,
Ignotosque mihi tenet antiquaria versus,
Nec curanda viris opicæ castigat amicæ
Verba. Solœcismum liceat fecisse marito.
  Nil non permittit mulier sibi, turpe putat nil,
Cum virides gemmas collo circumdedit, et cum
Auribus extentis magnos commisit elenchos.
Intolerabilius nihil est, quam fœmina dives.
  Interea fœda aspectu, ridendaque multo

nec penitus *capiat. Aversor ego illam quæ recolit ac versat Palæmonis disciplinam, custodita perpetuo regula, dicendique genere* observato: *et* quæ *vetustatis amans scit versiculos mihi non notos; ac redarguit vocabula* suæ *familiaris Opicæ viris negligenda. Fas viro sit commisisse solœcum. Indulget sibi fœmina quidlibet, nihil fœdum existimat, quando cinxit collum lapillis virentibus, et quando porrectis auriculis tradidit grandes inaures. Non est gravius quicquam opulenta muliere. Vultus interim horridus visu, ac sub-*

22. *enthimena* 17. *enthimemia* 21. *enthumema* 18. a m. pr.—451 *intelligit* 25. 27. 46-50. 58. 61. 66.—453 *ac* pro *et* 15. *at* 85.—454 *teneat* 61. 62.—455 *Hæc* 85.—459 *extensis* 7. 10. 11. 14-24. 27. 29. 45-50. 54. 55. 56. 59-65. 68. 69. 71-74. 85. ut inf. XII. 5. *magno* 7. 29. *committit* 7. 14. 17. 21. 22. 29.—460 *nil* 68.—461 *teterrima vultu Pane* cet. 77. quæ verba ex vs. 418. nescio quo casu huc translata.—462 *Poppeana* 50. 54. *Popæana* 21. *Popeana* 17. 18. 20. 25-27. 45-48. 55-59. 64. 74. 85. *Poppeiana* 10. 60. *Popeiana* 19.

NOTÆ

conclusio, quæ a Dialecticis tertius modus, a Rhetoribus enthymema nuncupatur.' Vide Quintil. v. 14.

Sermone rotato] Volubili, vel conversione concluso.

452 *Palæmonis artem*] Sueton. de Illustr. Grammat. c. 23. ait Remmium Palæmonem Vicentinum sub Tiberio et Claudio Imperatoribus principem tenuisse locum inter Grammaticos: ceterum arrogantia tanta fuisse, ut M. Varronem porcum appellaret: secum et natas et morituras literas jactaret, &c.

454 *Antiquaria*] Sectatrix antiquarum vocum et locutionum.

455 *Opicæ*] Barbare loquentis et indocte, more Opicorum. Vide Satir. III. vs. 207.

456 *Solœcismum*] 'Solœcismus est cum pluribus verbis consequens verbum superiori non accommodatur,' inquit Cicero ad Heren. IV. 18. Vide Gell. v. 20. Porro *Solæ* vel *Soli* urbs fuit Ciliciæ, in quam piratæ Pompeii jussu transportati: hi vero linguam Atticam inquinantes et corrumpentes, et exinde quivis barbare loquentes et male, *Solœcissare* dicti sunt.

458 *Virides gemmas*] Ut smaragdos.

459 *Elenchos*] Uniones in pyri formam turbinatos. Plin. IX. 35. Vide cit. ejus locum Sat. II. vs. 61. ad vocem, *Cylindros*.

Pane tumet facies, aut pinguia Poppæana
Spirat, et hinc miseri viscantur labra mariti.
Ad mœchum lota veniunt cute. Quando videri
Vult formosa domi? mœchis foliata parantur.
His emitur, quicquid graciles huc mittitis Indi.
Tandem aperit vultum, et tectoria prima reponit:
Incipit agnosci, atque illo lacte fovetur,
Propter quod secum comites educit asellas,

sannandus intumescit plurimo pane, vel redolet unguenta Poppææ, atque inde conglutinantur labia viri infelicis. Illa *perget ad adulterum pelle abluta. Ecquando cupit apparere pulchra* in *ædibus* suis? *Adulteris nardina præparantur.* Pro *illis mercatur quodcumque istuc transmittitis,* o *Indi tenues. Denique faciem detegit, prioremque solvit incrustationem. Incipit discerni, eoque lacte imbuitur. Qua-*

Pompeiana 13. 16.—463 *hic* 47. 50. *viscatur* 22. *viscuntur* 16.—464 *Ad mœchumque venit lota cute* 16. *veniunt lota cute* 13. 27. 46-49. 54. 57. 58. 64. 85. *veniet luto* 62. 68. 69. 71. 72. 73. *veniet lota cute* 25. 50. 56. 59. 60. 61. 63. 65. 66. 67. 74. 77. et sic forte poëta scripsit, vel potius *lota veniet cute:* nam doctior quidem est et solennis personarum permutatio, sed h. l. parum placet, ubi tot verba in sing. num. junguntur. Hunc vero versum et duos seqq. semper putavi alieno loco a librariis positos esse, et post vs. 470. legendos. Nunc video, ordinem verborum displicuisse etiam Gonsal. ad Petron. p. m. 81. 82. qui tamen vss. 464. 465. 466. post vs. 473. ponendos censebat. At illa ratione singula melius, opinor, cohærent, et mens poëtæ planius percipitur.—465 *famosa* 65. *parentur* 16.—466-470 ejecti e 13. Transpositi vss. 466. 467. in 19. *Emitur his* 46-50. 54. 55. 57. 58. 61-64. 66. 67. 68. 71. 73. 85.—468 *illo tunc lacte* 10. 16. 19. 23. 24. 27. 47. 54. 57. 58. 64. 85.—469

NOTÆ

462 *Pane tumet facies*] Vide Sat. II. vs. 107.

Poppæana] Inventa a *Poppæa* Neronis uxore, cultus et munditiæ studiosissima. Vetus Schol.

463 *Hinc*] Istis pinguibus, fucis, unguentis.

465 *Mœchis*] Ut mœchis placeat mulier, exquisitis se perfundit odoribus, et nitidam se illis nunquam non objicit, non ita vero studet viro placere.

Foliata] Unguenta e foliis odoratis. Plin. XIII. 1. 'Nardinum sive foliatum,' inquit, 'constat omphacio, balænino, junco, costo, nardo, amomo, myrrha, balsamo.' Et c. 2. 'Est,' inquit, 'unguentorum summa commendatio, ut transeunte fœmina odor invitet etiam aliud agentes.'

466 *Emitur, quicquid, &c.*] Aromata varia.

Graciles Indi] Minus corpulenti ob æstum et ardorem Solis, præsertim matutini. Vide Herodot. l. III.

Indi] Hi sunt Asiæ populi valde Orientales, ab Indo fluvio dicti; omni frugum genere, cœli temperie, amœno solo, gemmis, aliisque opibus beati. Apud Indos vetita est Regi temulentia, teste Athenæo x. 10.

467 *Aperit vultum*] Ablatis tectoriis, fucis, incrustamentis e mica panis asinino lacte macerati, de quo mox.

468 *Fovetur*] Illinitur, abluitur, curatur.

469 *Comites educit asellas*] Velut Poppæa. Vide Satir. II. vs. 107. et

Exul Hyperboreum si dimittatur ad axem.
Sed quæ mutatis inducitur, atque fovetur
Tot medicaminibus, coctæque siliginis offas
Accipit et madidæ, facies dicetur, an ulcus?
  Est pretium curæ penitus cognoscere, toto
Quid faciant agitentque die. Si nocte maritus
Aversus jacuit; periit libraria, ponunt
Cosmetæ tunicas, tarde venisse Liburnus

propter asellas secum trahit asseclas, si relegetur extorris ad cardinem Aquilonarem. At quæ variis tot fomentis incrustatur et curatur, ac sumit frustula excocti humidique tritici, vocabiturne facies, an ulcus? Juvat intelligere prorsus quid integro die agant ac moliantur. Si noctu vir cubuit aversus, interiit lanipendia, vestimenta deponunt ornatrices, serius accessisse Liburnus increpatur, adigiturque luere puni-

conducit 16. *deducit* 77.—470. 471 absunt ab 22.—473 deest 26. *madidæ facies* mutata distinctione recepi ex 11. 17. 18. 19. 21. 22. 23. 25. 27. 28. 45-50. 56-69. 71-74. 77. ut siligo dicatur *madida* lacte asinino. *Accipit, et facies madidæ* (mulieris, pane madido oblitæ et unguentis delibutæ) *dicetur* cet. 12-16. 20. 24. 26. 54. 55. 71. 75. 76. 82. Sic importunum certe est τὸ *et*, si vel pro *etiam* dictum acceperis. *dicatur* 22. 28. 77.—474-628 ejecti e 13. *Est operæ pretium* 10. 11. 14-25. 27. 45-50. 54. 55. 57-60. 62. 64-69. 71. 72. 73. 77. 85. prob. Schurzfl. qui tamen malebat *Est operæ, curas penitus cognoscere*, et vetus Scholion ita legendum putabat: *Est operæ*, operæ pretium est. Sic *est operæ* (scil. pretium) dixere Liv. IV. 8. XXI. 9. Pers. VI. 9. et Plaut. Cas. V. 2. 5. Sed ita non cohærent reliqua verba poëtæ: neque assequor, cur vox *curæ* minus quam *operæ* (quæ vulgaris formula est) placeat, et vetus scholion (*Est pretium curæ*, operæ pretium est) mutandum sit. Vox *operæ*, non *pretium*, ex glossa irrepsit, et deinde *pretium* a librariis post *operæ* positum est, ut metro caverent.—475 *faciunt* 17. *facient* 19. *agitantque* 18. a m. pr. 23. *agitentve* 77.—476 *Adversus* 11. 21. 26. 85. contra mentem po-

NOTÆ

quæ nos ibi.

470 *Hyperboreum ad axem*] Ad Polum Arcticum, et extremas illas regiones, quæ sunt supra vel ultra Boream et Aquilonem. Unde nomen. Solin.

Axem] Fingunt Geographi terræ orbem duobus inniti volvique cardinibus seu Polis, traducto per centrum axe.

472 *Coctæque siliginis offas*] Panis siliginei maxime candidi et mollis. Vide Satir. V. vs. 70.

473 *Facies dicetur, an ulcus*] Certe putidum ac fœdum ulcus dicendum potius est, quam facies muliebris para, munda, nitida, formosa.

476 *Aversus*] Averso ab uxore vultu dormiens, nec satisfecit muliebri desiderio.

Periit libraria] Actum est de libraria et aliis famulantibus, in quos mulier impotens iram exonerat quam in maritum concepit.

Libraria] Ancilla quæ aliis pensa librat, ac distribuit singulis, ad opus diurnum.

477 *Cosmetæ*] Ancillæ ab ornamentis. Ita vulgo. *κόσμος, ornamentum*; *κοσμέω, orno*. Reclamat Salmasius,

Dicitur, et pœnas alieni pendere somni
Cogitur: hic frangit ferulas, rubet ille flagellis,
Hic scutica: sunt, quæ tortoribus annua præstent.
Verberat, atque obiter faciem linit; audit amicas,
Aut latum pictæ vestis considerat aurum,
Et cædit; longi relegit transversa diurni,

tionem soporis alterius. Hic rumpit ferulas, ille flagris rubescit, iste scuticis. Extant quæ carnificibus stipendia *tribuant in annum. Cædit ac vultum* quasi *præteriens fovet, familiares auscultat, vel aurum amplum togæ pictæ contemplatur;*

ëtæ.—477 *Comete* 19.—478 *ac* pro *et* 15.—479 *flagellis* pro *flagello* revocavi ex 10. 11. 12. 14-27. 45-50. 54-69. 71-74. 77.—480 *præstant* 11.—481 sqq. Schurzfleisch. suspicabatur, hunc locum ita emendandum, versuumque ordinem, a librariis inversum, restituendum esse: *Hic frangit ferulas, rubet ille flagellis, Hic scutica, donec, lassis cædentibus, EXI Intonet horrendum jam cognitione peracta. Processura domo Sicula non mitior aula est; Verberat, atque obiter faciem linit: audit amicas, Et cædit: longi relegit transversa diurni, Aut latum p. v. c. aurum, Et cædit. Sunt, quæ tortoribus annua præstent. Quod si constituit solitoque decentius optat* cet. Quis vero sibi persuadeat, a librariis omnia tantopere turbata esse? et quæ præcipua hujus suspicionis causa est? quod *lassi* dicuntur *cædentes* vs. 484. et ipsa tamen matrona *verberat* et *cædit*? Sed quod per alium quis facit, ipse fecisse putatur, et *verberat* vs. 481. ac *cædit* vs. 483. et 484. bene vulgarique loquendi usu dici potest pro verberandos curat, verberari vel cædi jubet.—483 Versus hic post vs. 484. legitur in 11. 12. et, quia idem principium habet uterque, excidit e 17. v. ad II. 24. *Assidue* pro *Et cædit* conj. Schrader. *Et cædens* 16. 18. 20. 22-27. 46. 48. 49. 54-69. 71-74. 77.

NOTÆ

et ornatores vult intelligi. Accedit vetus Schol. et sic habet: 'Eos dicit qui ornamentis præsunt, non tamen et ornatrices. Ponunt tamen et tunicas, ut vapulent.' At seipsum Juvenalis numquid explicat vs. 489. et seq. Quin et vetus Schol. ornatrices paulo post affert non semel, textu adigente.

Ponunt tunicas] Ad excipiendas plagas, ita jubente domina.

Liburnus] Vel nuncius, vel lecticæ gerulus, e Liburnia. Vide Sat. III. vs. 240.

478 *Dicitur*] Accusatur, damnatur.

Pœnas alieni pendere somni cogitur] Heri, qui dormivit aversus ab uxore.

479 *Frangit ferulas, &c.*] Franguntur ferulæ huic servo acrius impactæ; alius cæditur et cruentatur flagris, &c.

Ferulas] Vide Sat. I. vs. 15.

480 *Tortoribus*] Qui plectant ac cædant servos quoties libet iratæ mulieri.

481 *Obiter*] Dum aliud agit otiose crudelis. Vide quæ notavimus ad Satir. III. vs. 241.

Audit amicas] Confabulantes secum.

482 *Latum pictæ vestis considerat aurum*] Vestem acu pictam Phrygio opere, et auro intextam. Plin. VIII. 48. 'Accipio,' inquit, 'pictas vestes jam apud Homerum fuisse, unde triumphales natæ. Acu facere id Phryges——aurum intexere Attalus Rex invenerunt,' &c.

483 *Longi*] Dum vapulat innocens.

Et cædit, donec lassis cædentibus, EXI,
Intonet, horrendum, jam cognitione peracta.
  Præfectura domus Sicula non mitior aula.
Nam si constituit, solitoque decentius optat
Ornari, et properat, jamque expectatur in hortis,
Aut apud Isiacæ potius sacraria lenæ;
Disponit crinem laceratis ipsa capillis

atque verberans recognoscit peracta prolixi quotidiani, et verberat quo adusque fatigatis percussoribus, animadversione completa, terribilem in modum vociferatur, Discede. Ædium administratio non clementior aula Siciliæ. Etenim si condixit, et cupit decorari splendidius consueto, atque festinat, et jam in hortulis eam *opperiuntur, vel ad ædem potius Isidis lenocinantis, capillos* ejus *aptat misera Pseca*

cedens 47. 85. *cædet* 10. *longe* 12. *repetit* ed. Marshall. nescio qua auctoritate. *transsumta* 12. *transacta diurni* 25. 27. 46-49. 54-63. 65-69. 71-74. 77. 85. Ita dici putant rationes diei transactæ. *diei* 77.—485 *Intonat* 16. 25-27. 46-50. 54-67. 71-74. 77. 85. *parata* pro *peracta* 71. et alter cod. Schegkii.—486 *Præfectura domus* 1. 12. 14. 15. 16. 28. 31 b. 44. (v. Voss. Gramm. II. 19.) 49. 54. 55. 69. 70. 72. 74-77. et cod. Schegkii, quem vide in Proœm. 5. *Præfectura domo* alter cod. Schegk., edd. Gryph. a. 1546. et Farnab. *Perfectura* 26. *Profectura domo* 10. 11. 17-20. 23. 25. 27. 32. 45-48. 50. 56-68. 71. 73. 85. contra metri leges, unde *Processura domo* emend. Schurzfl. et Ferrettus. v. Voss. l. l. *domo* 11. 17-27. 32. 45-48. 50. 56-68. 71. 73. *aura* 85.—488 *et* abest ab 23. 24. *in ortis* 15. 16.—490 *Disponit* 1. 12. 58. 59. 70. 75. 76. 77. 82.

NOTÆ

Relegit transversa] Alii, *transacta*, i. e. Præteritæ diei rationes examinat scriptas in Libro, cui inde nomen. Sed vetus Schol. legit, *transversa*, et explicat, 'ratiocinium diurnum in transversa charta descriptum.' Astipulatur Cœl. Rhodig. XII. 21.

Diurni] Libri continentis singulorum dierum rationes. Quidam legunt, *diei*.

484 *Exi, intonet*] Jam abi, furcifer, &c.

485 *Cognitione peracta*] Vel recognitis rationibus, vel sumto de famulis supplicio.

486 *Præfectura*] Sunt qui legant, *profectura domo*, id est, antequam domo proficiscatur: sed præterquam quod repugnat metrum, sensus parum cohæret. Melius igitur hic versus separatur, ut sit epiphonema.

Præfectura domus, &c.] Hæc mulier in familia tam est crudelis, quam in aula et Regno fuerunt Siculi Tyranni, Phalaris, Dionysii, Agathocles, de quibus vide Pers. Satir. III. vs. 39. Cic. Tuscul. v. n. 57. Justin. l. XX. XXI. XXII. &c.

Sicula] *Sicilia* Tyrrheni maris Insula, amplitudine et fama nobilis. De hac vide quæ notavimus Satir. v. vs. 99.

487 *Si constituit*] Si conveniendi locum et horam indixit mœcho.

489 *Apud Isiacæ potius sacraria lenæ*] Isidis Sacra locum sæpe dabant adulteriis, et eo prætextu flagitia multa perpetrabantur. Joseph. Antiq. l. XVIII. c. 10. Alex. ab Alex. l. VI. c. 8. Vide Plutarch. Comm. de Isid. et Osir.

490 *Disponit crinem, &c.*] Dominæ comam aptat ancilla infelix, verberibus obnoxia, positis tunicis, ut ante

Nuda humero Psecas infelix, nudisque mamillis.
Altior hic quare cincinnus? taurea punit
Continuo flexi crimen facinusque capilli.
Quid Psecas admisit? quænam est hic culpa puellæ,
Si tibi displicuit nasus tuus? Altera lævum
Extendit, pectitque comas, et volvit in orbem.
Est in consilio matrona, admotaque lanis
Emerita quæ cessat acu: sententia prima

vulsis ipsa crinibus, denudatis humeris et papillis. Cur iste cirrus eminentior? inquiet. *Statim scutica vindicat noxam et scelus crinis detorti. Ecquid peccavit Psecas? Quod illic est facinus ancillæ, si te offendunt nares tuæ? Alia sinistrum expandit, et capillos comit, atque in gyrum torquet. In consultationem vocatur Domina, et lanificio adhibita, quæ vacat, acu veterana. Prior hæc feret judicium:*

Componit 10. 11. 14-27. 45-50. 54-57. 60-69. 71-74. 85. Nil interest.—491 *Nuda humero* 1. 10. 11. 12. 14. 20. 21. 22. 24. 54. 55. 70. 75. 76. 82. *Nuda humeros* 15-19. 23. 25. 26. 27. 45-50. 56-69. 71-74. 77. 85. Id doctius est. Sic tamen malim *Nuda humerum*. *Phecas* 18. a m. pr. 21. a m. pr. 24. 26. 32. 46. 56. 85. *Pheca* 20. a m. pr. *Fecas* 19. *Phecax* 45. *Secas* 16. *Seccas* 15. CYE-Rac 22.—494 *non* pro *quænam* 16. 85. *hic est* 23. *est* non extat in 21. 24. *hæc culpa* 45.—496 *plectitque comas* (h. e. complicat et concinnat in annulos) malebat Ruben. Elect. II. 27. et *flectitque comas* Almelov. ut *comam in gradus frangere* ap. Quintil. *cogere nodo comam* ap. Senec. et *flexilis coma* ap. Valer. Fl.—497 *concilio* 85. *materna* pro *matrona* 14. 17. 70. 75. 76. ut sit nutrix a matre data. *amotaque* Sch. Cadurc. teste Pith. et 85.—498 *casset* 14.

NOTÆ

dictum.

Laceratis] Ab irata hera, quoties aberrat ornatricis manus, aut alia de causa, ut supra.

491 *Psecas*] Nomen unius e Dianæ comitibus et ancillis, apud Ovidium Metamorphos. Vetus Schol. 'Ψεκάζειν,' inquit, 'Græce dicunt, quando rarum pluit et minutum: Ornatrices igitur componentes, aquæ rarum ac parvum solent mittere, ac velut ψεκάζειν. Ergo nominis etymologiam ab arte *Poëta* sumsit.'

492 *Altior hic quare, &c.*] Increpatio Dominæ ad ancillam ornatricem.

Taurea] Scutica e corio bubulo.

Punit] Vide Martial. l. II. Epig. 66.

495 *Si tibi displicuit nasus tuus*] Utpote deformis. An famulæ culpa est, si nasus tibi tuus non videtur sat venustus? Cur igitur eam cædis taurea?

Altera lævum extendit, &c.] Lævam comæ partem altera componit, dum Psecas vapulat.

497 *Est in consilio*] De ornatu et venustate, de compositione capillorum.

Matrona] Senior quædam et fida famula. Legunt alii, *materna*, et explicant, nutrix a matre data.

Admotaque] Quidam legunt, *amota*.

Lanis] Vel dispensandis, vel nendis.

498 *Emerita acu*] Hac dudum scite operata, quamdiu viguit oculorum acies: bene his laboribus perfuncta jam quiescit.

Cessat] Emeritis quasi stipendiis vacationem obtinuit a tenuiori ac difficiliori opera, nimirum a suendo, vel acu pingendo, vel etiam comendo heram.

Hujus erit; post hanc ætate, atque arte minores
Censebunt, tanquam famæ discrimen agatur,
Aut animæ: tanta est quærendi cura decoris.
Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum
Ædificat caput. Andromachen a fronte videbis:
Post minor est: credas aliam. Cedo, si breve parvi
Sortita est lateris spatium, breviorque videtur
Virgine Pygmæa, nullis adjuta cothurnis,
Et levis erecta consurgit ad oscula planta?
  Nulla viri cura interea, nec mentio fiet

post eam judicabunt annis et peritia inferiores; quasi versetur periculum existimationis ac vitæ. Adeo magna est sollicitudo paranda venustatis. Tot ordinibus stipat, tot etiam connexionibus extruit celsum verticem, ut *Andromacham cerneres a fronte; a tergo brevior extat:* atque *alteram existimares. Da, si nacta est curti lateris parvam extensionem, et apparet minor puella Pygmæa,* quando *nullis* est *cothurnis innixa, atque pede sublevato ad basia agilis subrigitur. Nullum interim*

—499 *ac arte* 22.—501 *Atque* 16. 85. *tanti* 10. 15. 22-25. 27. 45-50. 54-69. 71-74. *quærenda* 16. *quærendi est* 22. *Tanti anquirendi est cura decoris* Ms. liber Schegkii (v. ejus Præmiss. Epist. v.) prob. Grangæo, qui et inf. xiv. 223. recte, opinor, legi existimabat, *quæ terraque marique Acquirenda putes*, quemadmodum Stewechius ad Veget. infra xiv. 238. *divitias acquirere*, quod probabat Plathner tanquam efficacius. Hæ lectiones omnino arridere possunt: nam *acquirere* est circum circa, ubivis quærere; idemque verbum etiam significat investigare, inquirere, cognoscere in judicio, quæ notio h. l. aptissima. Malim tamen *Tanta acquirendi* vel *inquirendi cura* vel *est cura decoris*.—504 *aliam credas* 25. 27. 46-50. 54-69. 71-74. 77. *cedo sibi* 45. *credo* 9. *cito* pro *cedo* conj. Schrader.—506 *subnixa cothurnis* 77. *adjuncta cothurnis* vetus liber Sciopp. qui in Veris. iv. 10. id multo elegantius esse judicat, confertque verba Cicer. *quis meum generum alligavit gladio?*—507 *in oscula* 77.—508 *interea cura* 15. 16. 27. 46-50. 54. 55. 57. 58. 64. *Nulla fieri interea est cura* 85. *fiat* 19.—

NOTÆ

502 *Tot ordinibus*] Capillorum tricis.

Compagibus] Commissuris, fasciis, tiara. Suggestum comæ vocat Papinius.

503 *Ædificat*] Substructionibus velut exaggerat, auget, effert.

Andromachen, &c.] Crederes uxorem Hectoris, statura grandi et magna conspicuam.

504 *Post minor est*] Ubi nullæ sunt capillorum substructiones, quæ grandiorem exhibeant.

Cedo, si breve, &c.] Hoc vero breviori illi indulge, ut altior videatur, ac videri velit. Vel, quæso dic an non alia prorsus ac diversa appareret videnti a fronte, et a tergo?

506 *Pygmæa*] Pusilla et cubitalis instar Pygmæorum Indiæ montana colentium. De quibus vide Plin. vii. 2. Agell. ix. 4. Athen. ix. 11. et quæ nos infra ad Satir. xiii. vs. 167. ac seq.

Cothurnis] Calceamentis sublimioribus subere confertis, quorum usus erat apud Tragœdos.

Damnorum: vivit tanquam vicina mariti.
Hoc solo propior, quod amicos conjugis odit,
Et servos, gravis est rationibus. Ecce furentis
Bellonæ, matrisque Deum chorus intrat, et ingens
Semivir, obscœno facies reverenda minori,
Mollia qui rupta secuit genitalia testa
Jam pridem, cui rauca cohors, cui tympana cedunt
Plebeia, et Phrygia vestitur bucca tiara.

mariti studium, neque memoria est detrimentorum: vitam agit velut viri vicina, hoc uno propinquior, quod aversatur mariti intimos atque famulos: et *computationibus molesta est. En ingreditur cœtus Bellonæ sævientis, ac parentis Deorum, atque magnus dimidius vir, vultus colendus juniori impudico, qui fracta testa dudum abscidit * * cui caterva rauca, cui tympana vulgaria concedunt, atque maxilla operitur infula Phrygia. Ingentem sonum edit, et imperat formidari redi-*

509 *nihil* pro *vivit* 71. *vicina marito* 10. 12. 14. 15. 18. 19. 23-27. 46-50. 54-61. 63-69. 74. 77. forte rectius.—510 *proprior* 47. *amicas* 19.—511 Nimis abrupta est oratio, et unus forte alterque versus excidit culpa librariorum. Verba enim *gravis est rationibus* ne copula quidem reliquis junguntur, et in extrema hujus versus parte repente, sine ulla transitus nota, progreditur Juvenalis ad aliud argumentum, quodque copiosissime omnium, usque ad vs. 592. pertractatur. *ecce feruntur* 85.—514 *molli* 45. *quæ* 15. 85. *rupta* restitui pro *rapta* ex 25. 27. 46-50. 54-69. 71-74. 77. probante Plathnero, qui tamen quoad sensum ad *genitalia* hanc vocem referendam putabat, non ad *testam* Samiam, quæ acuta fuerit. Sed illa notio jam verbo *secuit* exprimitur, et *rupta* s. fracta *testa* etiam acuta esse potest. *fracta* malebat Ramir. ad

NOTÆ

509 *Damnorum*] Quibus exhaurit maritum per cultus sumtuosiores.

511 *Gravis est rationibus*] Quando computantur impensæ quibus rem familiarem afficit ipsa gravis est marito; vel sæva est in famulos ac dispensatores accepti et expensi rationem reddentes. Posterior hæc interpretatio magis placet.

Ecce furentis, &c.] Jam superstitiosas mulierum observationes notat.

512 *Bellonæ, matrisque Deum*] *Bellonæ et Cybelæ* Sacerdotes. De quibus Satir. II. vs. 111. et Satir. IV. vs. 124. Lactant. I. 21.

513 *Semivir*] Venerandus Antistes Eunuchus.

515 *Rauca*] Ob nimiam vociferationem, unde mox ait, *grande sonat*. Nec audiendi qui interpretantur de voce acutiori, qualem habent eunuchi.

Tympana] Metonymia. Sacerdotes tympana pulsantes, qui quidem inferioris erant ordinis, quapropter addit, *plebeia*.

516 *Phrygia vestitur bucca tiara*] Usitata Phrygiis ac Persis tiara. Pileus erat e bysso rotundus, quasi sphæra media, caput tegens Sacerdotale, in occipitio vitta constrictus. Isid.

Vestitur bucca] Tiaræ lobi maxillas operiebant, et sub mento constringebantur.

Tiara] S. Hieron. Comment. in Daniel. c. 3. 'Tiara,' inquit, 'verbum græcum est, usu versum in latinum, de quo et Virgilius, *sceptrumque, sacerque tiaras*: genus pileoli, quo Persarum et Chaldæorum gens utitur.' Et, de Vestitu Sacerdotum,

Grande sonat, metuique jubet Septembris, et Austri
Adventum, nisi se centum lustraverit ovis,
Et xerampelinas veteres donaverit ipsi,
Ut quicquid subiti, et magni discriminis instat,
In tunicas eat, et totum semel expiet annum.

tum Septembris ac Noti, nisi centenis se ovis expiaverit, atque dederit ei xerampelinas antiquas, ut quodcunque imminet repentini ingentisque periculi, in vestes abeat, ac integrum semel annum expurget. Inibit fluvium hyemalem rupto gelu,

Martial. III. 81. quod tamen synon. est.—517 *aut Austri* 16.—519 *Et* abest ab 47. *xerampelinas* 1. 10-14. 17. 25-28. al. *xerampillinas* 15. *xerapellinas* 23. 45. 60. 65. *xerapelinas* 18. 56. 59. *xemrampelinas* 63. *serapellinas* 16. 19. 24. *serapelinas* 20. 21. *serampelinas* 22. *xylampelinas*, h. e. vestes xylinas s. lineas ampelini coloris, adversante metro conj. Britann. coll. Plin. XIX. 1. *veteres* 1. 10. 11. 12. 14. 15. 19-22. 25. 26. 31 a. 48. 49. 54-57. 59-63. 65-73. 75-77. 82. 83. *vestes* 16. 17. 18. 23. 24. 27. 28. 45. 46. 47. 50. 58. 64. 74. Non male: nam Archigallum novarum magis, quam veterum vestium fuisse cupidum, quis dubitet? At τὸ *veteres* ad modestiam petentis referri potest. *donaverat* 85. *illi* 22. 24. *igni* pro *ipsi* Pulmannus monet legisse Canterum Nov. Lectt. III. 6. ubi hanc notam frustra quæres. Eo tamen respicere videtur nota Voss. ad Catull. p. 168. 'Male vulgo hæc corrigunt, ac si moris fuisset istis Cybeles sacerdotibus, vestes matronarum igni cremare lustrationis gratia.' —520 *Et* 20. 23. *magni et subiti* 16.—521 *simul* 7. *expiat* 14. *expleat* 21.

NOTÆ

ad Fabiolam, sic habet: 'quartum vestimenti genus est rotundum pileolum, quale pictum in Ulyssæo conspicimus, quasi sphæra media sit divisa, et pars una ponatur in capite. Hoc Græci τιάραν, nonnulli galerum vocant —— non habet acumen in summo, nec totum usque ad comam caput tegit, sed tertiam partem a fronte inopertam relinquit, atque ita in occipitio vitta constrictum est, ut non facile labatur ex capite. Est autem byssinum et sic fabre opertum linteolo, ut nulla acus vestigia extrinsecus appareant.' Hactenus S. Hieronymus.

517 *Septembris, et Austri adventum*] Meridionalem ventum Septembri mense flantem, et febres aliosque morbos procreantem.

518 *Lustraverit ovis*] In Sacris Isidis præsertim ad lustrationes, ova adhibebantur. Cœl. Rhodig. XXVII. 17. Brod. Miscell. I. 25. &c.

519 *Xerampelinas*] Utebantur matronæ vestibus coloris siccæ rosæ, seu pampini arescentis. Unde nomen factum ξηρὸς, *siccus*; ἄμπελος, *pampinus*. Vetus Schol. Eas in templo Isidis suspendebant. Hoc autem invenerat avaritia Sacerdotum, ut donis ita ditescerent. Simile quid Christus Dominus exprobrat Pharisæis Matth. 15. De quo vide S. Hieron. l. II. Comment. in dictum caput Matthæi. 'Ita fiebat,' inquit, 'ut oblationes et vota sub occasione Templi et Dei in Sacerdotum lucra cederent.'

Donaverit ipsi] Matrona superstitiosa astuto Sacerdoti.

521 *In tunicas eat*] In oblatas Isidi et donatas Antistiti Sacrorum xerampelinas veteres, quibus credebant adhærescere mala impendentia totum

Hybernum fracta glacie descendet in amnem,
Ter matutino Tiberi mergetur, et ipsis
Vorticibus timidum caput abluet: inde Superbi
Totum regis agrum nuda ac tremebunda cruentis
Erepet genibus. Si candida jusserit Io,
Ibit ad Ægypti finem, calidaque petitas

mane ter abluetur Tiberi, et ipso in gurgite lavabit meticulosum caput. Deinde spoliata ac tremens sanguinolentis genibus reptabit per *omnem Superbi regis campum. Si alba Io imperaverit, perget ad terminos Ægypti, et haustas ab*

explicat 4.—522 *descendit* 16. 61. *descendat* 22.—523 *mergatur* 20. 22. *mergeatur* 10.—524 *Verticibus* 17. 45. 85. recte forsan pro *verticibus*, quæ antiqua est scriptura, ut *vorsus*, *vortere* cet. Falsum certe est, *verticem* dici cujusvis rei summitatem, *κορυφὴν*, *vorticem* vero aquam fluvii omnemque aliam rem in orbem actam, *δίνην* s. *δῖνον*. Quintil. Inst. Or. VIII. 2. 7. *Vertex*, inquit, *est contorta in se aqua, vel quicquid aliud similiter vertitur: inde propter flexum capillorum pars est summa capitis; et ex hoc, quod est in montibus eminentissimum.* Idem tamen memorat I. 7. 25. Scipionem Afric. primum fuisse, qui pro *vortice* dixerit *verticem*. Conf. Intpp. Virg. Æn. I. 117. VII. 31. 567. Heins. ad Valer. Fl. VIII. 382. et Cellar. Orthograph. lat. T. II. p. 85. ed. Harles. *tumidum* 20. 46-49. 57. 58. 77. *abluat* 16. 22. 85. *abluit* 54. 58.—525 *et* pro *ac* 11. 19. 85.—526 *Ereptet* 75. *sed candida jusserat* 16.—527 *fines* 26. *calidasque* 7. 10.

NOTÆ

per annum.

522 *Hybernum fracta glacie, &c.*] Nihil non suadet superstitio mulieri improbitate sacrificulorum adjuta.

523 *Ter matutino Tiberi mergetur*] Vide Pers. Satir. II. vs. 15. et seq. Horat. Satir. II. 3. 'Frigida si puerum quartana reliquerit, illo Mane die, quo tu indicis jejunia, nudus In Tiberi stabit. Casus medicusve levarit Ægrum ex præcipiti, mater delira necabit In gelida fixum ripa, febrimque reducet. Quone malo mentem concussa? Timore Deorum.'

524 *Timidum*] Injecit enim superstitionem Sacerdos paulo ante, ac metuere jussit.

Superbi totum regis agrum] Campum Martium qui prius fuerat Tarquinii Superbi. Tit. Liv. II. 5.

525 *Nuda*] Ovid. Fast. 6. 'Huc pede matronam nudo descendere vidi.'

Cruentis genibus] Nimirum lapsis offendiculo, in via. Cruentabant et ipsi se cultro stolidi illi Isiaci et Cybelæ Antistites. Sic et l. III. Regum, c. 18. art. 28. 'Sacerdotes Baal incidebant se, juxta ritum suum, cultris et lanceolis, donec perfunderentur sanguine.' Vide Senec. de Vita beata c. 27. ubi et sic habet: 'cum aliqua genibus per viam repens ululat,' &c.

526 *Jusserit*] Per Sacerdotem.

Candida Io] Nota ex Ovid. Metam. I. Fab. 10. Nimirum Io Inachi filia in candidam vaccam a Jove mutata, post recuperavit formam priorem in Ægypto, ubi nupsit Osiridi Regi: Ægyptiis deinde tam cara, ut post mortem in Deam consecrata ab eis fuerit, atque Isis appellata, institutis in ejus honorem Sacris, quæ Isiaca dicta sunt.

527 *Ægypti*] Hæc Africæ regio literis et sacris et profanis decantata, ac vel uno flumine Nilo celebris. Adde, si vis, Memphim, et Pyrami-

A Meroë portabit aquas, ut spargat in ædem
Isidis, antiquo quæ proxima surgit ovili.
Credit enim ipsius dominæ se voce moneri.
En animam et mentem, cum qua Dî nocte loquantur!
Ergo hic præcipuum, summumque meretur honorem,
Qui grege linigero circumdatus, et grege calvo

ardenti Meroë undas afferet, quas effundat in Templo Isidis, quod erectum est prope veterem caulam. Nam putat se incitari verbis ipsius Deæ. Ecce animam et mentem cum qua noctu Numina sermonem habeant. Illic igitur primam ac supremam venerationem adipiscitur qui turba linum ferente cinctus, atque turba capite *ras*

* * * * * * * * * * * *

12. 14-22. 24. 25. 27. 29. 45-50. 54-67. 69. 71-74. 85.—528 *in æde* 61. 62. 66. 67. 68. 71-74.—530 *moveri* 16. 24. 45. 46. 48. 49. 57.—531 *Et* 71. 73. *ac mentem* 85. *dii* 12. 21. 85. *loquatur* 20. *loquuntur* 12. 18. 22. 24. 25. 46-50. 54-60. 62. 65-69. 71-74. 85.—533 *lanigero* 1. 9. 11. 12. 14-24. 27. 45. 85. et duo codd. Pithœi, qui id male probabat. Vetus scholion est: '*lanigero;* sic enim sym-

NOTÆ

dum miracula. Martial.

Calidaque] Sub Zona torrida, ubi Meroë.

528 *Meroë*] Hæc hodie *Gueguere*, Insula omnium quas Nilus ambit, maxima; clypei figuram exhibet, metallis dives est, nomen accepit a sorore Cambysis Regis Persarum ibi fato functa. Ita Herodot. Strabo, Diodorus Siculus, &c. Attamen recentiores longe dissentiunt ab antiquis illis: contenduntque nullam in Æthiopia a Nilo Insulam effici. Neque vero satis constat quid modo sit *Meroë*.

Ædem Isidis] Vetus Schol. 'In Martio campo Templum Isidis vetustum.'

529 *Isidis*] Vide Plutarch. de Iside et Osir. Diodor. Sicul. I. 2. Cœl. Rhodig. v. 12.

Proxima surgit ovili] Prope eum locum, 'ubi Romulus, et pastores assueverant pecora pascere; aut Regiam dicit Romuli, et Palatium.' Quæ quidem ait vetus Schol. Dicunt alii Tarquiniorum ovilia ibi fuisse. Malim ego cum aliis intelligere Septa, id est, loca in Campo Martio tabulis circumcincta, ob similitudinem ovilia dicta; in quibus Populus Romanus ad ferenda suffragia claudebatur. Vide Tit. Liv. XXVI. 22. ubi sic habet: 'datum secreto in Ovili cum his colloquendi tempus.' Septa hæc postea excellenti cultu marmorea facta sunt; habueruntque porticus egregias. Vide Alex. ab Alex. II. 18.

530 *Dominæ*] *Isidis.*

531 *En animam et mentem*] Ironia valde salsa. Scilicet cum impuris Dii colloquuntur: aut per somnium præmonstrant futura, aut suam indicant voluntatem. Porro anima vocatur, qua vivimus; mens vel animus, quo intelligimus et sapimus.

533 *Qui grege linigero*] Summus Antistes.

Grege linigero circumdatus] Choro Sacerdotum Isidis indutorum lineis vestibus Sueton. Othon. c. 12. 'Sacra etiam Isidis sæpe in lintea religiosaque veste propalam celebravit.' Vide Apul. Metam. ult.

Grege calvo plangentis populi] Plin. VIII. 46. 'Bos,' inquit, 'in Ægypto Numinis vice colitur. Apim vocant

Plangentis populi currit derisor Anubis.
Ille petit veniam, quoties non abstinet uxor
Concubitu sacris observandisque diebus;
Magnaque debetur violato pœna cadurco.
Et movisse caput visa est argentea serpens:

*plebis lugentis vagatur Anubis irrisor. Hic indulgentiam precatur quotiescumque non temperat conjux * * diebus sanctis et colendis. Atque supplicium ingens infligendum,* cum *stragulum temeratur: anguisque argentea conspecta est caput concus-*

mystæ, quando Osirim quærunt.'—537 *inviolato* 12. *caduco* 22. *caducco* 21. 59. *caduccæo* 12. *caduceo* 11. 12. 14-20. 23. 24. 25. 27. 45-48. 56. 58. 60-63. 65-69. 71. 72. 73. 85. cod. Pontani, (quem v. ad Macrob. Sat. I. 20.) et libri Pulmanni, probb. Autumno, Mancin. et aliis, ut Anubis designetur, qui, ut Mercurius, læva manu caduceum gerat, de quo v. Apul. Met. XI. p. 373. vel p. 262. ed. Elm. Male, et contra metrum!—538 *monuisse* 59. 60.—

NOTÆ

—Non est fas eum certos vitæ excedere annos; mersumque in Sacerdotum fonte enecant quæsituri luctu alium, quem substituant; et donec invenerint, mœrent; derasis etiam capitibus, &c. Insigne ei, in dextro latere candicans macula, cornibus Lunæ crescere incipientis; et nodus sub lingua, quem cantharum appellant.' Ibid. Vide et Diodor. Sicul. II. 4. &c. Cicer. I. de Nat. Deor. n. 83. Macrob. l. I. Saturn. c. 22. &c.

534 *Currit*] Ad quærendum Apim bovem, ut mox dictum est. Vide etiam Ammian. Marcell. l. XXII.

Derisor] Credulas populi mentes illudens.

Anubis] Summus Sacerdos personam exhibens ipsius Anubidis, quem Osiridis filium Ægyptii colebant ut nuncium Superos inter ac Inferos, sub canina quidem specie et effigie, eo quod ille canem pro insignibus habuisset. Citat. mox Diod. Sicul. Plutarch. de Osir. Cœl. Rhodig. v. Propertius. 'Ausa Jovi nostro latrantem opponere Anubim.' Virgil. Æn. VIII. 'Latrator Anubis.'

535 *Ille petit veniam, quoties, &c.*] Dum Sacra Isidis peragebantur novem per dies, nefas erat uxoribus uti conjugio: debebant siquidem ipso in Templo stramentis incubare, ibique pervigilia celebrare. Ergo quæ præscriptum violaverat, tenebatur adire Sacerdotem, ut pro ipsa veniam impetraret. Vel ipse maritus pro uxore deprecabatur, ut placet quibusdam.

537 *Cadurco*] Culcitra linea a Cadurcis Galliæ populis texta, ex Plin. XIX. 1. Metonym. pro lecto, vel stramento, ut mox dictum. Legunt quidam, *Caduceo*, quanquam repugnat metri lex; intelliguntque Anubim, qui læva caduceum gerens describitur ab Appuleio l. XI.

538 *Visa est argentea serpens*] Tum illusor Antistes ut religionem ac metum injiciat, mentitur visam a se argenteam serpentem, quæ est in Isidis Templo, quassantem caput præ ira, ob violata Sacra, et castitatem a mulieribus non servatam. Alii, movisse caput, interpretantur, annuisse pre-

Illius lacrymæ, meditataque murmura præstant,
Ut veniam culpæ non abnuat, ansere magno
Scilicet, et tenui popano corruptus Osiris.
  Cum dedit ille locum; cophino, fœnoque relicto,
Arcanam Judæa tremens mendicat in aurem,
Interpres legum Solymarum, et magna sacerdos
Arboris, ac summi fida internuntia cœli;
Implet et illa manum, sed parcius ære minuto.

sisse. Fletus ejus et præparatæ susurrationes faciunt ut indulgentiam noxæ non deneget Osiris pingui nimirum ansere, exiguaque placenta conciliatus. Quando hic loco cessit, Judæa mulier *consulta juris Ierosolymæ, summaque arboris Antistes, et supremi cœli fidelis Interpres, dimisso corbe et fœno, tremebunda* stipem *rogat secreto, in auriculam. Hæc etiam replet manum, at parva et modica pecunia. Ju-*

539 *lacrimis* 10. 12. 14-26. 85. *lachrymis* 11. 45. 46. 47. 49. 50. 54-58. 64-68. 71. 73. 74. 76. *præstent* 60. 65.—540 *culpæ veniam* 22.—541 *pepono* 11. 14. 15. 17. 19-22. 27. 45-48. 85. *pepano* 16. *peponæ* 23. 24.—545 *et summi* 18. 22. 77.—546 Vulgo majorem distinct. ponunt post *parcius*, junguntque verba

NOTÆ

cibus Sacerdotis pro superstitiosa uxore intercedentis, et culpæ veniam rogantis.

539 *Meditata murmura*] Conceptæ Sacerdotis preces.

540 *Ansere magno, &c.*] Ansere et popano placari solebant Isis et Osiris.

541 *Osiris*] Vide supra, ad voces *Io*, et *Isidis*. Item Herodot. l. II. et Macrob. Saturn. I. 20. et 21.

542 *Cum dedit ille locum*] Postquam recessit Antistes Isidis, succedunt alii superstitionis artifices.

Cophino, fœnoque relicto] Solita supellectile, de qua jam Sat. III. vs. 14. Has nimirum Judæi circumferebant suæ paupertatis notas, aut certe monimenta servitutis in Ægypto durissimæ, de qua Psalm. 80. 'Manus ejus in cophino servierunt.' Quem in locum sanctus Augustinus. 'Cophinus,' inquit, 'significat opera servilia, ut mundare stercora, terram portare, ad quæ uti solent cophino:' in hoc etiam stipulas colligebant ad coquendos lateres. De his amplius Joseph. Bell. Judaic. VII. 7.

543 *Arcanam mendicat in aurem*] Clam; suspecta enim Romæ erat consuetudo cum Judæis; et quidem Judaicam religionem professi deferebantur, et tributa pendebant. Testis est Sueton. Domit. c. 12.

544 *Legum Solymarum*] Judaicarum legum per Moysen traditarum. Porro Solyma, dicta post Hierosolyma, longe clarissima fuit urbium Orientis, non Judææ modo, vel Plinio teste, v. 14.

Sacerdos arboris] In silva Aricina, ut dictum supra Sat. III. ad vs. 15. et 16. alludit Juvenalis ad responsa dari solita sub quercu in nemore Dodonæo per Jovis Sacerdotes, apud Epirum.

546 *Sed parcius*] Quam Isidis Sacerdotes. His enim pecuniam liberaliter donant Romanæ matronæ: at istis Judæis mulieribus parce, et clam.

Qualiacumque voles Judæi somnia vendunt.
Spondet amatorem tenerum, vel divitis orbi
Testamentum ingens, calidæ pulmone columbæ
Tractato, Armenius, vel Commagenus haruspex;
Pectora pullorum rimatur et exta catelli,
Interdum et pueri: faciet, quod deferat ipse.
Chaldæis sed major erit fiducia: quicquid
Dixerit Astrologus, credent a fonte relatum

dæi venumdant insomnia qualibet cupies. Porro *Hariolus* ex *Armenia aut Comagene,* postquam *palpavit pulmonem calentis columbæ, pollicetur mollem amasium, aut pingue testamentum orbati opulenti. Scrutatur exta pullorum, atque intestina catuli, aliquando etiam infantis. Perpetrabit quod ipse denuntiaret. Verum amplior dabitur fides Chaldæis. Quodcumque Astrologus loquetur, æstimabunt pro-*

ære minuto qualiacumque v. I. s. v.—547 Henninius et alii post *vendunt,* et vs. 550. post *tractato* colon ponunt, ut verba *Spondet amatorem...Tractato* ad præcedd. et Judæos referantur. Sed Judæi h. l. sunt somniorum interpretes, et verba *calidæ pulmone columbæ tractato* ad haruspicem potius spectant, adeoque cum seqq. jungenda videntur.—550 *Cummagenus* 15. *Cogamenus* 16. *Cormagenus* 19. *Comagenus* 18. 21. 22. 25. 27. 45. 46. 47. 49. 50. 57. 58. 60. 61. 63-67. ut in plerisque libris Plinii et Taciti. Sed Græcis Κομμαγήνη dici solet. Cf. Cellar. Geogr. ant. P. II. p. 400.—551 *rimatur et* pro *rimabitur* restitui ex 10. 11. 14-27. 45-50. 54-69. 71-74. 85. Ita certe oratio fit concinnior, copula non omissa. *catellæ* 45. Cf. ad vs. 654.—552 *faciat* 16.—554 *Astrono-*

NOTÆ

547 *Judæi*] Dilectus olim Deo populus a Juda quarto Jacobi filio dictus, deinde vero ob scelera per orbem dispersus, misere victitans, et cunctis odiosus. Opimam Syriæ coluit regionem, quæ ab ipsis Judæa nuncupata est.

549 *Testamentum ingens*] Legatum pingue, vel hæreditatem universam, et ex asse.

Calidæ] Modo jugulatæ.

550 *Armenius*] Supra ad vs. 406.

Commagenus] Oriundus ex illa Syriæ parte, quæ Orientem spectat.

Haruspex] Sat. II. vs. 121.

551 *Pectora pullorum rimatur*] Spirantia consulit exta, et ex his divinat et vaticinatur.

552 *Interdum et pueri*] Infantes etiam superstitio mactabat. Psal. CV. vs. 37. 'Et immolaverunt filios suos et filias suas Dæmoniis,' &c. Vide Plutarch. de Herodoti malign. non longe ab initio. Macrob. III. 7. Cœl. Rhodig. XIII. 28. Alex. ab Alex. l. VI. cap. ultimo.

Faciet, quod deferat ipse] Vetus Schol. ait hic notari Egnatium Philosophum, qui filiam Bareæ Sorani ad magicam hortatus ipse postea Neroni detulit: quam ob rem mori cum patre jussa est. Delationem hanc jam damnavit Juvenalis Sat. III. 116.

553 *Chaldæis*] Hi mirum in modum Astrologiæ dediti, in ea disciplina claruerunt. Cicer. I. de Divin. n. 2. et 92. Gell. I. 9. et XIV. 1. Diodor. Sicul. II. 3. III. 8. et XVII. 11. et 12. Babyloniæ regionem tenuerunt. Ibi Templum Beli Sideralis scientiæ Inventoris, teste Plinio VI. 26.

554 *A fonte relatum Hammonis*] Ab

Hammonis; quoniam Delphis oracula cessant,
Et genus humanum damnat caligo futuri.
Præcipuus tamen est horum, qui sæpius exul,
Cujus amicitia, conducendaque tabella
Magnus civis obît, et formidatus Othoni.
Inde fides arti, sonuit si dextera ferro

fectum a scaturigine Jovis *Ammonii, quandoquidem responsa Delphica desiere; atque eventurorum ignoratio condemnat hominum naturam. Istorum nihilominus princeps est qui frequenter extorris, cujus familiaritate et emendis commentariis moritur civis præclarus atque Othoni metuendus. Hinc peritiæ existimatio, si dextra*

mus 77. *credet* 46. 47. 49. 50. 55. 64. *credunt* 85. *de fonte* 77. *a fronte* 1. 11. 12. 14. 15. 16. 21. 22. 45. 62. 67. 68. 69. 71. 73. 74. 85. quod mireris etiam placuisse Schurzfl. qui exponit: a cornibus, h. e. ex ipso ore. Alii hæc verba eo spectare putant, quod Jupiter Hammon nutu et signis responsa dederit, non verbis, ut Apollo Delphicus. Plathnerus credebat, a poëta exotico huic Jovi cornua exprobrari arietina.—555 *Ammonis* 21. 85. *cessent* 60.—556 Pro *damnat* poëta forte scripsit *cruciat*, vel *vexat*, vel aliud, nescio quid, quod magis congruit.—557 *horum est* 23. 45-50. 54. 55. 57. 58. 64. *horum est hic qui* 11. 45. 85. *horum hic est* 10. 12. 16. *sequitur exul* 12.—558. 559 Hi versus ex ingenio forte interpolatoris profecti. Alia certe manu additi sunt in 8. iisque obelo transfixis sententia bene procedit: neque Seleucum *sæpius exulem* fuisse, alii, quod sciam, tradunt.—559 *obiit* 85. *obit civis* 22. *formidandus* 6. 15.—560 *arti* pro *artis* revocavi ex 10. 17. 20. 21. 22. 25. 26. 27. 46-50. 54. 55. 57-69. 71. 72. 73. 77. Cf. Ovid. A. A. III. 791. Post *ferrum* interpungunt

NOTÆ

ἄμμον, arena, dictus Jupiter, cui fertur Bacchus Templum condidisse, propter inventum fontem in Libyæ desertis, apud Cyrenaicam regionem. Plin. v. 5. vi. 29. Diodor. Sicul. xvii. 5. et alibi. De Templo et oraculo Jovis Ammonii varia variis locis l. ii. narrat Herodotus. Ammonis porro nomen sunt qui deducant a Chamo Noachi filio, cui in terrarum distributione Africa obtigit.

555 *Delphis*] Urbs erat in Bœotia, Apollinis inclyta responsis, quorum illud fuit ultimum, nato Christo: 'Me puer Hebræus Divos Deus ipse gubernans Cedere sede jubet,' &c.

Oracula cessant] Vide Plutarchum de oraculorum defectu.

556 *Damnat*] Vel damno afficit, vel propter noxas et scelera arguit et punit, ita Diis ulciscentibus, ad hominum interrogata non amplius respondendo.

557 *Qui sæpius exul*] Seleucum insignem Mathematicum intelligit, de quo Sueton. Othon. c. 4.

558 *Tabella*] Observationibus Astrologicis, per quas Othonem Neroni fore superstitem prædixerat Seleucus, ac subinde ultro et inopinatus ipse adveniens imperaturum brevi repromisit. Sueton. citato loco.

559 *Magnus civis*] Galba, cui vitam et Imperium Otho ademit. Porro Galbæ etiam imminens exitium portenderat Haruspex. Sueton. Galb. c. 19.

560 *Inde fides arti*] Tum vero crescet Mathematici fama, cum in vincula sæpe conjectus fuerit, propter ju-

Lævaque, si longo castrorum in carcere mansit.
Nemo mathematicus genium indemnatus habebit:
Sed qui pæne perit, cui vix in Cyclada mitti
Contigit, et parva tandem caruisse Seripho.
Consulit ictericæ lento de funere matris,
Ante tamen de te, Tanaquil tua: quando sororem
Efferat, et patruos; an sit victurus adulter
Post ipsam? quid enim majus dare numina possunt?
Hæc tamen ignorat, quid sidus triste minetur

et sinistra ferreis manicis *resonuerint, si in exercitus custodia diutissime sit detentus. Nullus Astrologus ingenio valebit non damnatus, at qui propemodum interiit, cui difficulter concessum est ad Cycladas relegari, ac Seripho angusta aliquando recessisse. Tanaquil tua interrogat de tarda morte parentis ictero affectæ, prius tamen de te; quando sepeliat germanam ac patruos; utrum mœchus superstes ipsi futurus sit. Enimvero quid excellentius donare queant Dii? Nihilo-*

alii, etiam Hennin.—561 *longa* 9. *in* abest ab 22. 45. et *si* ab 85.—562 *indamnatus* 12. 16. 17. 19. 21. 22. 85.—563 *cyclade* 17. 20. 21. 27. 47. *ciclade* 12. 19. 22-24. 45. 85.—564 *latuisse* pro *caruisse* conj. Schrader. *Serypho* 60. 65. *Seriffo* 17. *Secipso* 16.—565 *hictericæ* 14-17. 19-22. 26. 85.—*hyctericæ* 24. *hitterice* 45. *hunc tetrice* 23. *longo* pro *lento* 45.—568 *dare majus* 25. 46-49. 54-56. 58. 59. 60. 64. 65.—569 *Hæc eadem novit* emend. Schrader, audacter

NOTÆ

dicia ex arte facta. Illi enim a Principibus detinebantur donec probaretur veritas vaticiniorum, quæ si falsa reperiebantur, mortis periculum impendebat: si vera, ingens existimatio et munera. Vide Sueton. Tiber. c. 14.

562 *Mathematicus*] Gell. I. 9. 'Quos Gentilitio vocabulo Chaldæos dicere oportet, Mathematicos vulgus appellat,' inquit.

Habebit] Id est, habere putabitur vim et peritiam divinandi.

563 *Vix in Cyclada mitti*] Qui tantum non morti addictus, et vix pro capitali sententia exilii pœnam obtinuit.

Cyclada] In unam e Cycladibus, quæ sunt Ægei maris Insulæ, velut in orbem dispositæ: unde vocabulum.

564 *Caruisse Seripho*] Revocari ab ea Insula Cycladum una, quo nocentes relegari solebant. Plin. IV. 12. et VIII. 58.

565 *Consulit ictericæ, &c.*] Insignes ejusmodi Mathematicos.

Ictericæ] Laborantis arquato morbo, qui Græce dicitur ἴκτερος, estque bilis suffusio per totum corpus. Plin. XXX. 11. 'Avis icterus dicta,' inquit, 'a colore (*flavo*) id malum sanat, ut tradunt, si spectetur, avis autem ipsa moritur.'

566 *De te*] Sed ante omnia, de tua morte.

Tanaquil tua] Uxor tua cognoscendi futuri perinde cupida ut Tanaquil Tarquinii Prisci conjux, quæ viro summum principatum augurata est; Tit. Liv. I. 34. et seq. 'Et Mathematicam artem callebat.' Vetus Schol.

568 *Quid enim majus*] Quid optabilius, quam longam amasii sui vitam.

569 *Hæc tamen ignorat*] Hæc mulier Astronomiam ignorat; at sunt aliæ quæ eam artem affectant.

Saturni, quo læta Venus se proferat astro,
Qui mensis damnis, quæ dentur tempora lucro.
Illius occursus etiam vitare memento,
In cujus manibus, ceu pinguia succina, tritas
Cernis ephemeridas: quæ nullum consulit, et jam
Consulitur: quæ, castrà viro patriamque petente,
Non ibit pariter, numeris revocata Thrasylli.

minus ista nescit quid portendat mœstus Saturni planeta; quo sidere fausta Venus progrediatur; qui mensis detrimento, quæ tempestas quæstui assignetur. Memor quoque esto cavere ne *incidas in eam, in cujus manibus ephemeridas aspicis detritas velut uncta succina, quæ neminem interrogat, jamque interrogatur: quæ marito ad militiam et patriam eunte, non perget simul retardata supputationibus Trasilli.*

et invita Minerva. *quod* 16. 24. *sidus quid* 18. *minatur* 23. 25. 27. 45-49. 54-60. 65. 85.—571 *Quis* 16. 21. 22. 45. *menses* 4. 59. 60. 65. *damno* 10. 15. 25. 27. 46. 47. 48. 50. 54-63. 65. 68. 71-74. 77. *dantur* 16. 85. *Quis detur mensis damno, quæ t. l.* 11.—573 *seu* 21. 65. *sucida* 17. 18.—574 *ephimeridas* 18. 23. 45. *ephymeridas* 19. 24. *ephimerides* 85.—575 *petenti* 14. 16.—

NOTÆ

570 *Saturni*] Unus e septem Planetis est, ideo tristis et damnosus quia siccus et frigidus. Tull. de Nat. Deor. et de Divin. Macrob. in Somn. Scip. I. 19. Plin. II. 8. et seq.

Quo læta Venus] Quo sidere gaudeat conjungi Venus, et conjuncta faveat. Hæc nimirum Lunæ juncta salutaris creditur. Cicero, Macrobius, Plinius cit. loc.

Se proferat] Procedat, ascendat, proficiat.

571 *Qui mensis damnis, &c.*] Quibus anni temporibus Astra prosint, quibus noceant. Quando v. g. dominatur Mercurius lucri Deus, &c.

572 *Illius occursus, &c.*] At inprimis devita illas mulieres quæ Astrologiam ipsæ callent, et futura inde rimantur.

573 *Ceu pinguia succina*] Tam sæpe contrectatas ab ipsa, quam sua ex electro monilia; vel, tam ab ea tritas, quam succinum, quod ex assidua manuum contrectatione et sudore unctum et pingue omnino est.

Succina] Electrum Græci vocant. Plin. XXXVII. 3. 'Nascitur,' inquit, 'defluente medulla pinei generis arboribus, ut gummi in cerasis, resina pineis erumpit humoris abundantia, densatur rigore vel tepore autumnali ——arboris succum prisci credidere, ob id succinum appellantes,' &c.; at bis errat Plinius in istis. Nec enim ex arboribus sed e saxis emanat succinum: deinde nec resinam ferunt arbores in iis regionibus e quibus electrum advehitur. Est ergo succinum bituminis genus concretum et condensatum.

574 *Ephemeridas*] Libellum Mathematicum in quo notatur quæ singulis diebus cœli constitutio.

576 *Numeris revocata Thrasylli*] Vel quod prævidet ex Astris periculum, si marito comes eat; vel præ nimio artis illius, ut fit, studio: et quod tunc supputando speculandove intenta incumberet.

Thrasylli] Celebris Mathematici Imperatori Tiberio familiaris. De eo Sueton. Tiber. c. 14. et Cornel. Tacit. Annal. VI.

Ad primum lapidem vectari cum placet, hora
Sumitur ex libro: si prurit frictus ocelli
Angulus, inspecta genesi collyria poscit.
Ægra licet jaceat, capiendo nulla videtur
Aptior hora cibo, nisi quam dederit Petosiris.
  Si mediocris erit; spatium lustrabit utrimque
Metarum, et sortes ducet, frontemque manumque

Quando libuerit ferri ad primum lapidem, hora e codice accipitur. Si prurit angulus oculi scalptus, petit collyria post *consideratam nativitatem. Quamvis decumbat ægrota, hora nulla sumendis alimentis magis idonea putabitur, quam quæ præscripta fuerit a Petosiri. Si paupercula fuerit, decurret ambo intervalla termi-*

576 *Trasylli* 22. *Trasilli* 17. 18. 20. 28. 24. 45. 85.—577 *si* pro *cum* 20.—578 *sic* 20.—579 *colliria* 17-20. *collicia* 16. *coliria* 27. 48. *colyria* 45. 47. et ita scribendum putabat Grangæus, quoniam vocis origo deducenda sit ἀπὸ τοῦ κωλύειν τὸν ῥοῦν, i. e. a prohibenda fluxione, non ἀπὸ τοῦ κολλᾷν. Neutra etymologia videtur probanda, et κολλύριον dictus forte globulus balsaminus a κολλύρᾳ, specie panis, forsan ovata. *poscunt* 9.—580 *capiendi....cibi* 49. 55.—581 *Petosiris* restitui ex 10. 18. 19. 54. 64. 85. nam Πετόσιρις dicitur Suidæ, Plinio, Firmico et aliis: unde tamen suspiceris, syllabam penult. brevem esse. *Potosiris* 20. *Pethosirus* 26. *Petorysis* 16. *Petosyris* editt.

NOTÆ

577 *Primum lapidem*] Caius nempe Gracchus Tribunus Plebis singulis milliariis columnas lapideas disponi jusserat, quibus viarum spatia signarentur. Plutarch. in Gracch.

578 *Ex libro*] Ex Ephemeride, cavens ne tum noxia dominentur astra, cum ad ambulationem procedit, aut quidvis aliud frivolum molitur.

579 *Inspecta genesi*] Genitura, hora natali, horoscopo.

Collyria] Oculorum medicamina. Horat. Sat. I. 5. 'Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere.'

581 *Petosiris*] Astrologus Ægyptius, cujus meminere Suidas, et Plin. VII. 49.

582 *Si mediocris erit, &c.*] Mediocris mulier mediocres ariolos consulet mediocri pretio.

Spatium lustrabit utrimque] Circum nempe adibit, in quo Divinatores et Sortilegi viliores aderant multi. Hinc fallacem circum vocari ab Horatio asserit Turnebus v. 23.

Spatium lustrabit utrimque metarum] Sueton. Cæsar. c. 39. 'quo laxius dimicaretur,' inquit, 'sublatæ metæ, inque earum locum bina castra ex adverso constituta.' Et Claud. c. 21. circum maximum ait marmoreis carceribus auratisque metis excultum, cum prius utraque tophina et lignea fuissent. Acron porro viles ariolos circa metas illas considere solitos affirmat. Aliter autem vetus Schol. locum hunc expedit: 'Circulatores,' inquit, 'consueverant duo sibi loca deligere, quæ lustrabant et circumibant, ac per ea deinde jactitare sortes seu taxillos, ut exinde quod suæ geneseos signum se accommodaverit inspiciatur, numquid vivet et quando; tumque paucis ex verbis ibidem conscriptis sortes educebant.'

583 *Sortes ducet*] Cic. de Divin. passim de more illo sortes miscendi, tollendi, educendi. L. II. n. 85. Numerius Suffetius inventor earum dicitur: ibid. Sortes mittere idem est

Præbebit vati crebrum poppysma roganti.
Divitibus responsa dabunt Phryx augur, et Indus
Conductus, dabit astrorum, mundique peritus,
Atque aliquis senior, qui publica fulgura condit.
Plebeium in circo positum est, et in aggere fatum.

norum, ac sortes extrahet; et frequens blandimentum dabit ariolo frontem ac manum scrutanti. At *opulentis vaticinia proferet Phrygius Vates, proferet quoque illinc mercede accersitus sidera et mundum cognoscens, quidam etiam vetulus, qui abscondit fulmina communia. Plebis fatum stat in circo atque in aggere. Quæ nudato collo*

tantum non omnes, etiam Hennin.—582-584 Hos versus Bahrdt et alii jungunt cum antecedd. in quibus tamen de muliere agitur, *quæ nullum consulit et consulitur*. Equidem malim versus 585. 586. et 587. ante v. 582. legere, ne poëta v. 588. sqq. ad plebeias s. pauperes mulieres redeat, repetatque eadem. *Sed* 22. *utrumque* 10. 11. 14-25. 27. 45-50. 54-69. 71-74. 77. 85.—583 Hic versus post v. 590. legitur in 85. et *ducit* pro *ducet*.—584 *Vati præbebit* 11. *nati* 61. *poppisma* 50. 73. *popysma* 11. 21. 22. 25. 49. 54. 59. 63. 66. 67. 68. 71. *popisma* 10. 17-20. 23. 24. 27. 45-48. 58. 64. 65. 85. Legendum crediderim *crebrum ad poppysma roganti.*—585 *dabit* 19. 21. 22. 25. 27. 46-50. 54-69. 71-74. 77. *responsa feret* 10. 12. 17. 18. 45. *ac* 10. 12. 45. *Phryx augur, et inde* (e Phrygia) *Conductus* cet. 1. 10. 11. 12. 14. 16. 17. 20. 21. 22. 24. 25. 27. 47. 49. 54. 55. 58. 61. 62. 63. 65-69. 71-77. non improbant. Schurzfl. quod mireris. *aut inde* 85.—587 *Atque aliis* 60. 65. 85. *fulmina* 19. *credit* 15. *curat* 77.—588 *Plebeum* 45. *factum* 18. a m. pr.—589 *ostendet* 12.

NOTÆ

quod talos jacere vel tesseras——et tota res inventa fallaciis aut ad quæstum, aut ad superstitionem, aut ad errorem, &c. Vide Sueton. Tiber. c. 14. et Ner. c. 21. Porro sortes erant tessellæ quædam aut taleolæ inscriptas habentes sententias, aliæ felicitatem, calamitatem aliæ denuntiantes: mittebantur aut in urnam, aut in sitellam, aut in galeam, &c. Versabantur et educebantur manu pueri. Testis Cicero de Divin. Vide Turneb. v. 21. et 23. XXVIII. 16. Alex. ab Alex. I. 13., &c.

Frontemque manumque] Sistet se coram Metoposcopis et Chiroscopis, qui e frontis et manuum inspectione divinant; et iis abblandietur, ut futura sibi aperiant: nec rogantibus pro mercede poppysma denegabit.

584 *Poppysma*] Græca vox proprie significans eum sonitum qui fit collisis labris, ut et cupide osculando; et hoc sensu poni hic videtur: adulationem etiam designat.

585 *Phryx augur*] Cicer. I. de Divin. n. 92. Phryges, Pisidæ, Cilices, et Arabum natio avium significationibus plurimum obtemperant.

Et Indus] Id est, Brachmanes et Gymnosophista, seu Indorum Sapiens.

586 *Astrorum mundique peritus*] Mathematicus et Astrologus.

587 *Qui publica fulgura condit*] Fulgurum expiator, ea terræ infodiens et humi condens. Vide Pers. Sat. II. vs. 26. et quæ nos ibid.

588 *Plebeium in circo, &c.*] Plebeiæ mulieres ariolos illos e trivio et e circo, vel sedentes ad aggerem Tarquinii duntaxat consulunt.

Circo] Vide Sat. III. ad vs. 65. et 223.

Quæ nudis longum ostendit cervicibus aurum,
Consulit ante phalas, delphinorumque columnas,
An saga vendenti nubat caupone relicto.
Hæ tamen et partus subeunt discrimen, et omnes
Nutricis tolerant fortuna urgente labores;
Sed jacet aurato vix ulla puerpera lecto.

oblongum ostentat aurum, consilium capit ante Phalas et columnas Delphinorum, utrum debeat *cum sagario conjugium inire, dimisso tabernario. Nihilominus istæ et pariendi periculum incurrunt, et cunctas altricis molestias ferunt, premente fortuna. At aurato cubili aliqua raro puerpera decumbit. Adeo valent artes, adeo*

nullis pro *nudis* conj. nonnulli, et *annum* pro *aurum* Voss. ad Catull. p. 304. ubi hæc annotavit: '*Aurum* vulgo inepte legitur, et ineptius exponitur. *Longum annum* vocat, quem longum et tædiosum faciat frigus. Hanc emendat. confirmant sequentia, ubi muliercula ista quærit, num rectius factura sit, si caupone relicto nubat negotiatori sagario, qui nempe frigus arceat. Sic Martial. x. 5. *Decembrem* vocat *longum*, quem triste frigus extendat. Jam vero omne tempus tædiosum est longum, præcipue miseris, ut ea ratione et Catullus *longam* sibi ascripsisse *ætatem* videri queat.' Neutra emendatio est probanda.—590 *falas* 64. *pharas* 22. *Considit ante phalos* 85.—592 *Hæc* 63. 74. v. sup. ad v. 259.—596 *sterilem* 14. 15.

NOTÆ

In aggere] Urbs clauditur ab Oriente aggere Tarquinii Superbi inter prima opere mirabili; namque eum muris æquavit, qua maxime patebat, aditu plano. Plin. III. 5. Romam describens.

589 *Quæ nudis longum, &c.*] Meretrix sine pudore collum nudare solita, et illud exornans aureis monilibus, ariolatur, et consulentibus respondet etiam in circo. Quod autem meretrices id quoque præstarent, patet ex Plin. xxx. 2. ubi sic de Nerone loquitur: 'Utinam et Inferos et quoscumque de suspicionibus suis Deos consuluisset potius quam lupanaribus et prostitutis mandasset inquisitiones eas,' &c. Sortilegarum etiam apud Germanos mulierum meminit Plutarchus in vita C. Cæsaris. Ita vulgo. At certe non male quidam legunt, *Quæ nullis*, &c. ut notetur mulier plebeja.

590 *Ante phalas*] Turres ligneas erectas in circo pro spectatoribus. Turnebus v. 28. et XVIII. 33. Ennius: 'Malos diffindunt, fiunt tabulata phalæque.'

Delphinorumque columnas] Et huic loco dabit lucem Plinius XXXVI. 5. ubi sic habet: 'In magna dignatione Cn. Domitii delubro in circo Flaminio erant Neptunus ipse, et Thetis, et Nereides, supra Delphinos sedentes,' scilicet, ex marmore.

591 *Saga*] Vestimenta sunt militaria.

Caupone] Vel proco, vel priore marito.

592 *Hæ tamen et partus subeunt discrimen*] Mediocris fortunæ mulieres et dolores parturiendo et vitæ periculum subeunt, editosque infantes ipsæ alunt non sine magnis laboribus. Divites autem (proh nefas) abigendo partum his incommodis se liberant.

Tantum artes hujus, tantum medicamina possunt,
Quæ steriles facit, atque homines in ventre necandos
Conducit. Gaude, infelix, atque ipse bibendum
Porrige, quicquid erit. Nam si distendere vellet,
Et vexare uterum pueris salientibus, esses
Æthiopis fortasse pater: mox decolor hæres
Impleret tabulas, nunquam tibi mane videndus.
  Transeo suppositos, et gaudia, votaque sæpe
Ad spurcos decepta lacus, atque inde petitos

medicamenta illius quæ reddit infœcundas, hominesque in utero perimendos comparat. Tu vero *miser lætare, ipseque potandum* uxori *propina quodcunque fuerit. Etenim si cuperet ventrem dilatare atque torquere, infantulis exilientibus, forsitan Æthiopis fores parens. Jam codicillis contineretur hæres discolor nunquam tibi conspiciendus matutino* tempore. *Prætereo substitutos, atque lætitiam et desideria frequenter defraudata apud lacus impuros; et vocatos illinc Salios, Antistites,*

16. 20. 25. 49. 56. 57. 60. 65. *et quæ* pro *atque* 22. et ita emend. Lubin. ut duæ, venefica ac nutrix, veneficam *conducens,* notentur. Sed non cepit vim verbi *conducit*. Suspicari possis *necandos Condocet*. *At gaude infelix* cet. Vox *at* facile excidere poterat ob ὁμοιοτέλευτα. Sed vulgata lectio forte præstantior.—598 *descendere* 16.—602 *semper* pro *sæpe* 29. solenni varietate, de qua v. Schrader. Emendatt. p. 14.—603 *delata* pro *decepta* 16.

NOTÆ

596 *Hujus*] Veneficæ, vel obstetricis improbæ.

597 *Gaude infelix*] Marite.

598 *Porrige*] Potionem quamlibet abortum faciendo idoneam.

Si distendere, &c.] Si ferre uterum vellet ac parere.

599 *Pueris salientibus*] In lucem ex utero prodeuntibus; vel se moventibus in ventre matris.

Esses Æthiopis fortasse pater] Uxor tua pareret Æthiopis mœchi filium, cujus te patrem gerere oporteret tamen, et adulterino bona tradere per testamentum, dictante nimirum illum hæredem uxore; ut supra dictum vs. 216.

600 *Æthiopis*] Servi tui fortasse, advecti ex ea Africæ parte, quæ nunc Abyssinis occupatur, et Zonæ torridæ subjecta est.

Decolor] Niger nempe, cum tu sis albus.

601 *Nunquam tibi mane videndus*] Cujus tibi mane conspectus et occursus foret evitandus, velut malum omen, ex superstitione Veterum: de qua jam Sat. v. 54. Sic Bruto et Cassio in aciem prosilientibus occurrens Æthiops cladem, et Adriano Imperatori Maurus obvius mortem præsignasse fertur. Vide Alex. ab Alex. v. 13. &c.

602 *Transeo suppositos*] Nihil dicam de pueris subditîtiis, quos maritis uxores quasi suos obtrudunt, cum tamen ipsæ partum abegerint, ut dictum est, ac proprios enecarint.

Gaudia votaque] Patrum deceptorum qui prolem alienam pro sua fovent ac educant.

603 *Ad spurcos decepta lacus*] Prope montem Aventinum, ad lacum Velabrensem, cœnosum et immundum, quo deferebantur exponebanturque spurii. Hos enim interdum assume-

Pontifices Salios, Scaurorum nomina falso
Corpore laturos. Stat Fortuna improba noctu,
Arridens nudis infantibus. Hos fovet omnes,
Involvitque sinu: domibus tunc porrigit altis,
Secretumque sibi mimum parat. Hos amat, his se
Ingerit, utque suos ridens producit alumnos.
Hic magicos affert cantus, hic Thessala vendit

supposito corpore Scaurorum appellationem habituros. Astat nocte sors mala, spoliatis favens puerulis. Eos gremio suo *complectitur et educat universos: mox ædibus excelsis offert, atque arcanum sibi histrionem aptat. Illos diligit; iis se inserit; suosque ludens promovet alumnos. Ille magorum incantamenta profert, iste venumdat philtra Thessalica, quibus* uxores *possint animum viri cruciare, et*

15. 45. *peritos* 47. 48.—604 *Pontifices alios* 47. Vulgo post *Pontifices* distinguunt: sed ellipsis copulæ *et* dura est. Poëta *Pontifices Salios* posuisse videtur pro, Salios summos sacerdotes; quo tamen sensu nemo *Pontifices* dixit. Forte legendum *Pontifices altos*, h. e. maximos. Cf. sup. ad vs. 295.—606 *blandis* pro *nudis* 77. Vox *omnes* aliena ab h. l. videtur: nam non omnibus expositis infantibus contingit tam felicibus esse, ut in nobiles recipiantur familias, sed plerique fame pereunt. Præstiterit *alma*, vel *alis*.—607 *nunc* 60. *porriget* 47. 64.—608 *nimium parat* 22. *minimum* 46. 48. 59. 60. *numum* 23. 24. 45. *hic se* 46. 48. 56. 59.—609 *atque suos* 11. 12. 15. 16. 18-20. 23. 24. 25. 27. 45-50. 57-63. 65-69. 71. 72. 73. *semper* pro *ridens* 7. 11. 12. 14-24. 26. 45. 49. Haud probo; etsi nec verbum *ridens* satis placet, quia mox præcessit *arridens*, et *secretum sibi mimum parat*. Displicuit etiam Schurzfleischio, qui non male suspicabatur, in ant. exemplari fuisse: *utque suos...producit alumnos*, et librarios

NOTÆ

bant uxores primæ nobilitatis ac velut editos a se proferebant. Sicque fiebant e spuriis nobiles, Magistratus, Pontifices, ludente fortuna.

Atque inde petitos] Taceo quod et inde sunt Pontifices, &c.

604 *Salios*] Martis Sacerdotes, de quibus Sat. II. vs. 124. et seq.

Scaurorum] Quorumlibet nobilium. Sat. II. vs. 35.

605 *Stat*] Velut imperans ac præsidens.

Fortuna improba] Quæ immeritos auget honoribus, et indignos divitiis beat.

Noctu] Tunc enim clam exponebantur pueri.

607 *Domibus tunc porrigit altis*] In familias nobiles intrudit.

608 *Mimum*] Ludum, jocum. Sat. III. vs. 39.

609 *Suos*] Hinc bene vocantur fortunæ filii.

Producit] Ad honores provehit, ad opes et potentiam.

610 *Hic magicos affert cantus, &c.*] Homines passim videas sceleratos improbis mulieribus suppeditantes materiam scelerum per philtra, per magicas incantationes.

Magicos affert cantus] Horum vim describit Virgil. Eclog. VIII. vanitatem etiam explicat ac deridet Plin. XXIV. 17. XXV. 9. XXVI. 4. XXVIII. 2. et seq. XXX. 1. et seq. &c.

Thessala philtra] Thessali Græciæ populi veneficiis, incantationibus, præstigiis dudum famosi. Horat. in fine Epist. II. 2. portenta vocat et miracula Thessala. Plaut. Amphitr. Act. IV. Scen. ult. 'Ego pol illum ulciscar hodie Thessalum veneficum,

Philtra, quibus valeat mentem vexare mariti,
Et solea pulsare nates. Quod desipis, inde est;
Inde animi caligo, et magna oblivio rerum,
Quas modo gessisti. Tamen hoc tolerabile, si non
Et furere incipias, ut avunculus ille Neronis,
Cui totam tremuli frontem Cæsonia pulli
Infudit. Quæ non faciet, quod Principis uxor?
Ardebant cuncta, et fracta compage ruebant,

crepida clunes percutere. Hinc venit quod insanis; hinc tenebræ mentis, et ingens oblivio eorum quæ mox fecisti. Nihilominus id ferendum videatur, *si non caperis etiam insanire, sicut ille Neronis avunculus, cui Cæsonia ingessit frontem integram pulli trementis. Quæ* mulier *non aget* idem *quod Imperatoris conjux? flagrabant*

---

pro libitu hanc lacunam explevisse.—611 *mentem valeat* 16. 22. *valeant* 25. 49. 54. 56. 57. 59. 60. 61. 63. 65. 66. 67.—612 *decipis* 61. *est* non extat in 16. 22.—614 Post hunc versum tres spurii: *Semper aquam portes rimosa ad dolia; semper Istud onus subeas, ipsis manantibus urnis, Quo rabidus nostro Phalarim de rege dedisti*, inseruntur in 1. (in quo legitur *Quod rabidum*) 31. a 41. 49. (in quo *rostro* pro *nostro*) et 57. (in quo *rostro Phalari* extat.)—616 *Cæsonea* 16. *Cesonia* 19. 20. 60. 85. *Cæsonia* 18. a m. pr. *Cessenia* 23. *Cessonia* 57.—617 *Infun-*

NOTÆ

qui perverse perturbavit familiæ mentem meæ.' Vide Apul. Flor. I.

611 *Philtra*] Amatoria pocula. Ovid. 'Philtra nocent animis, vimque furoris habent.'

Vexare] Amore suo accendere, torquere, ad insaniam usque nonnunquam. Tacit. Annal. 12. sub finem: 'Agrippina veneni genus exquisitum optabat, quo mens Claudii turbaretur, mors differretur.'

612 *Solea pulsare nates*] Indigne tractare, ad libitum. Vide quæ ad Pers. Sat. V. vs. 169.

Quod desipis] Ovid. cit. Sueton. Calig. c. 50. mox citand.

613 *Oblivio*] Claudii stultitiam, oblivionem, inconsiderantiam narrat Sueton. Claud. c. 38. 39. 40.

615 *Avunculus ille Neronis*] Caius Caligula quem uxor Cæsonia amatorio medicamento in sui amorem illexisse creditur, sed quod in furorem verterit. Sueton. Calig. c. 50. Porro is Neronis avunculus. Siquidem Nero matrem habuit Agrippinam, cujus frater Caligula: amborum vero pater Germanicus. Sueton. Calig. c. 7.

616 *Frontem pulli*] Hippomanes, de quo ante vs. 133.

Tremuli] Recens nati, et frigore trementis.

Cæsonia] Quam neque facie insigni, neque ætate integra, jamque matrem ex alio, et projectæ lasciviæ uxorem Caligula perdite amavit, ab ea, ut creditur, potionatus. Hanc et chlamyde, peltaque et galea ornatam, et juxta adequitantem militibus ostentavit, &c. Sueton. Calig. c. 25. 33. 50.

617 *Infudit*] In potione, seu philtro.

618 *Ardebant cuncta*] Quasi furentis Imperatoris igne et furore correpta.

Fracta compage] Metaphora ab ædium ruentium lapsu, id est, ordine perturbato, subversa ratione.

Non aliter, quam si fecisset Juno maritum
Insanum. Minus ergo nocens erit Agrippinæ
Boletus: siquidem unius præcordia pressit
Ille senis, tremulumque caput descendere jussit
In cœlum, et longam manantia labra salivam.
Hæc poscit ferrum, atque ignes, hæc potio torquet:
Hæc lacerat mixtos Equitum cum sanguine Patres.
Tanti partus equæ! quanti una venefica constat!

omnia, et rupta commissura concidebant; haud secus ac si Juno conjugem dementem reddidisset. Minus itaque sceleratus erit Agrippinæ fungus. Is enim unius vetuli viscera oppressit, atque ad Cœlum deduci fecit titubans caput et labia defluentia perenni saliva. Illud autem *poculum petit ferrum ac flammam, illud cruciat, illud discerpit Senatores permixtos equitum cruori. Tantum valet equæ fœtus, quantum*

dit 47. 48. 58. 85.—620 *fuit* pro *erit* 19.—622 *descendere suasit* 46. 47. 48. 58. 64. 85.—623 *longam manantia labra salivam* pro *longa manantia labra saliva* restitui ex 10. 11. 14. 15. 23-27. 45-50. 54-67. 69. 71-74. 77. 85. quoniam illa et doctior est, et majori auctoritate firmatur, in hac autem tot ὁμοιοτέλευτα aures offendunt. Conf. inf. ad XV. 136. et inpr. Heins. ad Ovid. Met. VI. 312. ubi multis exemplis docet, verba *manare*, *flere*, *pluere*, *stillare*, *rorare* et similia nunc quarto casui, nunc sexto jungi.—624. 625 transpositi in 17. *et potio* 16. *portio* 20.—625 *mistos* 68. 71. 72. 73.—626 *quantum* 12. 45. *quantum venefica*

NOTÆ

619 *Quam si Juno maritum, &c.*] Sic tota Respublica pessum ibat furente Principe, ut totus orbis periret rectore deficiente, si Jovem zelotypa Juno per simile philtrum ad insaniam egisset.

620 *Minus ergo nocens*] Agrippina quam Cæsonia; quarum scelus comparat hic Juvenalis.

Agrippinæ boletus] Venenatus fungus, quo virum suum Claudium Imperatorem sustulit. Vide Tacit. Annal. 12. ad finem. Et Sat. V. vs. 146.

622 *Ille senis tremulumque, &c.*] Boletus Claudii, annum superantis sexagesimum quartum, et cui jam tremulum caput, spumans rictus, &c. Sueton. Claud. c. 30.

Descendere jussit in cœlum] 'Apotheosim deridet,' inquit vetus Schol. Alii simpliciter intelligi volunt descensum ejus ad Campos Elysios. Alii respiciunt ad Senecæ ludum de Claudii Cæsaris morte, vel potius Apocolocyntosin, ubi, postulantem inter Deos recipi Claudium Imperatorem, agitata in Concilio Deorum causa, accusante D. Augusto, conspirantibus statim universis damnatum invadit Mercurius, atque obtorto collo raptat ad Inferos.

624 *Hæc poscit ferrum, &c.*] At immanis illa Cæsoniæ potio Caligulam reddens furiosum, in quanta mala præcipitavit ferro flammaque in omnes sævientem?

625 *Hæc lacerat*] Sueton. Caligul. c. 28. 'discerpi Senatorem concupivit,' &c.

625 *Mixtos Equitum cum sanguine Patres*] Nec enim Equestri pepercit Ordini aut Senatorio. Sueton. passim in Caligul. præsertim vero c. 26. 27. 28. 30.

626 *Tanti partus equæ, &c.*] Hippomanes notat, de quo supra.

Oderunt natos de pellice: nemo repugnet,
Nemo vetet: jam jam privignum occidere fas est.
Vos ego, pupilli, moneo, quibus amplior est res,
Custodite animas, et nulli credite mensæ.
Livida materno fervent adipata veneno.
Mordeat ante aliquis, quicquid porrexerit illa,
Quæ peperit: timidus prægustet pocula pappas.

una saga! Aversantur genitos e concubina: nullus contradicat: nullus prohibeat. Modo licet privignum interficere. O pupilli qui majores habetis opes, ego vobis auctor sum, servate vitam, neque ulli mensæ confidite. Lurida pinguia efferrescunt matris toxico. Quispiam prius comedat quodcumque obtulerit ea quæ genuit: pap-

85. Vulgo male distinguitur: *Tanti partus equæ, quanti una venefica constat?* vel *constat*. Sed quocumque modo interpungantur hæc verba, parum placent, et semper putavi, poëtam scripsisse: *Tanti partus equæ! tanti una venefica constat!* In qua repetitione voc. *tanti* magna vis inest, ut sup. vs. 595. (qui locus similis est) et inf. VII. 31. Nunc video ita legi in 50. et 64. atque ita jam h. l. emendasse Britan. Ascens. Rigalt. Prat. et Schurzfl.—627 *nemo repugnat* 16. 85. *nemo recusat, Nemo vetat* 77. Sed ipsa vel dubitatio, vel optatio longe venustior est.—629 *pupillos* 77. *quis amplior est res* 46. 48. 59. 60. 65.—632. 633 a secunda manu additi sunt in 8. eosque a pluribus codd. abesse, monent vetus Schol. et Valla. Nec tamen ab h. l. et poëtæ ingenio abhorrent. *Sordeat* 11. unde *Sorbeat* conj. Schurzfl. sed male: nam verbum *mordeat* ad cibos venenatos, et *prægustet* ad *pocula* veneno ferventia spectat.—633 *tumidus* 11. 46. 48. 49. 77. *pappas* restitui ex 23. 49. 64. Est Gr. πάππας. *papas*

NOTÆ

Quanti una venefica] Quantum arte pollet venefica! Legunt quidam, *tanti*, iterum; quod certe magis placet.

627 *Oderunt natos de pellice*] Oderint sane spurios viri sui filios: ut Juno Herculem. At minime ferendum quod et privignis mortem moliantur, imo et propriis aliquando filiis.

Pellice] Supra, ad vs. 272.

628 *Jamjam privignum occidere, &c.*] Impune committitur id sceleris. Sic Britannicum viri sui Claudii filium e Messalina priore uxore Agrippina veneno sustulit, ut Neroni filio suo pararet Imperium. Cornel. Tacit.

630 *Custodite animas*] Seu a noverca, seu a matre etiam vestra, si novo marito nupserit, aut nubere cupiat. Sic Pontia, ut nuberet mœcho, suos filios interemit duos.

631 *Livida*] Quia lividi fiunt veneno enecti.

Fervent] Redundant, plena sunt.

Adipata] Succulentæ dapes, opima edulia, adipe veluti condita. Vel, *dulcia placenta*, ut interpretatur vetus Schol. qui et sequentes versus duos in aliis codicibus deesse notat ibidem.

632 *Mordeat ante aliquis*] Ad explorandas præcavendasque materni veneni insidias.

633 *Quæ peperit*] Noverca vel e novo vel e priore marito filios habens, vel ex utroque. Alterutris enim necem parabit, ut aliis faveat, et secundo præsertim viro deferat hæreditatem.

Pappas] Senex veneratione dignus, pater; alumnus etiam, tutor, pædagogus.

Fingimus hæc, altum Satira sumente cothurnum
Scilicet, et finem egressi legemque priorum,
Grande Sophocleo carmen bacchamur hiatu,
Montibus ignotum Rutulis, cœloque Latino.
Nos utinam vani! sed clamat Pontia, Feci,
Confiteor, puerisque meis aconita paravi,
Quæ deprensa patent. Facinus tamen ipsa peregi.

pas meticulosus calices ante delibet. At ista comminiscimur, Satira nimirum induente cothurnum sublimem: atque prætergressi terminos ac normam præcedentium, ore Sophoclis versus magnificos debacchamur Rutulis collibus et aëri Latino incognitos? Utinam nos essemus *futiles! at exclamat Pontia: Fateor, perpetravi* talia, *et propriis filiis porrexi venenum, quod evulgatum innotuit: nihilominus ipsa pa-*

in reliquis libris.—634-637 ejecti e 13. *autem* pro *altum* 16.—635 *Scilicet egressi et finem* 10. 17. 18. 21. 22. 45. 46. 48. *Scilicet egressi finem* 11. 14. 15. 16. 19. 20. 24-27. 47. 49. 50. 54-60. 64. 65. 85. multo aptius et recte, judice Schurzfl. qui et vs. 637. post *Latino* interrog. notam vulgo poni probabat. Ego minorem distinct. post *cothurnum* delevi.—637 *Rutilis* 22. 23. 24. 61. 62. 85.—638 *Nos autem vani* 24. a m. sec. *Poncia* 85.—640 *deprehensa* 15. 27. 63. 64. *tantum* pro *tamen* conj. Guietus, quod et mihi in mentem venit. Sed totus

NOTÆ

634 *Fingimus hæc*] An vero mulieribus Romanis affingimus eadem quæ leguntur apud Græcos et Tragicos de Progne, de Medea? Imo vero.

Satira] Vide Sat. I. vs. 30. et quæ nos ibi.

Cothurnum] Calceus erat Tragœdorum materiæ sublimi respondens et majestati rerum, ideoque altus et magnificus. Hinc metaphorice ponitur pro stylo gravi et excelso. Virgil. Eclog. VIII. 'Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.'

635 *Priorum*] Satirographorum, Lucilii, Horatii, Persii, communia duntaxat argumenta notaque tractantium.

636 *Sophocleo*] Quale scripsit Sophocles celebris ille Tragicus Atheniensis. Is a suavitate orationis Apis vocatus; exhibuit fabulas plus centum et viginti; e quibus omnibus septem duntaxat ad nos pervenerunt. Annos natus prope centum, Œdipum Coloneum scripsit, qua vel una ceteris ejusdem studii Poëtis gloriam præripit. Vicies et ter adeptus victoriam, in postrema ex insperato gaudio expirasse dicitur. Vide Valer. Maxim. VIII. 7. et IX. 12.

Bacchamur] Magna voce ac strepitu bacchantium instar furentes eructamus.

637 *Rutulis cœloque Latino*] Italiæ, in qua Latium, in Latio vero Rutuli veteres populi.

638 *Pontia*] Uxor Vectii Bolani, filia vero Pub. Petronii. 'Hæc velut rea conjurationis a Nerone damnata, filios insuper veneno enecasse convicta, largis se epulis oneravit ac vino; incisisque venis saltans, quo maxime studio oblectabatur, extincta est.' Ita Vetus Schol. Mart. Epig. II. 34. ad Gallam 'O mater, qua nec Pontia deterior.'

639 *Aconita*] Sat. I. vs. 158.

640 *Facinus tamen ipsa peregi*] Legendumne potius, *tantum*, pro, *tamen*, dubitat Guietus.

Tune duos una sævissima vipera cœna?
Tune duos? Septem, si septem forte fuissent.
Credamus tragicis, quicquid de Colchide sæva
Dicitur, et Procne: nil contra conor. Et illæ
Grandia monstra suis audebant temporibus; sed
Non propter nummos. Minor admiratio summis
Debetur monstris, quoties facit ira nocentem
Hunc sexum, et rabie jecur incendente feruntur

trari scelus. O *vipera crudelissima, an tu duos unis epulis, an tu duos* occidisti? Imo *septenos* occidissem, *si casu septeni adfuissent. Fidem habeamus tragicis, quodcumque narratur de tetra Colchide, ac* de *Progne: minime nitor adversus. Istæ vero magna* quidem *ævo suo prodigia moliebantur, at nequaquam pecuniæ causa. Nec tantum demirari oportet ingentia portenta, quandocumque sexum istum* muliebrem *iracundia sceleratum efficit; atque pronæ abripiuntur furore hepar*

forte versus ab interpolatore profectus.—641. 642 transpositi in 22.—642 *septem, septem si* 27.—643 *Credatur* 16. *magicis* pro *tragicis* inepte 4. 14. 16. 21. 26. *de Colchide terra* 77. *de Colchide torva* 10-24. 27. 45-50. 54. 55. 56. 59-63. 68-71. 73. 74. 85. *torvæ* 72. *sæva* 1. 25. 26. 58. 65-67. 75. 76.—644 *Progne* 13. 17-25. 57. 58. 60. 64 67. 85. sed Gr. Πρόκνη dicitur. v. Heins. ad Ovid. Met. VI. 428. *contra hæc conor* 15. 23. *aut illæ* 16. *ille* 46. 47. 49. 60. *ipsæ* 45. *at ille...audebat* 85.—647 Post *monstris* multi male punctum posuere, etiam Hennin.—648 *Nunc* 61. *et rabie* restitui ex 14-25. 45. 56. 57. 59-61. 63. 65. 66. 67. 74. Copulam et ejecerunt Hennin. et alii. Tum certe post *sexum*, non post *monstris* major distinctio ponenda videtur. *rabiem jecur impendere* 9.

NOTÆ

641 *Vipera*] Improbas illas uxores comparat cum viperis, quas aiunt vulgo sævas, et marem quidem a fœmina arroso capite, fœminam autem a catulis latera ventremque matris perrumpentibus enecari: vel Plinio teste x. 62. Hæc tamen velut fabulosa docti rejiciunt; et Aristoteles aliter explicat, lib. v. cap. ult. Vide Cœl. Rhodig. VI. 13. Philostrat., &c.

642 *Septem, si septem, &c.*] Est responsio nefandæ Pontiæ.

643 *Tragicis*] Sophocli, Euripidi, Senecæ, et aliis, multa sæpe fabulosa tractantibus argumenta.

De Colchide torva] Medea Ætæ regis Colchorum filia, quæ liberos coram infido Jasone discerpsit. Porro Colchis Asiæ est regio Ponto vicina, venenorum ferax. Unde tot veneficiorum artifex Medea celebratur. Historia nota de Jasone cum Argonautis illuc profecto, et artibus Medeæ amore suo irretitæ vellus aureum consecuto. Vide Justin. lib. XLII. Diodor. Sic. v. 3. Item Euripid. et Senec. in Medea. Ovid. Met. VII. Fab. 2. et seq.

644 *Procne*] Filia Pandionis Atheniensium Regis, quæ Ityn filium Tereo Thracum regi viro suo comedendum apposuit, sororis suæ Philomelæ vindicandæ causa. Ovid. Metam. VI. Fab. 7.

Illæ] Medea, Procne, monstrosa quidem facinora sunt aggressæ: verum quod nunc fit, deterius est.

646 *Non propter nummos*] Illæ auto-

Præcipites; ut saxa jugis abrupta, quibus mons
Subtrahitur, clivoque latus pendente recedit.
Illam ego non tulerim, quæ computat, et scelus ingens
Sana facit. Spectant subeuntem fata mariti
Alcestim, et, similis si permutatio detur,
Morte viri cupient animam servare catellæ.
Occurrent multæ tibi Belides, atque Eriphylæ:

inflammante: quemadmodum rupes abscissa cacumini, quo subducitur mons, et separatur latus declivi suspenso. Ego non eam toleravero, quæ numerat, ac mentis compos exequitur grande facinus. Considerant Alcestim, quæ *viri sortem accipit: ac si par offeratur commutatio,* istæ *mariti nece velint custodire vitam catelli. Plurimæ tibi reperiuntur Belides et Eriphylæ. Matutino* tempore *quælibet regio*

—649 *qui* 20.—651 *Illam non tulerim* 11.—652 *spectat* 13. 24.—653 *Alcestis* 13. *Alcestem* 21-24. 45-49. 64. *Alcesten* 85.—654 *cupiant* 12. 14. 17. 18. 20-23. 25. 27. 45-48. 56-74. 85. forte concinnius. *cupiunt* 15. 16. 49. *cuperent* 77. *catelli* 21. 22. 26. 27. 47. 48. 58, 85. Cf. ad vs. 551.—655 *Occurrunt* 18. 27. 47. 48. 58. *tibi multæ* 46-49. 54. 58. 64. 85. *Belidesque Eriphylæ* 14. *Bellides* 27. 46-49. 57. 58. *Eryphilæ* 60. 65. *Eriphyllæ* 49. 54. *Eriphyle* 74. *Erifilæ* 23. 24. *Eriphilæ* 10. 85. *Eriphillæ* 27. 46. 47. 58. *Heriphylæ* 21. *Erighillæ* 48.

NOTÆ

ris impatientia, justaque ira incensæ et abreptæ: at nostræ per avaritiam, quæ sanam mentem relinquit, flagitia exequuntur.

649 *Præcipites ut saxa jugis, &c.*] Quanto impetu saxum jugo montis abruptum, aut pars ejus avulsa delabitur et præceps ruit.

651 *Computat*] Vel, quæ numerat ac reputat promissam sibi pro scelere mercedem, ut Eriphyle: vel potius, quæ otiose deliberat, in animo rem patrandam revolvit, examinat, providet, statuit. Hæc profecto est pessima. Cic. Off. I. n. 27. 'Permultum,' inquit, 'interest, utrum perturbatione aliqua animi, quæ plerumque brevis est, et ad tempus; an consulto et cogitato fiat injuria. Leviora enim sunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quam ea quæ meditata et præparata inferuntur.'

652 *Sana*] Prudens, ac sciens, perspectis omnibus ac prospectis rei adjunctis.

Spectant] In Theatro, ac ludis.

Subeuntem fata mariti Alcestim] Admetus Rex Thessaliæ gravi morbo tenebatur: de eo consultum respondit oraculum; spem vitæ nullam superesse, præterquam si quis pro illo fatum subiret: refugientibus autem ceteris omnibus, Alcestis uxor ultro se morti obtulit. Vide Platon. Dial. de Amore. Euripid. in Alceste, &c.

653 *Similis si permutatio detur*] Romanis uxoribus permultis si daretur optio perdendi vel catulum vel maritum, sane hujus morte vitam illius redimerent. Quam longe absunt ab amore conjugali illarum Indiæ mulierum, quæ cum viro sepeliri certatim cupiunt! Quod refert Cicero Tusc. 5. n. 78.

655 *Occurrunt multæ tibi Belides*] Passim Romæ videas Belidum et Eriphylæ similes.

Belides] Hæ vocantur alias *Danaides*, Belo avo, patre Danao, puellæ quinquaginta, quæ suum quæque vi-

Mane Clytæmnestram nullus non vicus habebit.
Hoc tantum refert, quod Tyndaris illa bipennem
Insulsam et fatuam dextra lævaque tenebat:
At nunc res agitur tenui pulmone rubetæ;
Sed tamen et ferro, si prægustabit Atrides
Pontica ter victi cautus medicamina Regis.

Clytemnestram exhibebit. Id solum interest, quod hæc Tyndaris dextera et sinistra gerebat securim rudem atque obtusam; jam vero patratur scelus exiguo rubetæ intestino: at nihilominus etiam gladius adhiberetur, *si Atrides callidus sumeret antidota Pontici regis tertio subacti.*

Horiphille 22.—656 *Clitemnestram* 13. 60. *Clitemnæstram* 74. *Clytemnestram*, et *Clytemnæstram* alii, et posterius etiam Hennin. et qui eum secuti sunt. Sed dicitur Κλυταιμνήστρα. *habebat* 28. Vox *Mane*, quoties hunc locum legi, semper me offendit. Poëta forte scripsit *Pane*. Nullus pæne vicus non habebit C.—657 *differt* 16.—658 *Invisam* 7. 18. 19-22. 24. 29. *et vacuam* 16. *læva dextraque* 25. 27. 46-50. 54-65. 68. 71. 72. 73. 85.—659 *Ac* 60.—660 *prægustavit* 70. *prægustaret* 10. 13-27. 45-50. 54-67. 74. 77. 85.

NOTÆ

rum (una excepta) prima nocte nuptiarum interfecere. Quapropter apud Inferos pertusum dolium aqua implere coguntur.

Eriphylæ] *Eriphyla* Vatem Amphiaraum virum suum, latentem ne duceretur ad bellum Thebanum, ubi se moriturum prævidebat, ipsa prodidit, aureo monili corrupta. Is igitur eo perductus terræ hiatu absorptus periit. Unde Horat. Od. III. 16. 'Concidit auguris Argivi domus, ob lucrum Demersa excidio.'

656 *Mane Clytæmnestram*] Plures modo fœminæ Clytæmnestram imitantur. Illa Ægistho adultero adjuta redeuntem e bello Trojano Agamemnonem maritum bipenni obtruncavit. Vide Sophocl. in Electra, Euripid. in Oreste, Senec. in Agamemnone.

657 *Tyndaris*] Clytæmnestra Tyndari Regis et Ledæ filia, Agamemnonis uxor.

658 *Insulsam et fatuam*]. Bipenni usa Clytæmnestra parum solers et callida: at nostræ viros caute, et artificioso mortis genere circumveniunt, venenatis scilicet epulis.

Dextra lævaque tenebat] Magno conatu et nisu, eoque rudi et agresti.

659 *Pulmone*] Metonymia. Species pro genere.

Rubetæ] Vide Sat. I. vs. 70.

660 *Si prægustabit*] Si nossent virum antidoto munitum, ferro aggrederentur etiam.

Atrides] Agamemnon Atrei filius, Clytæmnestræ maritus.

661 *Ter victi Regis*] Mithridatis Regis Ponti, a Sylla primum, deinde a Lucullo, tertio a Pompeio debellati. Vide Cicer. pro Lege Manilia.

Pontica] *Pontus* Asiæ regio venenis inclyta. Virgil. Eclog. VIII. 'Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena, Ipse dedit Mœris: nascuntur plurima Ponto.'

Medicamina] Antidotum adversus venena, a Mithridate inventum, et ab ejus nomine Mithridation appellatum, cujus meminit Plinius pluribus locis. Lib. XXIII. c. 8. componi dicitur e dua-

bus nucibus siccis, item ficis totidem, et Rutæ foliis viginti simul tritis, addito salis grano; ut qui hoc jejunus sumat, nullum ei venenum nociturum sit eo die. Lib. XXIX. c. 1. antidotum illud e rebus quinquaginta constare ait. Lib. vero XXV. cap. 2. idem habet quod et Gellius XVII. 16. sic scribens: 'Anates Ponticas dicunt edundis vulgo venenis victitare: scriptum etiam a Lenæo Cn. Pompeii liberto, Mithridatem illum Ponti regem medicæ rei et remediorum id genus solertem fuisse, solitumque earum sanguinem miscere medicamentis, quæ digerendis venenis valeant,' &c. Porro idem Mithridates ita sumendo veneno assueverat, ut jam mori volens illud impune et incassum hauriret. Ibid. Hinc Mart. Epigr. v. 77. 'Profecit poto Mithridates sæpe veneno, Toxica ne possent sæva nocere sibi.'

EXCURSUS

AD SAT. VI. 64-66.

Tucia 22. *Tutia* 27. 47. 54. 63. *Tuscia* 11. 19. 23. 25. 46. 48. 56-60. quam lect. multi probant, quia cum *Appula* jungitur. Huic tamen voci responderet potius *Tusca*, et illa matronarum nomina non petita a regionibus populisque Italiæ, sed a Juvenale conficta videntur: nisi forte hic *Appulam* eo sensu dixit, quo Horat. Epod. II. 39. sqq. 'pudica mulier—Sabina qualis aut perusta solibus Pernicis uxor Appuli.' Cf. inf. ad X. 299. *Tuccia*, quod jam alii monuere, videtur h. l. Vestalis illa esse, de qua v. Valer. Max. VIII. 1. 5. (ubi conf. Intpp.) et Plin. XXVII. 2. et 8. (ubi cf. Harduin.) quibus locis similiter libri variant, et *Tutia*, *Tuscia*, *Tuccia* exhibent. Cf. Ernesti clav. Cicer. in Ind. histor. voc. *Tutia*.—*Apula* 19. 21. 22. contra leges metri.

65. 66. *Subat et miserabile longum Attendit* rustica mulier et minus experta delicias, emend. Barth. Advers. XXIV. 5. ubi monet, verbis *subare*, *catulire*, *adhinnire* et similibus belluinam effrænemque hominum libidinem exprimi. Cf. Plin. X. 63. Lucret. IV. 1193. Horat. Epod. XII. 11. al. Aptissimum est h. l. *τὸ subat*, quoniam cum *gannit* jungitur: sed reliqua tum verba expeditu difficilia; nisi forte junxeris:

Appula gannit, Sicut in amplexu, subat et miserabile, h. e. miserabiliter. Fortasse legendum: *Appula gannit, Sicut in amplexu, subitum et miserabile;* (h. e. subito et miserabiliter) *longum Attendit* (diu observat) *Thymelen, Thymelen* (ejus artem) *et* (vel *ac*) *rustica discit:* vel *longum Attendens Thymelen, Thymelen hanc rustica discit:* vel, quod malim, *linguam* (verba, orationem ac sonum) *Attendit Thymeles, Thymelen et* (s. *ac*) *rustica discit:* vel denique *linguam Attenuat Thymele, Thymelen hanc rustica discit,* ut vs. 71. 72. *Urbicus risum movet—hunc diligit Ælia pauper.*

Attendit Thymelen 31. b. 48. 49. *Tymele* 19. a m. pr. *Timele* 21. 22.—*dum rustica* 16. *tum rustica* 47. 54. 57. 58. 64.

EXCURSUS

AD SAT. VI. 116-120.

In optimis editionibus post voc. *uxor* comma, post *una* vs. 119. colon vel semicolon, et vs. 120. post *Sed* et *galero* commata reperiuntur: quo scabra et hiulca efficitur oratio. Nonnulli vs. 117. post *cubili* punctum ponunt, aut saltem τὸ *sumere* vs. 118. pro *sumebat* dictum putant: quo non tolluntur difficultates, sed augentur. Ego distinctionem mutavi: at ne sic quidem omnia bene procedunt ac fluunt, nisi vs. 117. post *cubili* culpa librariorum excidit copula *et;* qua inserta verbum *sumere* vs. 118. a voc. *ausa* pendet, nec quicquam restat, quo offendi aliquis queat, excepto forsan verbo *linquebat,* scil. *virum* dormientem vs. 116. quo, duobus versibus interjectis, non satis commode videtur referri posse. Sed ejusmodi sermonis durities passim in poëtis concoquenda, neque tanta est, ut propterea necesse sit, versus 117. et 118. parenthesi includere, quod Lubinus, vel versum 119. post vs. 116. ponere, quod Schurzfleisch. suadebat.

EXCURSUS

AD SAT. VI. 124-126.

Versum 124. post vs. 126. ponendum censebat Schurzfleisch. Ego potius post vs. 125. quod et Rigaltio placuisse postea vidi. Sed vulgaris quoque verborum ordo bene se habet: *tibi* pro *tuum* legitur in 11. quod melius et satirice omnino dictum videbatur Schurzfleischio. Barthius in Advers. XXX. 2. hæc notavit: 'Verbum *ostendit* nimium quam leve mihi semper visum est pro re et facinore tam atroci. Quid enim nuda *ostensio* commune cum incestis illis adulteriis habet? et qui potuit palam *ostendere* in loco tenebroso, ubi nulla, nisi ad fuligineam lucernam, lux erat? Lego *offenditque*, quod verbum principes observamus incestæ aliquid læsionis gerere in sinu. Sic usus Varro Marcipore apud Non. cujus verba ob obscœnitatem ascribere pudet.' Sed cur lux lucernæ non sufficit ad ostendendum ventrem? et cur hoc alienum a tantis libidinibus? 'Sub clara nuda lucerna,' cet. de eadem re dixit Horat. Sat. II. 7. 48. sq. et Sen. de Ben. VII. 9. extr. 'Matronæ nostræ ne adulteris quidem plus sui in cubiculo, quam in publico ostendunt.'

Versus 126. post vs. 129. legitur in 74. et post vs. 128. in vetustis codicibus, e quibus eum primi restituere Jo. Cuspinianus in vita Sigismundi Cæs. p. 400. et Pulmannus: nam plane abest ab 10. 11. 14-17. 19-23. 25-27. 45-73. 75-77. Henninius monet, se retraxisse eum in suum locum, unde monstrante viam sensu exciderit ob prætextatam licentiam, mox vero a curiosulis receptus eo migraverit, quo non quadraret. Ejectus est ab iis, qui rei obscœnitate offendebantur: eodem tamen, quem nunc occupavit, loco jam extat in 24. et 84. ad marg. In utroque vero cod. legitur *Continueque jacens*, et præterea in illo *cunctorum* pro *multorum*.

EXCURSUS

AD SAT. VI. 186.

Barthius in Advers. XXIV. 5. hunc versum putabat spurium esse et alienum ab h. l. ubi optima sic interpoletur sententia. 'Scilicet,' inquit, 'quidam semi-Gallus aut Italus, aut adeo Germanus doluit illo ævo scisse Græce delicatas illas loqui, suo vero turpius esse nescire Latine loqui, quæ barbaræ alioqui non nimis essent.' Neque ego dissimilo, mihi semper displicuisse hunc versum, qui magis acumen orationemque rhetoris, vel etiam interpolatoris, qui loci Cicer. in Comm. laudati memor erat, quam satirici poëtæ redolet, atque a codd. 13. et 22. abest. Importuna etiam est vox *magis*, et manca h. l. sententia, quæ quomodo commode expleri possit, vix assequor. Num sensus est, turpius esse Romanis Latine, quam Græce, nescire? an turpius esse iis nescire Latine, quam Græce loqui? Utrumque non modo languet, sed etiam male expressum est.

Olim arbitrabar, fraudem librarii in hoc versu latere; idemque suspicati sunt Henr. Stephanus (in dialogo de bene instituendis Græc. ling. studiis p. 92.) et Lubinus. Ille emendabat, *Quo sit turpe magis;* hic melius, *Quum sit turpe minus*, quod recepit Marshall. ut mens poëtæ sit: quandoquidem minus turpe et inhonestum esse reputatur linguam vernaculam ignorare, quam sermonem Græcum non intelligere. Ego olim tentabam: *Omnia Græce* scil. proferunt s. loquuntur, *Quum sit turpe magis nostris ea scire Latine*, vel *Quæ sit turpe magis* (turpius) *nostris* (nostratibus) *nunc scire* (quod compendiose scribitur *nc scire*) *Latine*, quam Græce eloqui, quoniam tam fœda sunt et inhonesta. Sed nihil horum nunc mihi arridet, et vix dubito, quin versus hic pannus sit, a scholastico quodam assutus, quo rescisso expedita sunt omnia.

EXCURSUS

AD SAT. VI. 276.

Locus obscurus et a librariis forte corruptus: *corruca* 16. 48. *coruca* 23. *caruca* 13. Rectius forsan *curuca* 17-22. 24. 59. 60. vel *curruca* 2. 3. 5. 10-12. 14. 15. 25. 45-47. 50. 54. 56-58. 64. 68. 70. 74. 77. 81. 82. Neutra vero vox alibi reperitur, et barbaræ videbantur Alciato Parerg. Jur. VII. 5. qui vel *urtica*, vel cum aliis *eruca* reponendum censebat; *eruca* 61-63. 65-67. 69. 71-73. Ita dicitur insectum parvissimum, brassicas depascens, Gr. κάμπη, Germ. *Raupe*; non *uruca* vel *huruca*, quæ tamen scripturæ in quibusdam libris Juvenalis, ut et Columellæ aliorumque reperiuntur: *uruca* 1. 75. 76. *huruca* 49. 55. Vellem tamen Alciatus verborum simul illorum, quæ substituit, sententiam adjecisset, quam haud facile expedias. Inepta certe est interpretatio Vallæ, qui maritum stupidum torpentemque h. l. *erucam* vocari putat, quod ab uxore increpitus miro silentio obticescat, perinde ac si ab eadem sit enectus: quod colligit e loco Colum. XI. 3. extr. de erucis: 'Democritus affirmat, has ipsas bestiolas enecari, si mulier, quæ in menstruis est, solutis crinibus et nudo pede unamquamque aream ter circumeat; post hoc enim decidere omnes vermiculos, et ita emori.' Suspicari potius possis, hominem nihili stolidumque *erucam* vocari, quemadmodum Plautus Truc. v. 5. 50. *campas* pro *nugis* dixerit.—Vetus scholion h. l. est: '*Uruca* mimologi stupidi nomen finxit, quia ferme quasi frequenter fallitur, cum agit personam mariti: (aut ex emendat. Schurzfl., qui a fœmina sua sic frequenter fallitur, cum asciscit personam mariti) vel, ut alii dicunt, genus est animalis fœdi, spinosi, ut ericius. *Uruca* autem est proprie illud, quod in faba nascitur, ut gurgulio.' Conf. Stewech. ad Apuleii Apolog. p. 495. Salmas. Exerc. Plin. p. 893. et ad Tertull. p. 187.

EXCURSUS

AD SAT. VI. 343.

Simpuvium restitui ex 1. 10. 17-20. 24. 68. 69. 71-73. quæ scriptura etiam reperitur in Plin. XXXV. 12. s. 46. Cic. ap. Non. 4. n. 434. et Varr. ibid. 15. n. 12. Vetus scholion h. l. est: '*Simpuvium*, vas sacrificiis aptum, in quo Pontifices lavare (leg. *quo P. libare*) solebant: *simpuvium* autem, quia omnes sacerdotes *simul bibebant*; unde *simpuviatrix* illa dicitur, quæ porrigit poculum ipsum.' *Sympuvium* 11. 12. 14-16. 22. 25. 26. 45. 47. 48. 50. 54. 56-67. 74. 77. 81. 82. *Sympinium* 49. 55. quod a συμπίνειν, combibendo, dictum putant. *Simpluvium* 21. 23. *Symptuium* 46. *Sympullum* 70. At forte scribendum *Simpulum*; vel, si veteres Romani, ut vulgo putant, secundam syll. hujus voc. non produxere, sed corripuere, *Simpullum*, quod etiam editum in 75. et 76. Festus: 'Simpulum,' inquit, 'vas parvum, non dissimile cyatho, [vel ligneum, vel fictile] quo vinum in sacrificiis libabatur, unde et mulieres rebus divinis deditæ *simpulatrices* dicuntur.' Varro L. L. IV. 26. 'Quo vinum dabant, ut minutatim funderent, a guttis *guttum* appellarunt: et quo sumebant [vinum] minutatim, a sumendo *simpulum* nominavere. *In hujusce* locum in conviviis e Græcia successit epichysis et cyathus, in sacrificiis remansit guttum et simpulum.' In Fulgent. de prisco serm. et in Isidori Glossis *simpulo* conviva dicitur, et *simpulator* amicus sponsi assiduus cum eo in convivio. In Inscriptt. *simpulariarius*, qui simpula facit. Figuram simpuli exhibet Causeus Mus. Rom. T. II. p. 3. tab. 2. Conf. Harduin. ad Plin. XXXV. 12. s. 46. et Ernesti clav. Cicer.

D. JUNII JUVENALIS

AQUINATIS

SATIRARUM

LIBER TERTIUS.

SATIRA VII.

Et spes et ratio studiorum in Cæsare tantum:
Solus enim tristes hac tempestate Camœnas
Respexit, cum jam celebres, notique poëtæ

Et expectatio et modus studiorum duntaxat in Cæsare consistunt. *Unus etenim conjecit oculos in Musas hoc tempore afflictas, quando vates insignes et famosi jam niterentur* pretio *comparare balneum* apud *Gabios,* et *Romæ furnos: neque*

1-26 ejecti e 13. *Ut spes* 27. *Est spes* 60. 65. *Sed spes* 16. *tantum est* 10. 11. 16.—3 *noti celebresque* 11. 14-22. 24. 49. 55. 77.—5 *turpe alii fædumque* 16.

NOTÆ

1 *Et spes, et ratio*] Ad Telesinum Poëtam ait artes et studia Romæ a ceteris contemni, jacere, steriles esse: ab uno vero Cæsare foveri.

Cæsare] Quis ille, pugna non mediocris. Neronem intelligit vetus Schol. absurde quidem. Nervam, Trajanum, Adrianum alii volunt: certe aliis ego astipulor qui Domitianum. Nec vetat quod Sat. IV. salse prosciderit. Duo me movent; Paridis histrionis mentio in hac Satira; et quod Sueton. Domit. c. 9. testatur eum initio principatus liberalem, atque omnes circa se largissime prosecutum, &c. Adde Quintil. in Prol. l. IV. ubi Domitianum invocat velut maxime præsens ac propitium studiis numen. Quidni ergo Juvenalis pariter aut adulatus sit, aut quid ab Imperatore factum oporteret docuerit? At Sat. IV. mortuum illum indicat, et Sat. I. in fine mortuos se tantum aggredi profitetur. Scilicet vivum neminem expresso nomine exagitat, mutato vero, hoc liberius insectatur. Hanc porro Satiram primis Domitiani temporibus scriptam cum aliquibus crediderim. Sed quoniam ad Trajanum aut Adrianum etiam pervenisse dixi Juvenalem, et ab eo hic alterutrum merito laudari quibusdam videtur, rem in medio relinquimus, nec adversus illos pugnare libet.

3 *Respexit*] Consolatus est, adjuvit, erexit. Virgil. Eclog. I. 'Libertas, quæ sera tamen respexit inertem.'

Balneolum Gabiis, Romæ conducere furnos
Tentarent; nec fœdum alii, nec turpe putarent
Præcones fieri, cum, desertis Aganippes
Vallibus, esuriens migraret in atria Clio.
Nam, si Pieria quadrans tibi nullus in umbra
Ostendatur, ames nomen victumque Machæræ,

pudendum nec indecorum ceteri arbitrarentur esse proclamatores, quando relictis Aganippes vallibus Clio famelica recederet in vestibula. Si enim in umbra Pieria quadrans tibi nullus exhibeatur, dilige appellationem et vitam Machæræ, atque

—6 *Aganipes* 18. 19. 21. 22. 60. 65.—8 *arca* pro *umbra* 10. 12. 14-17. 19. 25. 27. 45-50. 54-69. 71-74. et *archa* 18. 20-24. 26. prob. Grang. ut sensus sit: si componis, ut ait ille, *carmina nullos referentia nummos.* Sed nostra lectio exquisitior est et venustior, illa scioli scholastici acumen sapit.—9 *victus*

NOTÆ

4 *Balneolum Gabiis, &c.*] Ad vilia quæque ministeria paupertate adigerentur: atque adeo balneariam aut furnariam exercerent, aut certe balneatoribus ac furnariis operam locarent suam: sicut victus habendi causa Cleanthes pridem noctu aquam hauriebat hortulano, pistori vero seu mulieri cuidam farinas pinsebat; ut interdiu Philosophiæ vacaret. Diogen. Laërt. l. VII.

Gabiis] In hoc Volscorum oppido, ad viam Prænestinam sito. Vide Sat. III. vs. 192. et Sat. VI. vs. 56.

6 *Desertis Aganippes vallibus*] Abjecto literarum studio, et Musis valere jussis.

Aganippes] Apollini Musisque sacer locus in Bœotia, vel fons Permessi fluminis. Vetus Schol. Erat et mons ibidem ejusdem nominis: quo videtur Juvenalis respexisse, quod ait, *vallibus.*

7 *In atria*] Fiebat custos atriensis et ostiarius qui Poëta erat antea: vel ibi stipem, victum, sportulas emendicabat. Forte et designantur atria Licinii in foro sita, ubi fiebant auctiones, et quo proinde ad eas præcones conveniebant. Cic. pro Quintio, n. 12. 'Tollitur ab atriis Liciniis atque a præconum consessu in Galliam Nævius.' Et n. 25. 'Ab atriis Liciniis suos necessarios corrogat.' Idem I. contra Rullum n. 7. 'Ut in atriis auctionariis potius quam in triviis et compitis auctionentur.'

Clio] E Musis una ἀπὸ τοῦ κλέους dicta, id est, a gloria, quam viris fortibus procurat per historias, quibus illa scribendis præest. Hic ponitur pro quolibet studioso et literato.

8 *Nam si Pieria quadrans, &c.*] Si per literas et eruditionem nihil lucri obveniat, aliunde victum quærito et e qualibet arte humili.

Pieria] 'Locus erat ad radices Olympi montis in Thessalia, cui nomen dedit Vates Pierus, qui primus sacrificasse dicitur Musis, quæ Pierides inde vocatæ sunt.' Vetus Schol. Vide quæ ad Sat. IV. vs. 36.

Quadrans] Nummus, pecunia. Vide Sat. I. vs. 121. et Sat. VI. vs. 447.

In umbra] Alii Codices habent, *in arca.*

9 *Ames nomen victumque Machæræ*] Ama et sequere victum et institutum Macheræ, et sicut ille, præco fias.

Et vendas potius, commissa quod auctio vendit
Stantibus, œnophorum, tripodas, armaria, cistas,
Alcyonem Bacchi, Thebas et Terea Fausti.
Hoc satius, quam si dicas sub judice, Vidi,
Quod non vidisti. Faciant equites Asiani,
Quanquam et Cappadoces faciant, equitesque Bithyni,
Altera quos nudo traducit Gallia talo.

venumda potius quod astantibus venumdat auctio tradita, vas vinarium, tripodes, armariola, capsas. Alcithoën Paccii, Thebaida atque Tereum Fausti. Id melius quam si coram judice affirmes, aspexi, quod non aspexisti: quamvis hoc agant Equites ex Asia, item Cappadoces agant, et Equites e Bithynia, quos denudato calcaneo transmisit altera Gallia. Attamen nullus deinceps adigetur sustinere laborem Musis

nomenque 16. 21. *Machatæ* 48. *Maceræ* 21. 22.—10 *commisla* 45. *actio* 21. 22. —11 *tripodas* pro *tripodes* revocavi ex 20. 23. 24.—12 v. Excurs. ad h. l.—13 *Hæc* 11. 45.—15 *et* abest ab 46. 47. 48. Prima syll. voc. *Bithyni* anceps est, ut multæ aliæ, h. l. brevis, at longa inf. x. 162. *Britani* 19.—16 *udo* 48. *traducat* 73. *traduxit* forte rectius. *Gallica* conj. quidam, quod perperam

NOTÆ

10 *Commissa auctio*] Vendendi cura et provincia tibi commissa a Magistratu, et a dominis rerum venalium.

11 *Stantibus*] Circumstanti ad emendum turbæ et licitanti.

Tripodas] Vel mensas, vel æenea vasa ad calefaciendam aquam.

Armaria] Forte, pluteos in quibus libri reponuntur.

12 *Alcyonem Bacchi*] Vulgo, *Alcithoën Pacci*, &c. *Nomina fabularum, aut malorum Poëtarum qui eas scripserunt.* Vetus Schol. Porro magna legendi varietas eo loci. Vetus Schol. habet *Alcitheon*, nec explicat amplius. Alii, *Alcinoum*: alii, *Alcinoën*: plures *Alcyonem Bacchi* legunt. De *Alcithoë* muliere Thebana, quæ, contemtis Orgiis Bacchi, in vespertilionem ab eo mutata est, Ovid. Metamorph. IV. Fab. 1. 7. 12. De *Alcyone* vero Neptuni filia, Ceycis uxore, in avem sui nominis conversa, idem, Met. II. Fab. 10. De *Alcinoo* Homer. Odyss. VII. Virgil. Georg. I. Ovid. &c. *Alcinoë* denique, quæ *Alcyone*, Pleiadum una extitit.

Thebas et Terea Fausti] Tragœdiam aliquam de Thebarum Regibus, Laio, Œdipo, &c. Vel de Tereo, de quo Satira præcedenti sub finem. *Fausti*, poëtastri cujuspiam.

13 *Dicas sub judice, Vidi, &c.*] Falsus testis existas, et perjuriis vitam sustentes, rem augeas, forte et Censum Equestrem nanciscaris, ut alii nonnulli.

14 *Faciant Equites Asiani*] His enimvero liceat esse sceleratis, qui e servis Equites fiunt. Vide Pers. Sat. v. vs. 79. et seq. et quæ nos ibidem annotavimus.

Equites Asiani] Equites Romani jam, at servi pridem ex Asia traducti.

15 *Cappadoces*] Ex ea Asiæ Regione, quæ Galatiam inter et Armeniam posita est. Proverb. apud Suid. τρία κάππα κάκιστα: *Pessima Cappa tria hæc;* nimirum Cappadocia, Cilicia, Creta.

Bithyni] Ex ea pariter Asiæ Minoris parte, quæ Pontum attingit.

16 *Altera Gallia*] Galatia, vel Gallo-Græcia, quæ e Græcis mixta et re-

Nemo tamen studiis indignum ferre laborem
Cogetur posthac, nectit quicumque canoris
Eloquium vocale modis, laurumque momordit.
Hoc agite, o juvenes: circumspicit, et stimulat vos,
Materiamque sibi Ducis indulgentia quærit.
Si qua aliunde putas rerum expectanda tuarum
Præsidia, atque ideo croceæ membrana tabellæ
Impletur: lignorum aliquid posce ocyus, et, quæ
Componis, dona Veneris, Thelesine, marito;

indecorum, quisquis sonantem facundiam jungit argutis numeris, atque lauream apprehendit. Illud suscipite, o adolescentes: benignitas Principis circum intuetur, ac vos incitat, et sibi poscit materiam. Si ex alia parte credis sperandum tuis rebus columen aliquod, ac propterea repletur papyrus codicis flavi, quære citius ligna quædam, o Telesine, et Veneris conjugi trade quæ scribis, vel include, atque abjectos

probavit Rigalt. coll. Gloss. antt. *Galliculæ*, τροχάδες.—18 *post hæc* 16. 21. 22. 24.—19 *nodis* 16. *laurusque* 12.—20 *Huc agite* quidam, non improb. Lubino, ut sensus sit: huc vos ad Imperatorem unum, vestrum patronum, conferte, et laborem impendite studiis. *o* abest ab 27. 47. 48. 58. *nos* 14. 17. 18. 19. a m. sec. 21. 22. 23. 27. 45. 46. 47. 58.—22 *expectanda* pro *spectanda* restitui ex 10. 11. 14-19. a m. sec. 20-25. 45. 50. 55. 56. 57. 60-63. 65-69. 71-77. 81.—23 *crocea not. tabella* 75. *crocea membrana tabella* legisse videtur Casaub. ad Pers. III. 10.—24 *aliquid poscas tibi, jamque* 12. *qua* 77. *ocyus* vulgo scribitur. Sed est Gr. ὠκίων, ὤκιστος, ὤκιστα.—25 *Conscribis* 7. 10. 12. 14. 16-19. a m. sec. 20. a m. pr. 22. 23. 24. 45. sed interpretamentum seu glossam redo-

NOTÆ

liquiis Gallorum, qui Brenno duce vastarunt Græciam, mox Orientem secuti in media Asiæ parte consederunt: teste Floro, II. 11.

Nudo traducit Gallia talo] Pedibus nudis et albis, more pauperum, et mancipiorum venalium ac transmarinorum. Vide Sat. I. vs. 3.

17 *Nemo tamen studiis, &c.*] Studiosorum nemo deinceps inopia conflictabitur: nemo literatus furnos aut balnea conducere, aut victus causa vile opus moliri cogetur, Cæsare jam respiciente.

19 *Laurumque momordit*] Verus ac bonus Poëta, qui victor fuerit coronatus lauro Apollini sacra: vel qui tali gloria dignum se probaverit: vel δαφνηφάγος, et hinc afflatus numine Apollinis. Vide Cœl. Rhodig. V. 7.

21 *Materiamque ducis, &c.*] Exercendæ munificentiæ dignam quærit occasionem Cæsar, adeoque eximiæ tantum eruditionis viros et ingenii non mediocris Poëtas investigat.

22 *Aliunde*] Quam a Cæsare.

23 *Atque ideo croceæ membrana, &c.*] Libros scribis operose.

Croceæ membrana tabellæ] Vide quæ ad Persii Sat. III. vs. 10.

24 *Lignorum aliquid posce*] Quibus accenso igne libellos inutiles consumas, nec perdas amplius oleum et operam.

25 *Veneris Thelesine marito*] Vulcano ignis præsidi. Plaut. Amphitrion. Scen. I. 'Quo ambulas tu, qui Vulcanum in cornu Conclusum geris?' Id est, qui laterna facem accensam portas.

Aut clude, et positos tinea pertunde libellos.
Frange miser calamos, vigilataque prælia dele,
Qui facis in parva sublimia carmina cella,
Ut dignus venias hederis, et imagine macra.
Spes nulla ulterior: didicit jam dives avarus
Tantum admirari, tantum laudare disertos,
Ut pueri Junonis avem. Sed defluit ætas
Et pelagi patiens, et cassidis, atque ligonis.
Tædia tunc subeunt animos, tunc seque, suamque

commentarios blattis vellica. Infelix rumpe pennas et elucubratas pugnas oblitera, qui exiguo in conclavi grandes versus condis ut merearis hederam ac effigiem macilentam. Nihil ultra expectandum. Nunc onim *opulentus parcus assuevit duntaxat mirari, duntaxat encomiis facundos extollere; sicut juvenes volucrem Junonis. At elabitur ætas* apta *sustinere et mare, et galeam, et bipalium: tum* vero *fastidia men-*

let. *Telesine* 21. 54. *Talesine* 22.—26 abest ab 77. *claude* 10. 14. 15. 16. 18. 19. 20. 25. 45-50. 54-60. 64. 65. Cf. ad III. 19.—27 *calamum* 13. *vigilanti* 21.—28 *Quid* 13. *Quæ* 17. *sella* malebat Vales. in Valesianis p. 181. ubi monet, honestiores olim Romæ in lectulis, tenuiores in sellis sedentes scripsisse.—30 *didicit nam* 13. 22. 23. 25. 27. 46-50. 55-60. 64. 65. 69. *nam didicit* 16. *didicit nunc* 24.—32 *si defluit ætas* conj. Schrader.—34 *Tedia* 60. 64. *nunc*

NOTÆ

26 *Tinea pertunde libellos*] Id est, tineis ac vermibus pertundendos et absumendos permitte.

27 *Frange miser calamos*] Martial. Epig. IX. 75. 'Frange leves calamos, et scinde Thalia libellos, Si dare sutori calceus ista potest.'

Vigilata prælia] Carmina quæ vigilando elaborasti ad bellatorum gloriam, &c.

28 *Qui facis in parva, &c.*] Tu Poëta sublimis at inops, et in angusta cella habitans.

29 *Hederis*] Corona ex hedera quæ Poëtis eximiis et victoribus dari consueverat. Virgil. Eclog. VII. 'Pastores hedera crescentem ornate Poëtam.'

Imagine macra] Statua tibi erigenda apud Apollinem Palatinum, qua tu adumbreris chartis impallescens, et labore studioque pertinaci et improbo macer factus. Vide quæ sunt notanda ad Pers. Prolog. vs. 5.

31 *Tantum admirari*] Et nihil largiri.

32 *Ut pueri Junonis avem*] Pavonem, cujus cauda Argi oculis exornata a Junone, teste Ovid. Met. I. Fab. 12. Pavonis autem caudæ tot luminibus fulgenti laudes quidem pueri tribuunt; at nedum quid aliud conferant, imo, si possint, pennas detrahunt.

Defluit ætas, &c.] Sensim transit ætas juvenilis idonea variis laboribus, ut Agriculturæ, Militiæ, negotiationi apud transmarinas gentes.

34 *Tunc seque, suamque Terpsichoren, &c.*] Eruditi senio et inopia oppressi dolent se Musis sterilibus juventutem dedisse, vellentque aliis artibus ætatem impendisse, e quibus lucrum provenisset, et senectuti ac infirmitati præsidium.

Terpsichoren odit facunda et nuda senectus.
  Accipe nunc artes, ne quid tibi conferat iste,
Quem colis, et Musarum, et Apollinis æde relicta.
Ipse facit versus, atque uni cedit Homero
Propter mille annos; et, si dulcedine famæ

tem penetrant, tum senecta eloquens ac denudata et se et suam Terpsichoren detestatur. Jam audi astus, ut nihil tibi tribuat is quem observas. Et Musarum et Phœbi dimisso templo, ipse condit carmina, et Homero soli concedit ob annos millenos.

****

subeunt 13. 20. 22. *nunc....nunc* 17.—35 *Terpsicorem* 45. 57. *Terpsicoren* 17. 18. 19. 23. *Thersicorem* 24. *Tersicorem* 27. 46. 47. *Tersicoren* 14. 16. 21. 22. 58. *facundia* 13. 23. *ac nuda* 24.—36-44 absunt ab 13. *nunc* pro *tunc* revocavi ex 14-20. 25. 27. 45-50. 56-63. 65-74. 77. *Aspice nunc artes* malebat Schrader. *tibi quid* 16. *nec quid* 19. *quod* 45.—37 Alii aliter interpungunt. Pro *relicta* forte legendum *rejecta*, ut sensus sit is, quem nonnulli ex recepta lectione eliciunt, contemto judicio doctorum hominum cet.; vel *receptus*, ut poëta significet, patronum, quamvis invita Minerva versus faciat, tamen receptum esse in numerum doctorum, quibus imagines dedicatæ sint ac statuæ in templis Musarum et Apollinis, ex pravo illius ætatis judicio, quod hunc honorem et indignis et dignis, quin illis sæpius quam his, deferebat.—39 *sed si* 16. *et si* 15. 21. a m. sec. 24. 25. 45. 49. 50. 54-57. 59-63. 65-69. 71-74. *aut si* 10.

NOTÆ

35 *Terpsichoren*] Musarum hæc una est, dicta quod oblectet choreas, nimirum per citharam, cujus inventrix habetur. Τέρψις, *delectatio*, et χόρος.

36 *Accipe nunc artes*] Audi jam quantis artibus illudant Poëtis divites Patroni, ne quid opis et pecuniæ illis impertiantur.

37 *Et Musarum et Apollinis, &c.*] Hæc jungunt alii cum præcedentibus, alii cum sequentibus.

Musarum et Apollinis æde] Ædem Musis extruxit Martius Philippus; Apollini in suo Palatio Augustus Cæsar; teste Sueton. Octav. August. c. 29.

38 *Ipse facit versus*] Patronus dives Poëtarum versibus indigere se negat ipse meliores faciens, suo quidem judicio. Hinc ille sumit ansam et occasionem nihil nummorum colentibus se bonis Vatibus dandi: aut certe versus eorum laudabiles suis qualibuscumque versibus compensat tantum. Ad rem facit quod Macrob. Saturnal. II. 4. refert de Augusto, qui Græculo cuidam Epigrammatium sibi frequenter offerenti reddidit Epigramma; at paucos denarios callide statim porrigenti summam ingentem numerari jussit.

Homero] Vide Satir. VI. vs. 437.

39 *Propter mille annos*] Ob antiquitatem duntaxat: cætera non concessurus; adeo fatuus est. De Homeri ætate apud Auctores non convenit. Vetus autem Scholiastes hic ita loquitur: 'dinumerato fortasse tempore ad ætatem usque suam, Poëta dixit mille annos fluxisse ab Homero, qui fuit annis ante urbem conditam centum et sexaginta, post Ilium captum ducentis sexaginta.'

Si dulcedine famæ succensus recites] Si famæ tantum et honoris captandi causa versus facis.

Succensus recites, Maculonus commodat ædes.
Hæc longe ferrata domus servire jubetur,
In qua solicitas imitatur janua portas.
Scit dare libertos extrema in parte sedentes
Ordinis, et magnas comitum disponere voces.
Nemo dabit regum, quanti subsellia constent,
Et quæ conducto pendent anabathra tigillo,
Quæque reportandis posita est orchestra cathedris.

Quod si recites provocatus existimationis suavitate, domum dabit mutuo Maculonus, ædesque valde ferro munitas imperabit esse utiles, in quibus ostium æmulatur fores anxias. Novit suppeditare libertos in ultima sedium collocatos serie, atque altas asseclarum procurabit acclamationes. At *patronorum nemo tribuet, quanti conduxeris scamna, et gradus tignis pretio comparatis sustentatos, et orchestram sedi-*

17-20. 22. 23. 27. 46. 47. 48. 58. 64. Non male!—40 *Incensus* 24. *Contentus* 23. *recitet* perperam, ni fallor, emend. Lindenbrog. et Schrader. *Maculonus* restitui ex 10. 11. 17-24. a m. sec. 25. 27. 45-50. 54. 55. 57-69. 71. 73. *Maculonis* 1. 12. 14. 15. 16. 24. a m. pr. 26. 56. 70. 74-77. 82. Vetus scholion est: *alii, sordidas ædes; alii, pictas.* Ad quam glossam Schurzfl. ingeniose hæc notavit: '*Maculatas* forte legit, si recte emendatus est. Pithœus edidit, *Alii sordibus dixit, alii pictas.* Possis etiam *illitas sordibus.* Emblema vermiculatum alii, puto, ceperunt *maculas*, et exposuerunt *pictas.* Cf. Casaub. ad Theophr. p. 173.'—41 abest ab 11. *Ac* 10. 14. 15. 17-25. 27. 45-50. 54-69. 71-74.—42 *mutatur* 46. 47.—45 *quantum* 13. *constant* 11-22. 24.—46 *anabatra* 17. 19. 21. 22. 49. *anabruta* 18. 20. *anabratha* 14. *anabactra* 23. *anabetra* 75. *anabæthra* 76. *anabethra* legit Vales. in Valesianis p. 208. Sed Gr. ἀνάβαθρα dicuntur, et recte Schol. vetus, cujus glossa ad hoc verbum, non ad *subsellia* spectat: 'A Græco tractum, i. e. subsellia, super quæ altius sedeatur,

NOTÆ

40 *Recites*] Recitandi consuetudinem et apparatum olim sane magnum explicabimus ad Pers. Satir. vs. 15. et seq.

Maculonus] Dives quidam, ut ille Fronto, de quo Satir. I. vs. 12.

Commodat ædes] At ceteras impensas minime suppeditabit.

41 *Ferrata domus*] Ad exhibendam opulentiam, ornata ferro et ære janua. Plin. XXXIV. 3. refert Carvilium Quæstorem inter alia crimina Camillo objecisse, quod ærata ostia in domo haberet.

Servire jubetur] Uti jubet ad recitandum.

42 *Solicitas portas*] Urbis portas belli tempore, et in metu hostili.

43 *Dare libertos*] Qui applaudant: et clientes qui acclament.

45 *Regum*] Optimatum et divitum.

Quanti subsellia constent, &c.] Sumtus factos conducendis et disponendis subselliis, et auditorio præparando, nemo compensabit.

46 *Anabathra*] ἀναβαίνω, *ascendo*; ἀνάβαθρον, scala, pulpitum, subsellium.

47 *Reportandis*] Quæ conducuntur, ad tempus elocata reportari necesse est, et pretium solvi ex convento.

Orchestra] Metonymia. Tabulata. Vide Satir. III. vs. 178.

Nos tamen hoc agimus, tenuique in pulvere sulcos
Ducimus, et littus sterili versamus aratro.
Nam si discedas, laqueo tenet ambitiosi
Consuetudo mali: tenet insanabile multos
Scribendi cacoëthes, et ægro in corde senescit.
Sed vatem egregium, cui non sit publica vena,
Qui nihil expositum soleat deducere, nec qui
Communi feriat carmen triviale moneta,

bus remittendis contextam. Attamen nos id molimur, et pulverem exiguum sulcamus, ac ripam infructuoso vertimus aratro. Etenim si recedas, vinculis coërcet mos vitii cupidi; plurimos occupat immedicabilis scribendi consuetudo prava, atque in mente male affecta inveterascit. At Poëtam eximium, qui non habeat ingenium vulgare, qui commune nihil proferre assueverit, quique nota publica non percutiat

gradus superiores scansiles.'—48 abest ab 22., et 48. 49. ab 13.—49 *hoc* pro *et* 22. *sterilique in pulvere sulcos Ducimus, et littus tenui versamus aratro* 11. quæ lectio valde arridebat Schurzfl. qui allusum putabat ad Virgilianum *in tenui labor* Georg. IV. 6. *tenui* pro *sterili* 27. 46-50. 54. 55. 57. 58. 61-67. 71-74. *sterili littus* 15.—50 *Sed si* 13.—51 *Consueto* 14. *insatiabile* 13. 24.—52 *cachoëtos* 27. 48. *cachetos* 47. *cacohethes* 49. 55. *cacethos* 23. *cacetes* 19. *chachetes* 24. *cachetes* 10. 15. 16. 20. 21. 22. 48. *cachoëtes* 17. *cathetes* 12. 13. *catethes* 11. *cathecos* 45. *cacoëthos* legendum putabat Ascens. *et in ægro* 19. *atque ægro* 20. *ægroque* 11. 12. 13. 18. 21. 23. 24. 45. *ægre* reponendum esse non dubitabat Græv. ut sensus esset: difficulter, et vix unquam scribendi carmina cupiditas expellitur. Sed vulgata lectio haud dubie præstat.—55 *faciat* 16.—56

NOTÆ

48 *Nos tamen hoc agimus. &c.*] Nihilo segnius laboramus, quam si magna spes emolumenti incitaret.

In pulvere sulcos ducimus] Proverbium. Id est, inutiliter defatigamur versus condendo, perinde ac si arenosum littus ac sterile solum araremus.

50 *Si discedas*] Si velis ac tentes discedere a mala consuetudine.

Ambitiosi consuetudo mali] Ambitio honoris, gloriæ cupiditas, quæ te ad scribendum impellit.

52 *Cacoëthes*] Apud Medicos est ulceris genus curatu difficile. Cornel. Cels. l. v. ubi de carcinom. Plin. XXII. 25. &c. alibi, &c. Metaphorice est scribendi libido. *Κακὸν malum, ἔθος mos* et *consuetudo, ἦθος, indoles.*

Senescit] Diuturnitate invalescit, unde et fit insanabile.

53 *Vatem egregium*] Horat. Satir. l. I. 4. vs. 43. 'Ingenium cui sit, cui mens divinior, atque os Magna sonaturum, des nominis hujus honorem.'

Vena] Facultas Poëtica. Horat. ad Pison. vs. 409. 'Ego nec studium sine divite vena, Nec rude quid prosit video ingenium.'

54 *Expositum*] Abjectum, vile, cuivis notum, pervium, facile.

55 *Carmen triviale*] Inconditum, plebeium. Virgil. Eclog. III. 'Non tu in triviis, indocte, solebas Stridenti miserum stipula disperdere carmen?' In compitis mali Poëtæ sua carmina recitare et venditare consueverant.

Communi feriat moneta] Stylo vulgari, plebeio, rudi, inconcinno, scri-

Hunc, qualem nequeo monstrare, et sentio tantum,
Anxietate carens animus facit, omnis acerbi
Impatiens, cupidus sylvarum, aptusque bibendis
Fontibus Aonidum. Neque enim cantare sub antro
Pierio, thyrsumve potest contingere sana
Paupertas, atque æris inops, quo nocte dieque

versus e trivio, istum qualem ostendere non possum et percipio duntaxat, præstat mens solicitudinis expers, amans nemorum, atque idonea potandis Aonidum aquis. Etenim inopia sapiens, et carens pecunia, qua noctu atque interdiu corpus indiget, nequit canere in spelunca Pieria. Satiatus est Horatius, quoties ait, Euhoë.

Nunc 18. 21. a m. pr. *nescio* 27. 46-49. 54-58. 64. non improb. Maittario, ut syll. *ne* corripiatur ante literam *s* liquescentem, vel antipodia admittatur.—59 *nec* 16. 21.—60 *thyrsumque* 1. 18. 23. a m. sec. 45. *sana* plerique libri, quos secutus sum, 10. 11. 15. 17. 19-27. 45-50. 54-69. 71-74. forte et vetus Schol. qui ita h. l. interpretatur: ‘Insanire pauper non potest aut moveri ad scribendum, quia familiaribus rebus consulere cogitur: dicunt nam, nisi insanum, poëtam esse non posse.’ *sæva* 7. 14. 16. 18. 21. ad marg. 29. prava, sed facili aberratione. *mæsta* 12. 13. 70. 75. 76. 77. 82. quæ indocti hominis emendatio esse videtur.—61 *inops, nocteque* 27. 46. 47.—62 *Oratius*

NOTÆ

bens. Metaphora a moneta, quæ nota signatur omnibus perspecta, usitata, semperque simili. Horat. ad Pison. vs. 58. ‘Licuit semperque licebit Signatum præsente nota producere nomen.’ Apuleius I. Apol. Græcas voces ait a se Latina moneta percussas.

56 *Sentio tantum*] Concipio mente, intelligo, qualis sit et esse debeat Vates ille egregius, vix autem verbis adumbrare queo.

58 *Cupidus sylvarum*] Horat. Epist. II. 2. ‘Scriptorum chorus omnis amat nemus, et fugit urbes, Rite cliens Bacchi somno gaudentis et umbra.’ Ovid. ‘Carmina secessum scribentis et otia quærunt.’

Aptusque bibendis fontibus Aonidum] Mens enim nisi fit expers curarum, non afflatur numine Musarum et Apollinis; id est, nobile carmen nullum concipit aut parit. Vide Pers. Prolog. vs. 1.

59 *Aonidum*] Musarum, quibus in Aonia Bœotiæ regione sacra quædam loca, fons Hippocrene, mons Helicon, seu Aganippe. Vide supra vs. 6.

Cantare sub antro Pierio] Dignum aliquid Musis et Phœbo promere.

60 *Pierio*] Vide supra vs. 8.

Thyrsumve potest contingere] Bacchi patrocinium mereri, censeri inter veros Poëtas, adeoque esse rite cliens Bacchi, ut ait Horat. Epist. II. 2. mox cit. Poëticum furorem concipere, instar Bacchantium armatarum thyrso, id est, hasta pampinis involuta.

Sana] Sui compos, sobria, non furens. Horat. ad Pison. vs. 296. ‘Excludit sanos Helicone Poëtas Democritus.’

61 *Æris*] Plin. XVIII. 3. ‘Servius Rex,’ inquit, ‘ovium boumque effigie primus æs signavit.’ Et XXXIII. 3. ‘Servius Rex primus signavit æs. Antea rudi usos Romæ Timæus tradit. Signatum est nota pecudum: unde et pecunia appellata,’ &c. Ma-

Corpus eget: satur est, cum dicit Horatius, Euœ!
Quis locus ingenio, nisi cum se carmine solo
Vexant, et dominis Cirrhæ Nysæque feruntur
Pectora vestra, duas non admittentia curas?
Magnæ mentis opus, nec de lodice paranda
Attonitæ, currus, et equos, faciesque Deorum

Ecquis locus ingenio, nisi quando noster animus duplicis haud patiens solicitudinis, torquet se versibus tantum, ac duobus magistris Cirrhæ et Nysæ abripitur. Summi ingenii neque de comparando stragulo stupentis molitio est, intueri currus et equos et vultus Deorum, et quæ Erynnis Rutulum perturbet. Etenim si Maro eget

13. 22. 23. 24. v. Excurs. ad h. l.—63 *ingenuo* 16.—64 *Nisæ Cyrræque* 24. *Cyrrhæ* in plerisque edd. etiam Henniu. et *Nisæque* in quibusdam legitur. Sed Κίῤῥα et Νύσα dicuntur.—65 *Pectora nostra* 7. 10. 14. 15. 16. 19. 23. 24. a m. sec. 25. 26. 45. 49. 50. 54-69. 71-74. 77. Non male, ut et *nos* sup. vs. 48. Sed bene etiam *τὸ vestra*, ut Juvenalis poëtas alloquatur. *vestrum* 22. *vocas* pro *curas* 27. 46. 47. 48.—68 *rutilum* 13. *confundit* 15. *confudit* 11. 16. *Erin-*

NOTÆ

crob. Saturn. I. 7. Æs a Jano refert signatum ex una parte, capite Saturni, ex altera, navi, qua ille ad eum pervectus fuerat. Unde ludentes pueri denarios in sublime jactantes, caput, aut, navim, exclamant; lusu teste vetustatis. Vide et Alex. ab Alex. IV. 15. et 24.

62 *Corpus eget*] Ad comparandum victum a vestitum.

Euœ] Vox qua bacchantes furentes utebantur. Horat. l. II. Ode 19. 'Euœ, recenti mens trepidat metu, Plenoque Bacchi pectore turbidum Lætatur. Euœ, parce Liber, Parce, gravi metuende thyrso.' Quod egregium carmen dum Horatius fundebat, satur erat.

63 *Quis locus ingenio*] Exercendo, et promendæ industriæ ac venæ diviti.

Se carmine solo vexant] Nisi cum uni vacatur Poëticæ studio.

64 *Et dominis Cirrhæ Nysæque feruntur*] Instinctu et afflatu Apollinis et Bacchi.

Cirrhæ] Urbs erat ad radicem Parnassi montis, Phœbi Sacris et cultu nominata. Martial. l. I. Epig. 77. ad Flaccum. 'Quid tibi cum Cirrha? Quid cum Permessidis unda? Romanum propius divitiusque forum est.'

Nysæ] Urbs Arabiæ, apud quam Bacchus a Nymphis educatus dicitur, indeque vocatus Dionysius. Est et *Nysa* mons ac civitas in India ab eodem Baccho extructa, teste Strab. l. XV. Hoc etiam nomine appellantur aliæ quædam urbes in diversis regionibus, ubi colitur Liber pater, eidemque sacer unus e Parnassi verticibus *Nysa* quoque dictus. Vide Diodor. Sicul. IV. 5. et V. 1. Martial. l. IV. Epigram. 44. 'Hæc juga, quam Nysæ colles, plus Bacchus amavit.'

65 *Duas non admittentia curas*] Hinc rei domesticæ et victus conquirendi; illinc Poëtices, studii literarum, et elaborandi carminis.

67 *Attonitæ*] Valde solicitæ unde comparare queat cibos et vestimenta, aliaque necessaria ad victum.

Currus et equos, &c.] Ingeniosa mente complecti et nobili versu describere Deorum actiones et majestatem: ut facit Virgilius in Æneide passim.

Aspicere, et qualis Rutulum confundat Erinnys.
Nam si Virgilio puer, et tolerabile deesset
Hospitium, caderent omnes a crinibus hydri:
Surda nihil gemeret grave buccina. Poscimus, ut sit
Non minor antiquo Rubrenus Lappa cothurno,

famulo et qualicumque domo, cuncti serpentes elaberentur e capillis: tuba rauca nihil grande streperet. Petimus ut cothurno veterum inferior non sit Rubrenus

---

nis 23. *Erinis* 24. 45. *Erynnis* 27. et al. Sed Ἐριννὺς dicitur.—69 *desit* 10. 11. 14-18. a m. sec. 19. 20. 22. 23. 25. 27. 45-50. 54-69. 71-74. 77. Emendatio scholasticorum, metro timentium.—70 *hydræ* 77.—71-95 ejecti e 13. exceptis vss. 74. 75. 76. et 81. qui post vs. 97. leguntur. *bucina* 17. 20. 21. 22. quæ scriptura rectior est, sed in optimis codd. non reperitur.—72 *Rubeus* 16. *Rubienus* 24. *Rabienus Lappa* conj. Dorleans, ut designetur poëta quidam, qui propter amarulentum ingenium *Rabienus*, et *Lappa* ob mordacitatem dictus sit.

NOTÆ

68 *Qualis Rutulum confundat Erinnys*] Recte depingere Alecto Furiam Rutulorum Regem Turnum terrore complentem, serentemque bella Trojanos inter et Latinos. Quod belle exequitur Virgil. Æneid. VII.

Rutulum] Vide Sat. VI. 636.

Erinnys] Ita vocatur Furia, quod ἔρρει τὸν νοῦν, *corrumpat mentem*; vel, ut aiunt quidam, ἐρύει, id est, *trahat*, *distrahat*: quæ si valeret etymologia; scribendum foret *Erynnis*. Triplex autem numeratur, Alecto, Tisiphone, Megæra. Et his angues pro capillis affingunt Poëtæ: unde mox noster ait cum Virgilio, *caderent a crinibus hydri*.

70 *Caderent omnes a crinibus hydri*] Alludit ad Virgilii versus Æneid. VII. mox citandos. Sensus est: omnis illa vis Poëtica, et majestas carminis Virgilio excideret et periret, si necessariis victui caruisset. Talis enim solicitudo mentem distrahit, ingeniumque enervat. Virgil. Æneid. VII. sic habet. 'Luctificam Alecto dirarum ab sede Sororum Infernisque ciet tenebris; cui tristia bella, Iræque, insidiæque, et crimina noxia cordi,' &c. Et post. 'Talibus Alecto dictis exarsit in iras. At juveni oranti subitus tremor occupat artus; Deriguere oculi: tot Erinnys sibilat hydris —— et geminos erexit crinibus angues Verbereque insonuit,' &c.

Hydri] *Hydrus*, vel, *hydra*, serpens aquaticus.

71 *Surda nihil gemeret grave buccina*] Id est, nihil grave scriberet Virgilius, cum Alecto exhibet populos ad arma excitantem. Æneid. VII. 'Pastorale canit signum, cornuque recurvo Tartaream intendit vocem, qua protinus omne Contremuit nemus, et sylvæ intonuere profundæ.'

Poscimus ut sit, &c.] Scilicet vellemus, et exigimus ab inope Rubreno, ut tam solerter, tanta diligentia, tam diserte scribat Tragœdias, quam veteres illi Tragici Æschylus, Sophocles, Euripides, qui opibus et honoribus affluebant, atque incitabantur.

72 *Rubrenus Lappa*] Ingeniosus Poëta Tragicus, sed egens tempore Juvenalis vivebat. Vetus Scholiastes.

Cothurno] Gravi stylo. Vide Sat. VI. vs. 634. in simili voce.

Cujus et alveolos, et læenam pignerat Atreus.
Non habet infelix Numitor, quod mittat amico :
Quintillæ quod donet, habet; nec defuit illi,
Unde emeret multa pascendum carne leonem
Jam domitum : constat leviori bellua sumtu
Nimirum, et capiunt plus intestina poëtæ.
Contentus fama jaceat Lucanus in hortis

Lappa, cujus lances atque pallium Atreus oppignerat. Misero Numitori non est quod mittat familiari, est quod det Quintillæ: habuitque is quo jam subactum leonem compararet plurima carne alendum. Fera scilicet minori stat impensa; et vatis plus venter devorat. In hortis marmore exornatis *quiescat Lucanus*

Lapa 46. 47.—73 *albeolos* 2. *albiolos* 3. 5. 14-25. 27. 45-49. 54-66. 72. 77. Illud Valla, hoc Mancinellus et Lubinus probarunt. Ille interpretatur tabulas lusorias, hi vero tabulas scriptorias, easque *albas* s. *albeas*, h. e. gypsatas. Cf. Turneb. Miscell. XXIV. 4. Neutra lectio probanda, et utraque orta ex vulgari permutatione literarum *V* et *B*, de qua v. ad Sil. VIII. 473. et 543. *pignorat* 27. 48.—74 *mittit* 16. *quod donet amico* 24.—75 *Quinctillæ* 74. *Quintilæ* 27. 60. 65. *Quintiliæ* 11. *donat* 16. *deficit* 19.—77 *belua* 17. 19. 60. 64. Vulgo *bellua* v. ad IV. 121.—78 *cupiunt* 14.—79 *jaceat fama* 26. *taceat* 11. 12.

NOTÆ

73 *Cujus et alveolos, &c.*] Qui dum vacat Fabulæ de Atreo scribendæ, premitur inopia, et cogitat oppignerare supellectilem, ut cibos emat. Comminiscuntur alii Atreum fœneratorem pignoris titulo Rubreni res tenentem. Quod non placet.

Alveolos] Paropsides, et variam supellectilem. Synecdoche. Vide Sat. V. vs. 88. Item Turneb. XXIV. 4.

Lænam] Χλαῖναν: penulam, et alia vestimenta. Synecdoche. Vide Sat. III. vs. 283. et Sat. V. vs. 131.

Atreus] Pelopis et Hippodamiæ filius, Mycenarum Rex, qui Thyesti fratri comedendos apposuit filios ex adulterio ejus cum uxore sua genitos. Cujus horrore convivii, Solem aiunt retrocessisse. Vide Senec. Tragic. in Thyeste.

74 *Non habet infelix Numitor*] Ironice. Infelix sane is qui divitias effundit in luxum ac voluptates, parcus autem est ac sordidus in clientes, amicos, honestos viros.

75 *Quintillæ*] Amicæ, meretrici.

76 *Emeret multa pascendum carne leonem*] Et hoc erat in deliciis divitum feras mansuefactas alere. Vide Lamprid. in Heliogabalo. Plin. VIII. 8. 9. 16. 17. 52. Gell. V. 14. Martial. Spectac. Epig. 10. et lib. II. Epig. 75. &c

77 *Constat leviori bellua sumtu, &c.*] Ironice. Poëta nimirum plus devorat quam leo, et majores sumtus facit.

79 *Contentus fama jaceat, &c.*] Lucano quidem rebus omnibus affluenti facile est unam sectari gloriam in scribendo carmine.

Lucanus] M. Annæus Lucanus, Cordubensis, Senecæ Tragici nepos, Saleii Bassi et Persii condiscipulus ac familiaris, de bello Pharsalico scripsit carmen, et alia quædam, Oratoribus magis quam Poëtis annumerandus, teste Quintiliano X. 1. Neroni primum gratiosus, mox ab eo jussus occidi in ætatis flore. Plura lege apud

Marmoreis: at Serrano, tenuique Saleio
Gloria quantalibet quid erit, si gloria tantum est?
Curritur ad vocem jucundam, et carmen amicæ
Thebaidos, lætam fecit cum Statius urbem,
Promisitque diem. Tanta dulcedine captos
Afficit ille animos, tantaque libidine vulgi
Auditur: sed, cum fregit subsellia versu,

existimationem satis habens. Sed quid honos quantuscumque Serrano proderit, ac pauperi Saleio, si duntaxat honos adest? Properatur ad vocem gratam, et dilectæ poëma Thebaidis, quando civitatem Statius hilarem effecit, ac diem pollicitus est. Tanta suavitate affectas mentes is delectat, ac tanta plebis cupiditate auscultatur.

23. a m. pr. 24.—80 v. Excurs. ad h. l.—81 *tantalibet* 11. *est* non extat in 12. 16. 20. *nisi gloria tantum* 20.—83 *fecit cum* recepi ex 14. 15. 17. 18. 19. 46. 47. 48. 50. 58. 61-68. 71-77. *cum fecit* 10. 12. 20. 21. 23-27. 45. 49. 54-57. 60. 70. *cum facit* 16. *facit cum* 22.—85 *Allicit* laudavit Heins. ad Ovid. ex

NOTÆ

Petrum Crinitum. Vide et Corn. Tac. lib. xv.

In hortis marmoreis] Columnis ac statuis marmoreis ædes et hortos exornari pridem institutum. Vide Plin. xxxvi. 1. 2. et seq.

80 *Serrano, tenuique Saleio*] Hi quidem valebant ingenio, cetera egentes, ut vulgo Poëtæ. Tempore Juvenalis vivebant. Saleii Bassi meminit Tacitus sestertiis quingentis a Vespasiano donati. Quintil. x. 1. vehemens illius et poëticum affirmat ingenium fuisse, nec ipsum senectute maturum. Petr. Crinit. c. 62. 'Laudatur,' inquit, 'ab antiquis magnopere Saleius, non tantum ut vir optimus, sed etiam ut Poëta egregius, atque absolutissimus. Valde nobilis quidem, at exiguo et tenui censu fuisse traditur.'

82 *Curritur ad vocem jucundam, &c.*] Magnus fit Populi Romani concursus ad audiendum Statium Poëma recitantem sonora et suavi, qua pollet, voce: at nemo dat unde vitam sustentet egregius Vates.

83 *Thebaidos*] De bello Thebano, Polynicen inter ac Eteoclen fratres Œdipi filios, carmen Epicum Papinius Statius, item Ponticus Poëta, teste Propert. lib. i. eleg. 7. at Æschylus et Seneca Tragicum scripsere.

Statius] Is Neapoli natus nobili genere, Thebaida Libris duodecim complexus, Domitiano Cæsari consecravit; a quo et dilectus, et insigni corona donatus aliisque muneribus. Scripsit et quædam alia. Vide Petrum Crinitum iv. 1.

84 *Diem*] Qua recitaret suum poëma.

86 *Sed cum fregit subsellia versu*] Post ingentes eos applausus, esurit, Procerum nemine se patronum ei præbente vel munificum.

Fregit subsellia versu] Vehementi recitatione et facundia, Hyperbol. vel causa fuit cur scamna frangantur præ nimio applausu. Vide Sat. i. vs. 13.

Esurit, intactam Paridi nisi vendat Agaven.
Ille et militiæ multis largitur honorem,
Semestri vatum digitos circumligat auro.
Quod non dant proceres, dabit histrio. Tu Camerinos,
Et Bareas, tu nobilium magna atria curas?

At postquam rupit sedilia carminis recitatione, *fame* premitur, *nisi Agaven illibatam Paridi venumdet. Is et belli dignitates plurimis tribuit: Poëtarum digitos auro sex mensium circumvolvit. Quod non donant Optimates, mimus largietur. Tu* postea *Camerinos et Bareas, tu summa colis illustrium vestibula? Pelopea creat*

Ponto III. 35. sed haud dubie memoriæ vitio.—87 ni 21. 22. *Paridine vendat* 11. vitiose pro *Paridi ni v.* *Agavem* 64.—88 *honores* 15. *largitus* emend. Schrader. Recte, opinor, nisi mox malis *Semestri et vatum* cet.—89 *Semestri* 1. 11. 14. 21. a m. sec. *militiæ multis largitur honorem Semestrem, vatum* cet. emend. Ruben. Sed exquisitior vulgata lectio. Ut dignitas Tribunorum semestris fuit, ita et insigne. Conf. Salmas. Exerc. Plin. p. 450. cujus verba sup. in Proleg. apposui.—91 *Bareas* 10. 11. 14-25. 27. 45-50. 54-69. 74. 77. et Sueton. in vita Juven. quos secutus sum, quia cum *Camerinos* jungitur. *Bareas* 70. 75. 76. 82. *Barcas* 73. *Boreas* 71. *cura* malebat Schrader.—

NOTÆ

87 *Intactam*] Non evulgatum carmen offert histrioni Paridi, quem unum invenit beneficum ac remuneratorem.

Paridi] Pantomimus Paris duplex fuisse videtur: alter sub Nerone, cujus meminit Sueton. Ner. cap. 54. alter sub Domitiano, de quo Sueton. Domit. cap. 3. Martial. Epig. II. 14. et noster Sat. VI. vs. 87.

Agaven] Tragœdiam de Agave Penthei matre, de qua Pers. Sat. I. vs. 100. et seq.

88 *Ille et militiæ, &c.*] Paris Domitiano carus, adeo ut eo permittente præfecturas venderet. Hos versus causam exilii fuisse Juvenali ait vetus Scholiastes. Vide Suidam, et Lips. Epistol. qu. lib. IV. epist. 20.

89 *Semestri vatum digitos circumligat auro*] Id est, Equites Romanos facit, quorum insigne annulus aureus: hic autem erat duplex, levior alter æstate, alter gravior hyeme gestari solitus; ut notavi ad Sat. I. vs. 28. et seq. Vide Turneb. XX. 2. Forte et Juvenalis respicit ad semestres Tribunatus, de quibus Plin. lib. IV. epist. 4. ubi sic habet: 'Calvisium Nepotem valde diligo — hunc rogo semestri Tribunatu splendidiorem et sibi et avunculo suo facias.'

90 *Quod non dant proceres, dabit histrio*] Hic versiculus exilio Juvenalis occasionem præbuit.

Quod non dant proceres] Præmia, dignitates.

Histrio] Ab Histria dictus: inde enim petiti olim histriones ac ludii. Festus. Aliter tamen Liv. VII. 2. et Valer. Maxim. II. 4. qui Tusco verbo histriones dici, et ex Hetruria vocatos affirmant ludiones.

Tu Camerinos, &c.] Et tu nobilium favorem deinceps credes ambiendum? Scilicet: his liberalior est Paris erga Poëtas et Literatos.

Camerinos] Horum maxime illustris Sulpitius Camerinus, qui Athenas missus ad Solonis leges perquirendas.

91 *Bareas*] Vide Sat. III. vs. 116.

Præfectos Pelopea facit, Philomela tribunos.
Haud tamen invideas vati, quem pulpita pascunt.
Quis tibi Mæcenas? quis nunc erit aut Proculeius,
Aut Fabius? quis Cotta iterum? quis Lentulus alter?
Tunc par ingenio pretium: tunc utile multis

Præpositos, Tribunos Philomela. Nihilominus ne invideas Poëtæ, quem suggesta nutriunt. Ecquis tibi Mecænas? Quis erit modo vel Proculeius, vel Fabius? Quis Cotta rursum? Quis secundus Lentulus? Tum erat *merces æqualis ingenio.*

92 abest ab 16. *Philomena* 18. 19. 21-24. 27. 45-49. 55.—94 *Quid* 45. *Mæcenas* 27. 49. 61. 63. 64. *Mecænas* 45. 50. v. ad I. 66. *et* pro *aut* 22.—95 *Cocta* 17-20. 22. 23. 24. 45. 46. 48. 59. 61. 62.—96 *Par olim pretium* 13. *nunc utile multis Pallere* cet. 67. 68. 71. 73. 77. quod vulgo explicatur: nunc studiorum utilitas omnis huc redit, ut *palleas*, curis conficiaris, et vino abstineas vel in ipso Decembri, in quo Saturnalium tempore omnes, etiam continentissimi, genio indulgere solent: vel, nunc discendum, sive utilissimum est, esurire et abstinere vino. Bahrdt vertit: *Iezt ist am besten dran, Wer hungern . . . kann.* Non male, sed minus convenienter usui

NOTÆ

92 *Præfectos Pelopea facit*] Paris facit Præfectos in mercedem oblati sibi Poëmatis de Pelopea.

Pelopea] Hæc Thyestis erat filia, e qua ipse genuit Ægisthum Clytæmnestræ mœchum et Agamemnonis interfectorem. Vide supra, vs. 73. ad vocem *Atreus*.

Philomela] Carmen de *Philomela*, de qua Sat. VI. vs. 644. ad vocem *Procne*.

Tribunos] Militares nimirum. Vide Sat. III. vs. 313. Alex. ab Alex. I. 5. &c.

93 *Vati*] Ipsi fortasse Statio, quem a Juvenale carpi volunt quidam, eo quod nimium gloriaretur a Domitiano se laurea coronatum, quem tamen honorem ab Imperatore nactus esset potius ob Paridem ipsi Imperatori dilectum, Statii fautorem.

Quem pulpita pascunt] Qui victitat e Poëmatis, quæ recitat e pulpito, vel e Tragœdiis, quas histrionibus vendit in Theatro exhibendas. Horat. ad Pison. vs. 279. 'Æschylus, et modicis instravit pulpita tignis.'

94 *Quis tibi Mæcenas*] Ubi nunc patronos quales pridem invenias?

Mæcenas] Is Horatio decantatus, in ipsum aliosque Literatos adeo munificus, ut Mæcenates dicantur exinde omnes studiosorum patroni.

Proculeius] De eo jam Sat. I. vs. 40.

95 *Fabius*] De Fabiis, Sat. II. vs. 146. et Sat. VI. vs. 66. Q. Fabii Maxim. liberalem animum commendat Valerius Max. IV. 8. Alii hic intelligunt Fabium illum Maxim. ad quem Ovid. Lib. de Ponto plures Elegias inscribit.

Cotta] Sat. V. vs. 109. Ovid. de Ponto, lib. II. eleg. 8. et lib. III. eleg. 2. et 5.

Lentulus] Lentulorum dignitatem ac virtutes passim Tullius commemorat.

96 *Tunc par ingenio pretium*] Olim ingeniosi Poëtæ muneribus cumulabantur. Plin. lib. III. epist. ult. sic loquitur: 'Fuit moris antiqui, eos qui vel singulorum laudes, vel urbium scripserant, aut honoribus, aut pecunia ornare: nostris vero tempo-

Pallere, et vinum toto nescire Decembri.
Vester porro labor fœcundior, historiarum
Scriptores: petit hic plus temporis, atque olei plus:
Namque oblita modi millesima pagina surgit
Omnibus, et multa crescit damnosa papyro.

At *modo fructuosum plurimis impallescere, atque merum ignorare integro Decembri. At vestra opera fertilior est*, o *Historici: hæc plus moræ plusque olei deposcit. Etenim cunctis accrescit pagella millesima limitis immemor, ac multiplicatur perniciosa eò*

loquendi, quam satirico ingenio.—97 *toto vinum* 10. 12. 13. 16. 18. 24. 45.—98-105 ejecti e 13.—99 *petitur plus* 56. 59. 60. 65. *aut olei* 16.—100 *Nulla quippe modo* 33. 77. *modis* 46. 47. 48.—101 *Ominibus* 11. *Talibus* 20. *multum*

NOTÆ

ribus, ut alia speciosa et egregia, ita hoc inprimis exolevit. Nam postquam desiimus laudanda facere, laudari quoque ineptum putamus.'

Nunc utile multis] Legunt nonnulli, *tunc*, iterum, ut sit expolitio prioris sententiæ. Alii, *nunc*, ut sit antithesis, hoc fere sensu: nunc autem alia non est utilitas studiosis, præter ipsum studium, ac studii incommoda, quæ sunt pallere, et genium defraudare.

97 *Pallere*] Vide Pers. Sat. v. vs. 62.

Vinum nescire] Ad vacandum scriptioni liberius. Cicer. Tusc. 5. n. 100. 'Quid quod, ne mente quidem recte uti possumus multo cibo et potione completi?' Contrarium statuit Horatius, lib. I. epist. 19. ubi vinosum Homerum, Enniumque, et alios Poëtas similiter vinosos esse debere affirmat.

Toto Decembri] Seu cum dies breviores, atque longiores lucubrationes fiunt; seu ipso tempore Saturnalium, quo vel continentissimi genio pluscululum indulgent. Erat enim December Saturno sacer, et Saturnalia celebrabantur eo mense per triduum, seu per dies septem, addendo Sigillaria. Initium sumebatur 16. Kal. Januarii, id est, 17. Decemb. In his Feriis epulantibus servis famulabantur ac ministrabant domini: et quisque vino dapibusque liberius se recreabat. Vide Macrob. I. 7. et 10. Senec. Epist. 18. et 47. Alex. ab Alex. II. 22. at præ ceteris Athen. XIV. 10. ubi morem ac celebritatem Saturnalium a Græcis ad Romanos fluxisse egregie asserit, ac diserte explicat. Sueton. Claud. cap. 5. 'quadraginta aureos in Saturnalia et Sigillaria missos,' refert. Et Calig. c. 17. 'Diem Saturnalibus adjecit, appellavitque Juvenalem,' inquit.

98 *Vester porro labor, &c.*] Ironice. At historiarum Scriptoribus major fortasse utilitas, majusque e labore lucrum.

99 *Petit hic plus, &c.*] Alii legunt, *petitur plus, &c.* id est, ad scribendam historiam plus temporis in perquirenda rerum veritate desideratur, et plus olei in lychno ad lucubrandum atque vigilandum.

100 *Oblita modi millesima, &c.*] Sine mensura et modo crescit volumen multiplicibus paginis conscriptum.

101 *Multa damnosa papyro*] Unde et pecuniæ multum impenditis, emendo plurimum papyri ad historiæ volumen scribendum multiplex.

Papyro] Plin. XIII. 11. chartæ usum non fuisse ante Alexandri Magni

Sic ingens rerum numerus jubet, atque operum lex.
Quæ tamen inde seges? terræ quis fructus apertæ?
Quis dabit historico, quantum daret acta legenti?
Sed genus ignavum, quod lecto gaudet et umbra.
Dic igitur, quid causidicis civilia præstent

chartam plurimam. Ita vult magna rerum copia, et scriptionis regula. Attamen quis exinde fructus? Quæ utilitas humum proscidisse? Ecquis historiarum scriptori largiretur, quantum donaret acta perlegenti. At gens est pigra, quæ delectatur domo atque umbra. Eloquere ergo, quid causarum actoribus afferant lucri *civilia ministeria, et co-*

21. *multa crescit* pro *crescit multa* recepi ex 11. 23. 24. quia gratius est auribus.—102 *operis* 77.—105 *ignavum est, quod* 22. *tecto* pro *lecto* 10. 12. 14-20. 23-25. 27. 45-50. 54-69. 71-74. 77. Non male; sed nostra lectio et concinnior est, (nam notio *tecti* vel ædium jam continetur voce *umbra*) et admodum probabilis fit ex locis simil. Horatii et Ovidii. v. Lips. ad Senec. Ep. 67. et Casaub. ad Suet. Aug. c. 78.—106 *præstant* 10. 12-17. a m. pr. 18. 19. 21. 22.

NOTÆ

victoriam ex Varrone affirmat. At doctiores sic interpretantur, ut velit tantum Plinius, usum chartæ communem et publicum tunc solum fuisse, antea tamen inventum. Ibid. Plin. ita pergit: 'In palmarum foliis' (alii legunt *malvarum*) 'primo scriptitatum: deinde quarundam arborum libris. Postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox et privata linteis confici cœpta, aut ceris—postea promiscue patuit usus rei qua constat immortalitas hominum. Papyrus ergo nascitur in palustribus Ægypti—præparantur ex ea chartæ, diviso acu in prætenues sed quam latissimas filuras.' Vide cit. Plinii lib. cap. seq.

102 *Rerum*] Scribendarum.

Operum lex] Vide Cic. 2. de Oratore, ubi de historia, ejusque legibus.

103 *Terræ quis fructus apertæ*] Terram proscidisse, arasse, coluisse. Metaphora. Id est, desudasse in perquirenda scribendaque diligenter rerum veritate.

104 *Acta legenti*] Vel actuario e commentariis publicis decreta legenti et recitanti, vel Jurisconsulto evolventi leges, et scripta ad litem pertinentia.

105 *Sed genus ignavum*] Dicet forsan aliquis, nihil dari Historico, quippe qui videatur iners, domi sedens, et otiose scribere historiam. Et Juvenalis respondet: ergo actuosis causidicis multum dari debet: hi enim in foro magna vocis et laterum exagitatione et contentione causas agunt.

Lecto] Vulgo, *tecto;* at plures codices habent, *lecto:* in quo studebant, et scribebant sæpe Veteres. Senec. Epist. 67. 'Gratias,' inquit, 'ago senectuti, quod lectulo me affixit:' 'lucubratorio,' non 'dormitorio,' inquit Lipsius ibid.: ubi et affert hunc Juvenalis locum, legitque, *lecto gaudet, &c.* Et Epist. 72. 'Quædam et in cisio scribere possis: quædam lectum et otium et secretum desiderant.' Pers. Sat. I. 53. 'Lectis scribitur in citreis.'

Umbra] Id est, quiete, otio, secessu.

106 *Civilia officia*] Civibus præstita per actiones forenses, et causas civiles, quas perorant.

Officia, et magno comites in fasce libelli?
Ipsi magna sonant: sed tunc, cum creditor audit,
Præcipue, vel si tetigit latus acrior illo,
Qui venit ad dubium grandi cum codice nomen.
Tunc immensa cavi spirant mendacia folles,
Conspuiturque sinus. Veram deprendere messem

mitantes in grandi congerie commentarii? Illi multum vociferantur, tum vero præsertim, quando creditor auscultat, aut si latus pulsaverit alius *eo vehementior, qui magno cum volumine accedit ad incertum debitum. Tum folles concavi exhalant falsa ingentia, et sinus sputis aspergitur. Veram frugem si placet cognoscere; inde*

24. 27. 45. 47. 48. 54. 55.—107-134 extrusi e 13.—108 *tum* 11. Pro *audit* maluerim *audet* scil. magna sonare, vel *ardet* scil. ira. Tum adversus creditorem dicere censendi sunt causidici.—109 Plathner emend. *si tetigit latus*, admonuit, ut *tangere cubitu* ap. Cicer., *acrior ille* scil. pragmaticus, causidicorum quasi posticus et suggestor.—112 *veramque* 12. *verum* 60. 65. Non male! *Ipsi magna sonant* causidici in foro causas perorant ingenti vocis intentione: *verum deprendere messem* cet. sed nullus inde ad eos fructus redundat. At τὸ *veram* majorem habet vim, et oratio concinnior est. *deprehendere* 12.

NOTÆ

107 *Comites in fasce libelli*] Colligati in fasciculum libelli, quos in forum ad rem probandam deferunt.

108 *Cum creditor audit*] Tum contendit vocem maxime causidicus, cum adest et audit is pro quo dicit.

109 *Si tetigit latus*] Si urgeat et instet.

110 *Qui venit*] Vel ipse creditor debitum reposcens, vel debitor refellens, vel alter advocatus, vel pragmaticus causidico verba legis suppeditans, ut volunt Calderinus, et Mancinellus, aliique.

Codice] Vel juris ac legum; vel accepti et expensi tabulis.

Nomen] Ita vocatur id omne quod in tabulas refertur, inscripto ejus, cui vel acceptum, vel expensum fertur, nomine. Cicero pro Q. Rosc. Com. n. 4. 'Non refert parva nomina in codicem? Imo omnes summas. Leve et tenue hoc nomen? CCCIↃↃↃ sunt,' &c. Verr. 3. n. 28. 'Nomina sua exegisse.' Verr. 7. n. 17. 'Pecuniam sibi esse in nominibus, numeratam in præsentia non habere.'

111 *Immensa spirant mendacia*] Rabularum iniquam impudentiam notat, qui per fas et nefas conantur vincere.

Folles] Buccas explicat vetus Schol. alii, pulmones spirandi vim habentes. Sic clamosam et contentiosam exprimit orationem Juvenalis post Horatium et Persium, quem vide Satiræ quintæ versu decimo et seq. et quæ nos ibidem.

112 *Conspuiturque sinus*] Causidicus fervide perorans salivam despuit in suas vestes sinuose convolutas.

Veram deprendere messem] Paulo ante dixit: 'Quæ tamen inde seges?' Hic ergo respondet: 'Veram deprendere messem,' &c. unde minus sapiunt qui legunt, *verum deprendere*, *&c.*

Veram deprendere messem si libet, &c.] Si forensis istius laboris quæ sit merces, quæras; Lacernam unam repe-

Si libet: hinc centum patrimonia causidicorum,
Parte alia solum russati pone Lacernæ.
Consedere Duces: surgis tu pallidus Ajax
Dicturus dubia pro libertate, bubulco

centenorum rabularum, aliunde Rubri Lacertæ duntaxat bona statue. Consedere Duces; exurgis tu pallens Ajax, oraturus pro ancipite libertate, arbitro Bubulco.

15.—113 *Sic* 63.—114 *russati* vel *Russati* in omnibus legitur libris, et scriptis et editis, nisi quod *rus sati* vel *Sati* divisim exhibent 11. 14. 15. 16. 21-24. 30. (in cujus marg. notatur, *Sati* esse nom. propr. aurigæ) et 33. probb. Grangæo et Calder. Ille coll. III. 231. *rus lacertæ* dici putabat rus, in quo reponatur lacerta, adeoque brevissimum: hic ita interpretatur h. l. 'non conferas omnes villas, sed unum tantum rus, atque id breve ...nam *lacerta* est brevis mensura terræ sup. III. 231. *Attici Sati* Equitis Rom. qui eloquentiam in foro nunquam exercuit.' Sed quis sibi persuadeat, poëtam *rus lacertæ Sati*; et hoc sensu dixisse? Nec probabilior aliorum sententia, qui rus s. villam divitis Romani, cui *Sato Lacertæ* nomen fuerit, significari credunt. Perperam quoque *rus Sisapone lacertæ* conj. Beroald. in lib. Annotatt. ut sensus sit, *rus lacertæ* h. e. exiguum, non in Italia, sed in provincia, et quidem longinqua, (nam *Sisapo* opp. Hispaniæ Bæticæ) tantundem valere, quantum patrimonia centum causidicorum. *Lacernæ* 1. 12. 14. 15. 16. 70. 75.

NOTÆ

ries tantundem lucrari, quantum causidicos centum.

113 *Hinc centum patrimonia causidicorum, &c.*] Velut in libra expendens, hinc in lance una pone bona centum rabularum, illinc in altera solius Lacernæ divitias, et vide illa ab his adæquari, vel superari.

114 *Russati*] Induti veste russa, id est, rubra, vel purpurea.

Russati pone Lacernæ] Magna certe hic legendi varietas. Emendant quidam: *rus Sati pone Lacertæ*: ut dives fuerit quidam nomine *Satus Lacerta*, cujus villa tanti sit, quanti bona centum causidicorum. Alii dicunt *Lacertam* esse militis fictum nomen: porro militibus in usu fuisse vestes rubras, ut per coloris similitudinem sanguis e vulneribus defluens minus appareret. Alii cum vet. Schol. legunt, *Lacernæ*, quem aiunt sub Domitiano ex aurigandi peritia divitem factum; et hinc purpureis vestibus indui.

115 *Consedere duces*] Sumtum ex Ovid. Metam. XIII. Fab. 1. ubi de armis Achillis Ajax cum Ulysse disceptat coram Ducibus Græcorum. Hic *Duces* pro Judicibus, et mox, *Ajax*, pro Causidico ponuntur.

Pallidus] Præ timore, ne perinde ut Ajax olim, ita modo tu causa cadas et vincaris.

Ajax] Telamonis erat filius, Græcorum post Achillem fortissimus, quod ab Ulysse victus in judicio fuisset, ira percitus ad insaniam usque: quod autem furens egerat, mente restituta resciens, præ verecundia et dolore, seipsum interemit. Vide Sophoclis Ajacem flagellif.

116 *Dubia pro libertate*] Pro homine, de quo quæritur, sitne servus an liber existimandus. Sicut Tullius pro Archia dicens jus ei civitatis asseruit.

Bubulco] Vel intelligit C. illum Attilium Bubulcum, qui fuit Consul cum T. Manlio Torquato; vel per contemtum Judicem notat agrestem et im-

Judice. Rumpe miser tensum jecur, ut tibi lasso
Figantur virides, scalarum gloria, palmæ.
Quod vocis pretium? siccus petasunculus, et vas
Pelamydum: aut veteres, Afrorum epimenia, bulbi:
Aut vinum Tiberi devectum, quinque lagenæ.

Infelix disrumpe extensum hepar, ut fesso tibi virentes palmæ graduum ornamenta appendantur. Ecquæ merces orationis? Arida perna, et vas pelamidum; vel bulbi vetusti, Africanorum menstrua munera; *vel merum Tiberi deportatum, quinæ la-*

---

76. *Lacertæ* 10. 11. 17-25. 27. 30. 33. 45-50. 54-69. 71-74. 77. quæ lectio nata forte ex III. 231. ad marg. scripto.—116 *dubia de l.* 16.—117 *laxo* 4.—118 *Fingantur* 24. 47. 60.—119 *vatis pretium* 16. *premium* 21. a m. pr.—120 v. Excurs. ad h. l.—121 *Tyberi* 27. 63. *Tiburi* 17. a m. sec.—122 Nas-

NOTÆ

peritum bubulci similem, respiciens ad morem Judices eligendi tres e singulis Tribubus perinde rusticanis ac urbanis. Ascon. Ped. in 2. Verrin. vel denique meminerat Juvenalis, quod refert Sueton. Jul. c. 80. 'Peregrinos a Cæsare in Senatum allectos:' unde et Augustus correxit 'numerum affluentem deformi et incondita turba Senatorum, inter quos erant etiam indignissimi, quos Vulgus abortivos, sive Orcinos vocabat,' teste Sueton. Octav. c. 35.

117 *Rumpe miser tensum jecur*] Tu jam latera, pulmones, et jecur bili plenum et accensum fatiga vociferando, et vanæ gloriæ plusculum serviendo, aut lucello tenui.

118 *Figantur virides, scalarum gloria, palmæ*] Ex more palmis exornetur vel janua tuæ domus, vel gradus pulpiti e quo dixeris causam, atque viceris. Martial. Epig. VII. 27. 'Sic fora mirentur, sic te palatia laudent. Excolat et geminas plurima palma fores.'

Scalarum gloria] 'Apud veteres advocatorum armaria scalas habebant,' inquit vetus Schol. Alii pauperiem causidicorum hinc aiunt notari, qui habitarent in cœnaculis, ad quæ non nisi per scalas ascendebatur: quas proinde in victoriæ signum palmis integerent.

119 *Siccus petasunculus*] Exiguus petaso, vetustate exsuccus. Vide Martial. Epig. XIII. 55.

Vas pelamydum] Plenum pisciculis istis, qui sunt minores thynni, dicti a πηλοῦ, *limo.* De his vide Athen. VII. 14. Plin. IX. 15. et XXXII. 11.

120 *Afrorum*] Alias, *Maurorum.*

Epimenia] Vox Græca, quasi pensio menstrua, id est, xenia vel dona, quæ Afri missitabant Romanis quot mensibus ad conciliandos eos sibi. Sunt qui legant, *ormenia*, id est, caules, alii, *epimendia*, sed istos egregie suggillat Casaubonus in Athen. II. 22.

Bulbi] Tubera, allia, cepæ, squillæ, omnesque radices rotundæ et tunicatæ. Athen. II. 2. de *bulbis* multa et varia; ubi et Proverbium, 'Bulbum si expetis, qua impensa gloriam sis adepturus, cogita.' Theophrast. Hist. VII. 13. et ex his Plin. XIX. 5. dulces adeo bulbos in Taurica Chersoneso nasci refert, ut crudi mandantur: post quos optimi sint in Africa, deinde in Apulia. Quidam legunt, *bulli*, id est, pisciculi viliores, ut interpretatur e veteri glossa Lipsius Epist. quæst. IV. 25. ubi sperni vetat lectionem de bulbis vulgatam.

Si quater egisti, si contigit aureus unus,
Inde cadunt partes ex fœdere pragmaticorum.
Æmilio dabitur, quantum licet, et melius nos
Egimus: hujus enim stat currus aëneus, alti

genæ; si quater perorasti. Quod *si obvenerit* nummus *unus aureus, ex eo detrahuntur portiones pragmaticorum, secundum pactum. Æmilio donabitur quantum postulabit: ac nos perite magis peroravimus. Nam illius in atrio est currus*

---

nulli verba, *si quater egisti*, ad præcedd. referunt, et post *egisti* διαστίζουσι. Non male! Vox *quater* etiam ad quatuor munuscula, modo memorata, spectare potest.—123 *Tibi* pro *Inde* conj. Schrader. *in fœdera* 16. 64. *in fœdere* 10. 11. 12. 14. 15. 17. 19-24. 27. 45-50. 54. 55. 56. 59-63. 65. 68. 69. 71-74. 77. Bahrdt colon ponit post *partes*, et punctum post *pragmaticorum* positum tollit, ut h. l. sententia sit: Si contigit aureus unus, ille non integer datur causidico, sed dividitur: nam Æmilio pro conducta pragmaticorum opera, quantum *petit* sive postulat, dandum est.—124 *petit* pro *licet* 11. 17. a m. sec. 24. 45. *petet* 7. 10. 14-17. a m. pr. 18-23. 25. 26. 27. 46-50. 54-69. 71-74. 76. Vetus Schol. 'Qui hoc, inquit, pacto quintas acciperet, in pretium consiliatorum (f. consultorum) clientum.' Hinc Schurzfl. suspicabatur, eum non male legisse, *Æmilio dabitur quintum, ut petet*, hoc sensu: Tu quater egisti, et vix unum extorsisti aureum, cum pauper sis: venit Æmilius, nobilis causidicus; ille quintum agit, nec satis bene, non certe tam bene, quam tu egeras, et accipit, quantumcumque poscet, quia scilicet tria nomina habet. Idem tamen Schurzfl. lectionem *quantum petit* vel *petet* probabat, et illud *quantum licet* Satirici credebat menti disconvenire. Ego potius vix dubito, quin hoc, tanquam difficilius nec minus aptum, omnino a poëta, illud vero a manu emendatoris profectum sit. Pro *et* malim fere *ut*, h. e. quamvis, vel ut ut, quomodocumque, de quo vid. Gronov. Obss. III. 6. *Æmilio dabitur, quantum licet, ut*, quamvis *nos*, pauperes causidici ac patroni, *melius egimus*, peroravimus causas: *hujus enim stat* cet. An legendum *at*? et mox τὸ *enim* positum pro *enimvero*, Gr. δὴ, γάρ τοι? v. Heyne ad Virg. Æn. v. 580. VI. 52. VIII. 84. X. 874.—125 *aheneus* 25. 49. 57. 60-63. 65-68. 71. 72. 73. v. sup. ad III. 285. *albi* suspicari possis: currui enim triumphali quatuor jungebantur albi equi. Sed epitheton *alti* exquisitius est.—

NOTÆ

121 *Vinum Tiberi devectum*] Quinque lagenæ vini parum laudati, nempe Romam advecti secundo flumine ex Hetruria, seu Veiis, &c. non autem quod sit adverso Tiberi deportatum vel e transmarinis regionibus, vel etiam e Campania, exquisitum.

123 *Inde cadunt partes, &c.*] Si detur causidico nummus aureus, hunc non habet integrum sibi, sed ex fœdere partiri debet cum pragmaticis, pro collocata sibi opera.

Pragmaticorum] Hi juris et legum admodum periti, causidicis aderant, et verba solennia, formulasque suggerere satagebant. Cicero de Orat. I. eorum meminit, aitque viles fuisse homines, qui mercede conducti oratoribus se ministros præbebant in judiciis. Vide et Quintil. XII. 3.

124 *Æmilio*] Illustri diviti causidico.

Melius nos egimus] Atqui nos pauperes melius causam diximus: cur igitur non æquam mercedem accipimus?

125 *Hujus enim stat, &c.*] Verumenimvero Æmilius in porticu ostentat

Quadrijuges in vestibulis, atque ipse feroci
Bellatore sedens curvatum hastile minatur
Eminus, et statua meditatur prælia lusca.
Sic Pedo conturbat, Matho deficit: exitus hic est
Tongilli, magno cum rhinocerote lavari
Qui solet, et vexat lutulenta balnea turba,

ex ære, proceri quadrijuges, ipseque generoso ad *bellum* equo *insidens telum inflexum procul intentat, ac effigie coclite molitur certamina. Ita Pedo commiscet, Matho succumbit: ille est finis Tongilli, qui grandi cum rhinocerote lavari consuevit, et cœnosa multitudine cruciat balnea, et oblongo palo Medos adolescentes per*

—129 *Matho dejicit* conj. Lubin. ut sensus sit: divites causidici tenuiores *conturbant*, confundunt, et *dejiciunt*, supplantant, superant, vincunt in judiciis. *Mathonem* certe ditissimum fuisse, probat ex I. 32.—130. 131 transpositi in 45. *rinocerote* 21. 27. *renocerote* 22. *rinocerонte* 23. a m. sec. 24. 45.

NOTÆ

insignia nobilitatis, æreum currum, quo majorum aliquis triumphavit: imo et statuam equestrem sibi erectam.

126 *Quadrijuges*] Equi ad currum quatuor. Vide initium Satiræ VIII.

Ipse feroci, &c.] Ipsis etiam causidicis ponebantur statuæ Equestres. Martial. Epigramm. IX. 70. 'Tam grave percussis incudibus æra resultant, Causidicum medio cum faber aptat equo.'

127 *Curvatum*] Tam affabre statua efficta est, ut hastile quod intentat ac minatur, videatur tremere, adeoque curvari, et mox jactandum.

128 *Meditatur prælia lusca*] Sive quod obliquum caput alterum duntaxat oculum ostendebat: sive quod effigies exhiberet virum altero clauso oculo certius ictum dirigentem. Vide Pers. Sat. I. vs. 66.

129 *Sic Pedo conturbat, &c.*] Quoniam divitibus causidicis quamvis inferioris meriti merces amplior tribuitur: hinc tenniores simulant se opulentos. Quo fit ut ære se alieno obruant.

Pedo] Causidicus quispiam.

Conturbat] Verbum Juris, id est, decoquit, dilapidat: æs alienum vetus non solvit, et novum contrahit: rationes debitorum congerit, commiscet, conturbat. Cic. pro Cn. Plancio. 'Verum fac me multis debere, et in iis Plancio: utrum igitur me conturbare oportet; an hoc nomen, quod urget, nunc cum petitur dissolvere?'

Matho] Alius causidicus, de quo Sat. I.

Deficit] Legunt aliqui, *dejicit*, perperam, ut videtur.

Exitus hic est Tongilli] Ut Pedo Mathoque perinde succumbentis, dum vult opes ostentare, ut plus lucretur.

130 *Rhinocerote*] Vase oleum guttatim fundente; gutto, quo in balneis utebantur e cornu tauri pauperes, at divites e cornu rhinocerotis. Vide Satiræ III. vs. 263. Porro *Rhinoceros* a ῥὶν et κέρας dicitur, animal unius in nare cornu, ut ait Plinius VIII. 20. et Diodor. Sicul. IV. 3. ubi *rhinocerotis* naturam, et ad vincendum elephantum industriam uterque referunt.

131 *Vexat lutulenta balnea turba*] Servis plurimis, qui per cœnosa de-

Perque forum juvenes longo premit assere Medos
Emturus pueros, argentum, murrhina, villas.
Spondet enim Tyrio stlataria purpura filo.

forum onerat, emturus servos, argentum, myrrhina, prædia. Nam fidem facit an-

rhinocerontе 16.—132 *Mæsos* non male emend. Lips. Epist. Quæst. IV. 25. quoniam Medi et Parthi servitutis Romanæ expertes, et lecticarii plerumque fuerint robustissimi servi ex Mœsia vel Syria. Huic conjecturæ favet alius Juvenalis locus infra IX. 142. sqq. Pro *Mæsis* facile substitui poterant *Medi*, quoniam hi librariis notiores erant, et diphthongi raro leguntur in antiquis codd. Sed vulgata etiam lectio defendi potest. Nam *Media* tam lato poëtis sensu dicitur, ut Assyriam quoque aliasque Asiæ regiones complectatur. Præterea *Medi* vel *Mædi* etiam Thraciæ populus. v. Plin. IV. 1. et 11. Strab. VII. p. 318. Ptol. III. 11. Liv. XXVI. 25. XXVIII. 5. XL. 21. Aristot. H. A. IX. 45. et Steph. Ad *Medos* vero utrum *juvenes*, an *pueros* referas, nil interest.—133 *Emturos* 49. 55. 61. 62. 63. 67. 71. 73. *Emturus puero crystallina, murrhina, villas* leg. Rigalt. Cnf. VI. 155. 156. *murrina* 22. 50. 64. *smurrina* 21. *myrrhina* 49. 62. 63. 66-69. 71. 72. 73. *myrrina* 14. 17-20. 23. a m. sec. 25. 56. 57. 59. 60. 61. 65. *mirrhina* 15. 16. *mirrina* 24. 45. *mirina* 23. a m. pr. 27. 46. 47. 48. 58. v. sup. ad VI. 156.—134 *stlattaria* 14. 17. *sclataria* 49. 55. *stalataria* 22. *staltaria* 19. *thalataria* 15. *stataria* 20. 21. a m. sec. 23. a m. pr. 73.

NOTÆ

minum secuti ad balnea, magno strepitu jam ei famulantur, quod molestiam creat iis qui simul lavantur.

132 *Perque forum juvenes, &c.*] Dum lectica per forum vehitur, oneratque lecticarios.

Assere] Pertica duplice, qua sustinetur ac deportatur sella seu lectica. Vide Sat. III. vs. 245.

Medos] Servos e Media, lecticarios. Legunt alii, *Mæsos*. Hi quidem a Romanis subacti, non ita vero Medi. Mœsia Europæ regio Euxino mari proxima. Media Asiæ pars Assyriæ juncta, ampla valde et nominata pridem ob diuturnum ejus per annos plus trecentos Imperium, Assyriis quidem ereptum per Arbacem Sardanapali interfectorem, et sub aliis octo sequentibus Medorum regibus continuatum posteaque translatum ad Persas.

133 *Emturus pueros, &c.*] Ut divitias ostentet.

Argentum] Argentea vasa.

Myrrhina] Vide Sat. VI. vs. 156. et quæ ibid. nos.

134 *Spondet enim, &c.*] Pretiosa Tongilli vestis ipsi pro sponsore est.

Tyrio] Vide Sat. I. vs. 27.

Stlataria purpura] Quasi senatoris vestis, latus e purpura clavus. Vide Sat. I. vs. 106. et quæ notavimus ibid. Porro *stlatum* pro *latum*, sicut et *stlotum* pro *lotum*, *stlitem* pro *litem* veteres dixere, teste Festo; apud quem etiam *stlata* est navigium latum magis quam altum: unde *stlataria purpura* hic intelligi posset mari advecta e Tyro. Alii a *stlata* rate piratica, per *stlatariam* purpuram, intelligunt vestem purpuream quasi fallentem ac deprædantem clientes, qui ambiunt causidicos sumtuose vestites, eisque magnam sponte mercedem tribuunt.

Purpura] Plin. IX. 36. et seq. de purpuræ natura, usu, pretio, antiquitate, variis denique generibus multa.

Et tamen est illis hoc utile: purpura vendit
Causidicum, vendunt amethystina: convenit illis
Et strepitu, et facie majoris vivere census.
Sed finem impensæ non servat prodiga Roma.
Fidimus eloquio? Ciceroni nemo ducentos
Nunc dederit nummos, nisi fulserit annulus ingens.

pla purpura Tyrio filo. Ac nihilominus id eis fructuosum est: purpura venumdat causarum actorem, venumdant amethystina. Prodest ipsis vitam agere et sonitu, et specie majorum opum. At profusa Roma modum sumtibus non ponit. Si prisci reviviscant, Tullio nullus donaret nummos ducentos, nisi micaret magnus annulus.

****

schalataria 24. *solataria* 45. *tartarea* 16.—135 *Utile causidicis ornari, purpura* cet. 13. *Attamen* 45. *illis est* 14. *est ipsis* 12. 16. 45. *hoc ipsis est* 25. 27. 46-50. 54-63. 65-69. 71-74. 77.—136 *amethistina* 10. 18. *ametistina* 17. 19. 20. 24. 45. *amethysina* 50. 64.—138 *finem non servat impensæ* 12. Versum parenthesi includendum putabat Schrader.—139 *Ut redeant veteres* (h. e. quamvis in vitam redeant veteres illi iique summi oratores Romanorum, Crassus, Hortensius, Antonius, Cicero et alii) pro *Fidimus eloquio* 10. 11. 13-21. a m. pr. 22. 25. 26. 27. 45-50. 54-69. 71-74. 77. Quæ lectio, si non vera, certe profecta est ab ingenio non indocti hominis, explentis lacunam codicis sui. Nostra tamen lectio etiam bene se habet, (cf. ad vs. 150.) et firmatur auctoritate Prisciani. *Ut veteres redeant* 24. *At redeant veteres* 28.—140 *nisi fluxerit* 13.—141 *hoc* 10.

NOTÆ

135 *Est illis hoc utile*] Lucrum eis affert ambitiosa ostentatio divitiarum.

Purpura vendit causidicum] Tanti locabit ac vendet operam suam causidicus, quantum fastus et splendoris habuerit in vestibus, et quantum se jactaverit.

136 *Amethystina*] Vestimenta violacei coloris, qualis est in amethysto lapillo, de quo Plin. XXI. 8. et XXXVII. 6. et 9.

137 *Et strepitu et facie, &c.*] Conducit illis exhibere se ditiores quam sint, alias enim non conducerentur, atque egerent.

Strepitu] Celebritatem suam ac famam venditando.

Census] Bonorum æstimatio, ipsaque bona, census appellantur passim apud Auctores. Cic. Verr. 4. n. 131. 'Siculi ex censu quotannis tributa conferunt,' &c.

138 *Sed finem impensæ, &c.*] Ambitioni, vanitati, luxui tam dedita Roma, ut jaceat quisquis non splendet. Hinc Seneca Epist. 50. 'Erramus,' inquit, 'et dicimus: non ego sum ambitiosus: sed nemo Romæ potest aliter vivere; non ego sumtuosus; sed urbs ipsa magnas impensas exigit.'

139 *Fidimus eloquio*] Pro hac lectione nonnulli Codices habent, *Ut redeant veteres*, sc. insignes illi Oratores, Cicero, Crassus, Hortensius, &c. vel, e Græcis Demosthenes, Æschines, Isocrates, &c.

140 *Nisi fulserit*] Nisi dives fuerit, aut saltem opes ostentarit, quantumvis peritus, erit despectui.

Annulus] In digito. Vide Sat. I. vs. 28.

Respicit hæc primum, qui litigat, an tibi servi
Octo, decem comites, an post te sella, togati
Ante pedes. Ideo conducta Paulus agebat
Sardonyche, atque ideo pluris, quam Cossus agebat,
Quam Basilus. Rara in tenui facundia panno.
Quando licet Basilo flentem producere matrem?
Quis bene dicentem Basilum ferat? Accipiat te

Id inprimis observat qui litem habet, utrum habeas *tu servos octo, assectas decem, utrum post te sit lectica, ante pedes* vero *togati. Idcirco Paulus dicebat Sardonyche conducta, et idcirco* pretio *majori dicebat, quam Cossus, quam Basilus. Infrequens eloquentia sub paupere vestimento. Ecquando fas est Basilo matrem exhibere lacrymantem? Ecquis Basilum toleret diserte perorantem? Te suscipiat*

11. 22. 25. 27. 45-50. 56-65. 68. 71-74. 77.—142 *an post te sella* 2. 3. 4. 11. 18. 21. 25-27. 57. 58. 70. 75. 76. *post te an sit sella* 5. 27. 46. 47. 48. 50. 55. 56. 59-69. 71-74. *post te sit sella* 49. 54. *sit post te sella* 10. *an posita sella* 12. 14. 15. 17. 19. *posita an sit sella* 22. 45. et cod. vet. Rittershus. prob. Sciopp. Verisim. IV. 10. *posita est an sella* 13. 20. 24. *posita est aut sella* 16. *postea sella* 23. 143 *Antepedes* fuere qui mallent.—144 *Sardoniche* 25. *Sardonyce* 63. 65. 67. *Sardonice* 17-22. 27. 45-48. 58. 60. 64. *Cossus* 10. 11. 14. 15. 17-25. 27. 45-50. 54-69. 71-74. 77. adeoque libri tantum non omnes, quos secutus sum. *Gallus* 70. 75. 76. 82. *Cussus* 16. *habebat* pro *agebat* 21.—145 *est* pro *in* 24.—146 *flentem Basilo* 10. 25. 27. 45-50. 54-69. 71. 72. 73. 77. *deducere* 10-25. 27. 45-50. 54-58. 60. 64. 65.—147-156 ejecti e 13. *feret* 16. 21.—149 *imponere* 10. 11.

NOTÆ

141 *An tibi servi, &c.*] An sumtuosus adsit oratori comitatus, potius quam quæ facundia.

Servi octo] Lecticarii octophoron gestantes, ad pompam et fastum. Vide Sat. I. vs. 64.

142 *Comites*] Clientes officiose deducentes ad forum. Vide Sat. I. vs. 96. 119. 132.

Sella] Vel lectica per vias subsequens; vel sedile, seu sella, quasi pulpitum, in foro, e quo magnifice dicas et perores, et in quo, cum libuerit, sedeas.

Togati ante pedes] Clientes, vel amici, honoris causa præeuntes. Anteambulones vocat Martialis. Ejus vide Epigramm. III. 7. et 46. et Juvenal. Sat. I. vs. 96. et quæ nos ibi.

143 *Ante pedes*] 'Circum pedes sunt obsequia servorum, ante pedes amicorum:' inquit Turneb. lib. III. cap. ult.

Conducta] Caute, ut dives appareret, plusque mercedis acciperet.

Paulus] Is causidicus, pariter ut Cossus, et Basilus. Sed hi minus celebres, quia pauperiores.

144 *Sardonyche*] Annulo, in quo pretiosa gemma sardonyx. Vide Pers. Sat. I. vs. 16.

145 *Rara in tenui facundia panno*] Ex opinione vulgi, cui adversatur illud Cæcilianum: 'sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia.' Cic. Tuscul. 3. n. 56.

146 *Quando licet Basilo, &c.*] Quis tenui causidico gravem causam committit, in qua liceat v. g. matrem producere pro salute filii supplicantem apud Judices. Vide Cicer. Verr. 3. pro Fonteio in perorat. &c.

147 *Accipiat te Gallia, &c.*] Perge in Galliam vel Africam, ibique ven-

Gallia, vel potius nutricula causidicorum
Africa, si placuit mercedem ponere linguæ.
Declamare doces? O ferrea pectora Vecti,
Cum perimit sævos classis numerosa tyrannos.

Gallia, aut magis oratorum altrix Africa, si vis dare pretium linguæ. O Vetti, cor ferreum, instituis ad bene *pronuntiandum, quando schola copiosa diros Tyrannos*

17-25. 27. 45-50. 54-69. 71-74. Sed *ponere præmia* docte dicitur, ut Gr. *τιθέναι ἄεθλα*, pro proponere, statuere, constituere.—150 *Vecti* 14-25. 27. 45-50. 55-58. 60. 61. 63. 64. 65. 67-69. 71-74. ut in optimis libris Plin. xxix. 1. Hinc *VectI* scripsimus, ut secundus sit casus, non quintus. *Vectii* 62. 66. *Victi* 59. *Vetti* vel *VettI* in reliquis, etiam Hennin. In omnibus, quotquot vidi, libris ita distinguitur: *Declamare doces, o ferrea pectora Vecti, Cum* cet. vel *D. doces, o f. p. VettI; Cum* cet. Sed poëta, ni fallor, eodem orationis colore usus est, quo sup. vs. 139. *Fidimus eloquio? Ciceroni nemo* cet. Ita et exquisitior vividiorque est dictio, et melius cohærent, quæ sequuntur. Rei gravitatem et permotionem animi declarant interrogatio et responsio addita, eaque exclamatione expressa. *Declamare doces?* Rhetor es? vel rhetorem te esse profiteris aut gloriaris? *O ferrea* sint necesse est *pectora Vectii, cum* cet.

NOTÆ

dita oratoriam facultatem: nam Romæ non facundia tam spectatur in causidico, quam fastus et pompa vestium atque comitatus.

148 *Gallia*] Europæ nobilissima portio, Rheno, Oceano, Alpibus, ac Pyrenæis clausa. Romanis primum, deinde Francis domita. De hac satius erit non plura, quam non sat magna dicere. At quod facit ad rem præsentem, in ea, Lugduni scilicet, facundiæ certamen, de quo vide Sat. i. vs. 44. Unde et facundam vocat Sat. xv. 111. Optimorum ingeniorum feracem ignorat nemo: etiam oratores insignes habuisse dicemus alibi, et testis Quintil. loco mox citando.

Nutricula causidicorum] Seu quod litigiosæ regiones illæ Gallia et Africa, seu quod eximios oratores tulerint. Quintil. x. 1. præstantissimos ait fuisse Jul. Africanum et Domitium Afrum. At hic Nemausensis erat, et florebat sub Nerone. Et cap. 3. 'Julius Florus,' inquit, 'in eloquentia Galliarum (quoniam ibi demum exercuit eam) princeps, alioqui inter paucos disertus,' &c.

149 *Africa*] Hæc Romanis ampla seges et terroris et gloriæ, vel ob unam Carthaginem, unumque Annibalem. Nobis autem Christianis valde memorabilis, quod tot præclara Religionis nostræ lumina genuerit, Tertullianum, Cyprianum, Augustinum, &c.

Mercedem ponere linguæ] Si vis æstimari ob eloquentiam, et ex ea quæstum facere.

150 *Declamare doces, &c.*] Jam ad Rhetores transit, expenditque num digna merces iis detur, ac magnis eorum laboribus æqualis.

Ferrea pectora] Quippe qui molestam admodum puerorum institutionem suscipiant et exequantur sine ullo fere lucro.

Vecti] *Vectius* seu *Vettius*, celebris Rhetor. Ejus meminit Plin. xxix. 1. ponitur hic pro quolibet declamandi magistro.

151 *Cum perimit sævos, &c.*] Ingens numerus discipulorum recitat suam

Nam quæcumque sedens modo legerat, hæc eadem stans
Proferet, atque eadem cantabit versibus ĭsdem.
Occidit miseros crambe repetita magistros.
Quis color, et quod sit causæ genus, atque ubi summa
Quæstio, quæ veniant diversæ forte sagittæ,
Nosse velint omnes, mercedem solvere nemo.

enecat? Etenim quælibet mox prælegerat sedens, ea ipsa stans pronuntiabit, et eadem iisdem versiculis repetet. Ingeminata brassica perimit infelices præceptores. Quæ ratio, et quæ species argumenti, et ubi præcipua controversia, quæ tela procedant variis lateribus, cuncti discere cupiunt, pretium nullus pendere vult. *An*

—153 *Proferet* revocavi ex 23. a m. sec. 24. 25. 27. 47. 50. 54-58. 60-68. 71-74. 77. *Proferat* 16. *Perferet* alii, etiam Hennin. quod ab h. l. alienum, certe minus aptum videtur, neque explicatum ab iis, quibus probatur. *vocibus* 16. *iisdem* 15. *hisdem* 14. 16-19. 21.—154 v. Excurs. ad h. l.—155 *Qui* 73. *Quis color est, quid sit* 26. *aut quid* 45. *aut ubi* 26. 45.—156 *diversæ parte* 49. *adversa parte* 16. *diversa parte* 10. 11. 15. 18-22. 25. 27. 29. 45-48. 50. 54-74. 77. *diversa eparte* 7. 14. 17. *diversa a parte* 24. Recte, opinor, et sic quoque emend. Lindenbr. Sed *diversæ sagittæ* exquisitius dictæ pro, quæ a diversa, vel adversa parte veniunt.—157 *Scire* 50. 61. 62. 63. 65-68. 71-74. 77. *volunt* 10-28. 45-50. 54-69. 71-74. 77. Utrumque probavit Lindenbrog. at τὸ *velint* exquisitius est.

NOTÆ

quisque compositionem et orationem de perimendis tyrannis. Quod sane præceptoris patientiam exhaurit. Alii sic interpretantur: o Vetti, sane tu ferreus, quem non frangit durus ille docendi labor, ad quem velut ad summum tormenti genus Dii vindices compulerunt Dionysium Siciliæ Tyrannum. Is enimvero Imperio exutus in ludo literario Corinthi consenuit.

Classis] Quintil. I. 2. 'Pueros,' inquit, 'Magistri in classes distribuebant, et iis ordinem dicendi secundum vires ingenii dabant,' &c.

152 *Quæcumque sedens modo legerat*] Præceptor nimirum.

Hæc eadem stans] Nempe discipulus.

153 *Eadem cantabit versibus ĭsdem*] Recitabit statim formans se discipulus ad exemplum Magistri prælegentis et declamare docentis. Huc pertinet quod ait Quintil. II. 4. 'Dicere quæ audierint, utile est pueris ad loquendi facultatem.'

Versibus ĭsdem] Totidem incisis et commatis.

154 *Occidit miseros, &c.*] Crebræ illæ discipulorum exercitationes eadem recinentium, caput obtundunt Magistri, ejusque mentem excarnificant; sicut brassica sæpius apposita nauseam stomacho facit.

Crambe repetita] Proverb. δὶς κράμβη θάνατος. Vide Politian. Miscel. cap. 33. Veteres μὰ τὴν κράμβην jurare solitos auctor est Athen. IX. 2.

155 *Quis color*] Quis modus stabiliendi causam, et crimen repellendi? Sat. VI. 280. 'Dic, Quintiliane, colorem.'

Causæ genus] An demonstrativum, an judiciale, an deliberativum, &c. Vide Quintil. III. 4.

Summa quæstio] Quis status, an conjecturalis, an definitivus, &c. Quintilian. cit. III. 6.

156 *Quæ veniant diversæ forte sagittæ*] Quænam ab adversario objici, et qua ratione possint refutari.

Mercedem appellas? quid enim scio? Culpa docentis
Scilicet arguitur, quod læva in parte mamillæ
Nil salit Arcadico juveni, cujus mihi sexta
Quaque die miserum dirus caput Hannibal implet;
Quicquid id est, de quo deliberat, an petat Urbem
A Cannis, an post nimbos, et fulmina cautus

pretium vocas? Nam quid didici? Magistri nimirum noxa reprehenditur, quia in sinistro mammæ latere nihil palpitat Arcadico adolescenti, cujus ferox Annibal mihi caput infortunatum replet sexta quaque die: quodcunque est illud, de quo consultat; sive *utrum a Cannis Romam contendat;* sive, *utrum post procellas et ful-*

reddere nemo 23.—159 *Scilicet arguitur sexstertia cuique magistro* 13. *mihi parte* 16. *papillæ* suspicari possis: sed nil interest.—160-186 ejecti e 13. *sapit* conj. quidam male. Cnf. Barth. ad Stat. Sylv. I. 2. 210. *Arcadio* 59. *Archadio* 15. *Archadico* 17-22. *Archidico* 11. 'Αρχίδικος dicitur, qui causæ vel judicio præest: quod tamen alienum est ab h. l.—161 *Quoque* 20. *durus* (h. e. cujus nullo labore aut corpus fatigari, aut animus vinci poterat, ut utar verbis Livii XXI. 4.) suspicari possis coll. Horat. Od. II. 12. 2. ubi v. Jani. Sed epitheto *dirus* major h. l. vis inest, ut ap. Horat. Od. III. 6. 36. et IV. 4. 42. ad quæ loca v. idem Jani. Post *implet*, et *cohortes* v. 164 vulgo puncta ponuntur. Ego post *implet* distinctionem reposui minorem. Neque tamen magnopere repugnarem, si major ei substitueretur, sublato puncto post *cohortes*, ut apodosis esset: *quantum vis stipulare* cet.—163 *fulgura* 11.

NOTÆ

158 *Mercedem appellas*] Prosopopœia discipuli imperiti Magistro dicentis; scilicet, petis mercedem, cum nihil a te didicerim.

Culpa docentis arguitur] Responsio Magistri, in qua notatur quam sit misera conditio docentium: in hos enim culpa refunditur, si negligens alioqui, vel obtuso discipulus ingenio nihil in studio proficiat.

159 *Læva in parte mamillæ*] Plin. II. 37. 'Cor animalibus ceteris in medio pectore est; homini tantum infra lævam papillam,' inquit. Cor igitur hic et apud alios Poëtas nôn raro ponitur pro ingenio et sapientia: unde et vecors dicitur qui est stupidus et insipiens.

160 *Nihil salit*] Nihil emicat ingenii, nihil industriæ vel solertiæ.

Arcadico juveni] Ignavo, bardo, simili vel Arcadibus, qui hebetes ab aliquibus referuntur, vel pecori Arcadico, id est, asinis. Vide Pers. Satir. III. 9.

161 *Caput implet*] Obtundit, gravat, ac tædio afficit.

Hannibal] Declamatio de Hannibale deliberante. Vide Sat. VI. ad vs. 169.

162 *An petat urbem*] An post Cannensem victoriam continuo Romam pergat, an fatigatis militibus respirandi spatium dare debeat. Vide Tit. Liv. XXII. 51. ubi Hannibali ad pensandum consilium opus esse tempus dicenti respondet egregie Maharbal: 'non omnia nimirum eidem Dii dedere. Vincere scis, Hannibal, victoria uti nescis.' Additque Liv. ibid. 'moram ejus diei saluti fuisse urbi atque Imperio.'

163 *Cannis*] Is vicus Apuliæ prius ignobilis, ast postea non mediocriter celebratus clade Romanorum. Vide

Circumagat madidas a tempestate cohortes.
Quantum vis stipulare, et protenus accipe, quod do,
Ut toties illum pater audiat. Hæc alii sex,
Vel plures uno conclamant ore Sophistæ,
Et veras agitant lites, raptore relicto;
Fusa venena silent, malus ingratusque maritus,

gura prudens circumducat phalanges nimbis madefactas. Postula quantumcumque libuerit, statimque sume quod trado, ut tot vicibus eum genitor auscultet. Sed alii sex, imo plures Sophistæ pari voce clamant; atque veras controversias tractant, dimisso abductore; tacent admixta toxica, conjux nequam et ingratus, atque mor-

flumina 16. 23. 29.—164 *hac* pro *a* 21.—166 *Ast alii sex Et plures* 10. 11. 14-27. 45-50. 54-69. 71-74. 77.—167 *cum clamant* 27. 46. 47. 50. 58. *declamant* 45.

NOTÆ

Satir. II. ad vs. 155.

An post nimbos, &c.] Lege Tit. Liv. 26. 11.

Cautus] Timens ne infestis sibi Numinibus victorem perdat exercitum.

164 *Circumagat madidas, &c.*] Posita super Anienem fluvium, ad tertium ab urbe lapidem, castra moveat, abducatque copias religione perculsas, ob tempestatem acies jam semel ac iterum dirimentem. Tunc enim Hannibal erupit in has voces: 'Potiundæ sibi urbis Romæ modo mentem non dari, modo fortunam.' Tit. Liv. cit. 26. 11.

165 *Quantumvis stipulare, &c.*] Atque ut intelligas quantum sit tædium eadem sæpius audienti, ego tantum tibi promitto, quantum petieris, si pater ipse discipuli tam patiens fuerit, quam ego declamandi magister; sique toties filium declamantem libenter audire sustineat, quoties ego alienum, et quidem sine mercede.

Stipulare] *Stipulo*, vel *stipulor*, idem est atque postulo mihi promitti quidpiam, solenni formula: v. g. visne promittere centum nummos, ac dare? cui respondet alter; promitto et dabo.

166 *Pater audiat*] Vide Pers. Sat. III. ad vs. 47. et quæ nos ibidem notavimus.

Hæc alii sex, &c.] At prudenter omnino plurimi Rhetores ad forenses ac veras actiones transiere, dimissis fictis illis et scholasticis.

167 *Conclamant*] Vel, in foro clamoso agunt causas; vel, declamatorum atque Rhetorum vitam intolerabilem vociferantur deserendam.

Sophistæ] Ita pridem Rhetores appellati, teste Philostrato. Aliis Rhetor est qui tradit eloquentiæ præcepta, Sophista vero qui ad dicendum exercet. Victorin. Prolog. in Rhetor. Cic.

168 *Veras agitant lites*] Non amplius fictas, ut prius in scholis, sed veras in foro, paulo majori mercede.

Raptore relicto, &c.] Relictis fictis argumentis, qualia legere est apud Quintil. et Senecam, in Controvers.

Raptore relicto] Declamandi materia de eo qui fœminam rapuerit. V. g. de Paride qui Helenam, de Jasone qui Medeam, abduxit, &c. Vide Senec. Controv.

169 *Fusa venena silent*] Non jam tractatur fictum thema de veneno dato vel pellici, vel conjugi, &c., nec de marito ingrato, &c.

Et quæ jam veteres sanant mortaria cæcos.
Ergo sibi dabit ipse rudem, si nostra movebunt
Consilia, et vitæ diversum iter ingredietur,
Ad pugnam qui rhetorica descendit ab umbra,
Summula ne pereat, qua vilis tessera venit
Frumenti. Quippe hæc merces lautissima. Tenta,
Chrysogonus quanti doceat, vel Pollio quanti
Lautorum pueros, artem scindens Theodori.

taria quæ curant cæcos jam antiquos. Itaque si nostrum valebit consilium, is qui ex umbra Rhetorica venit ad certamen, ipse sibi missionem largietur, inibitque aliud vivendi institutum, ut non desit ei parva *summa, qua venumdatur modica tritici tesserula. Etenim ea compensatio maxima. Experire quanto* pretio *Chrysogonus, aut quanto Pollio erudiat filios divitum, distribuens Theodori disciplinam.* Ex-

condemnant \66.—171 *ille* 16. *monebunt* 21.—175 *hic* 11. 16. *hæc quippe* 10. *latissima* 11. *lætissima* emend. Schurzfl. ut *εἰρωνικῶς* dictum sit pro: hæc merces tanta est, ut et de ea accepta lætandum sit. Immo, uberrima, largissima, ut *læta flumina, segetes* cet. apud Virg. et al. Non male, quoniam mox *lautorum* sequitur.—176 *Grisogonus* 21. 45. *Crisogonus* 19. 20. 22. 23.

NOTÆ

Malus ingratusque maritus] Vel Jason qui deseruit Medeam, cujus ope vellus aureum abstulerat, atque aliam uxorem duxit: vel quilibet similis illius perfidi in fidelissimam conjugem viri, de quo Senec. Controv. II. 5. Erit igitur vel accusatio ingrati mariti, pro uxore; vel ejus defensio adversus uxorem.

170 *Et quæ jam veteres, &c.*] Declamatio de filio conterente pharmaca in mortario ad sanandos cæci patris oculos, quæ venena esse affirmantur a noverca: unde credulus pater filium hæreditate pellit, &c.

171 *Sibi dabit ipse rudem*] Si mihi credit Sophista sterile docendi munus abjiciet, et se conferet ad forum, ubi saltem aliquod lucellum est.

Rudem] Libertatem, et vacationem a docendo. Metaphor. a gladiatoribus. Vide quæ ad Sat. VI. 113.

173 *Ad pugnam*] Ad veras in foro actiones.

Ab umbra] Relicta schola, in qua privatæ et umbratiles duntaxat actiones, et falsæ controversiæ.

174 *Summula ne pereat*] Ut exigua saltem habeatur merces, qua ematur panis.

Tessera] Just. Lipsius Elect. I. 8. multa de frumentationis antiquitate, ac frumenti distributione primum ab Ædilibus, dein ab annonæ Curatoribus facta, et quidem per tesseras seu symbola e ligno vel plumbo, quibus instructi pergebant ad horrea publica, et singulis mensibus frumentum accipiebant, &c. Vide quæ ad Pers. Sat. v. 74.

Venit] Acceptam etenim tesseram frumentariam vendere licebat; et vendebant qui victum habentes aliunde, frumento non indigebant. Lips. cit. loco.

175 *Tenta, Chrysogonus, &c.*] Si mihi fidem non habes, inquire quam vili pretio doceant Chrysogonus et Pollio, et quam exiguam capiant mercedem etiam a nobilibus atque opulentis, quorum filios instituunt.

176 *Chrysogonus, Pollio*] Sophistæ seu Rhetores. Citharœdos esse volunt alii, quos Juvenalis affirmet plus

Balnea sexcentis, et pluris porticus, in qua
Gestetur dominus, quoties pluit. Anne serenum
Expectet, spargatque luto jumenta recenti?
Hic potius: namque hic mundæ nitet ungula mulæ.
Parte alia longis Numidarum fulta columnis
Surgat, et algentem rapiat cœnatio solem.

ruuntur *balnea sexcentis, et majori* sumtu *xystus, in quo vehatur herus, quando-umque pluit. Sudumne præstoletur, aut jumenta novo cœno inficiat? Illic magis: tenim ibi fulget unguis mulæ nitidæ. Aliunde cœnaculum erigatur altis* e *Numidia ulcris subnixum, atque frigentem solem excipiat. Quantivis ædes* constent: *accedet*

24. *Crissogonus* 17. *Grisonus* 16.—179 *Gestatur* 26. *Vectetur* 24.—180 *Expectent spargantque* 15. *Expectat spargitque* 16. *spargatve* præstiterit.—181 *Hoc potius ut sordes hic* 16. *Hac* 21. *Hinc* 22.—183 *Surget* 22. *rapiet* 22.

NOTÆ

multo quam Rhetores lucrari.

177 *Artem scindens*] Rhetoricam, cujus præcepta minutatim quasi dispertit, dissipat, disperdit, nulla prope mercede, nullo fructu.

Scindens] Quidam interpretantur, vituperans, proscindens: sed minus id probem.

Theodori] Is Gadara urbe Syriæ oriundus, insignis Rhetor fuit, Tiberii Cæsaris præceptor, qui sævam ejus indolem perspexit primus, ac notavit in puero, Suetonio teste, Tiber. c. 57. De eodem Quintilianus III. 1. sic loquitur: 'Theodorus Gadareus, qui se dici maluit Rhodium, quem studiose audisse, cum in eam Insulam secessisset, dicitur Tiberius Cæsar:' additque illum et plura scripsisse, et ejus discipulos veluti novæ sectæ addictos *Theodoreos* appellatos fuisse, quos inter fuit *Hermagoras*.

178 *Balnea sexcentis*] Sumtuosi quidem sunt in ædificando epulandoque Romani, at parci nimium in educandis docendisque liberis.

Sexcentis] Nummis, vel sestertiis.

Porticus, in qua gestetur dominus] Vide Satir. IV. 5.

179 *Anne serenum expectet*] Quod si ambulare cupiat, an putas expectandum ei serenum tempus? Imo porticum habet ad id semper idoneam.

180 *Spargatque luto jumenta recenti*] An post pluviam velit agi currum, et vehi per cœnosas plateas, ubi mulorum pedes luto inquinentur?

181 *Hic potius*] Quin potius in porticu ambulabit, ubi mulæ vehiculum trahentes nitidis incedant pedibus et ungulis. Ironice.

182 *Numidarum*] Numidia pars Africæ, hodie *Biledulgerid*. Inde lapides optimi et exquisita marmora excidendis columnis idonea Romam deportabantur. Meminit Plin. XXXVI. 6. et alibi.

183 *Algentem rapiat cœnatio solem*] Columella l. I. præcipit ædium fenestras spectare Ortum et Septentrionem.

Cœnatio] Triclinium, locus in superiori domus parte ad cœnandum aptus.

Algentem rapiat cœnatio solem] Vel hyberno tempore, dum oritur, frigidum: vel orientem æstate, versus Septentrionem. Hinc enim hilarior situs et commodior dat umbram quando calet, et cum friget, teporem.

Quanticumque domus, veniet, qui fercula docte
Componat; veniet, qui pulmentaria condit.
Hos inter sumtus sestertia Quintiliano,
Ut multum, duo sufficient. Res nulla minoris
Constabit patri, quam filius. Unde igitur tot
Quintilianus habet saltus? Exempla novorum
Fatorum transi: felix, et pulcher, et acer:
Felix, et sapiens, et nobilis, et generosus
Appositam nigræ lunam subtexit alutæ:

qui scite dapes struit; accedet qui obsonia præparat. Illis in impensis, ad summum duo sestertia satis erunt Quintiliano. Nihil minoris constabit patri quam natus. Unde ergo tot nemora possidet Quintilianus? Fortunæ insolitæ exempla omitte. Fortunatus et formosus et fortis, fortunatus et prudens et clarus et illustris assutam

capiat 15.—184 *domum* 22. *veniat* 45.—185 *Componet* 15. *Componit* 14. 18. 20. 21. a m. sec. 22. 25. 46. 48. 49. 55. 56. 57. 59-63. 65-69. 71-74. 77. *veniat* 58. *condet* 18. *docet* 45. *condat* h. e. faciat, (a *condere*, non *condire*) rectius, opinor, 15. 19. 24. 27. 47. 58. 64. Dura certe h. l. est modorum variatio.—186 *sextertia* 16. 19. 21. 22. 63.—187 *sufficiunt* 13. 16.—188 *filius erudiendus* 13. in quo tum hoc ordine sequuntur vss. 200. 201. 197. 198. 191. 202. 203. extrusis vss. 189. 190. 192-196. 199. 204-227.—191 *est nobilis* 11.—

NOTÆ

184 *Quanticumque domus, &c.*] Neque solum profundunt opes in substructionibus, sed etiam in sumtuosis conviviis.

Qui fercula docte componat] Structor mensæ peritus.

185 *Qui pulmentaria condat*] Coquus.

Pulmentaria] Quævis obsonia. Nomen a pulte, qua pro pane diu Romani usi sunt. Cicer. Tuscul. 5. n. 90. 'Anacharsi Philosopho cubile terra, pulmentum fames,' &c. Vide Pers. Sat. VI. 40. et quæ ibidem notabo.

186 *Sestertia*] Vide Sat. I. 92. et 106.

Quintiliano] Summo Rhetori ac præceptori cuilibet.

187 *Sufficient*] Loco pensionis annuæ et salarii pro puerorum institutione.

189 *Saltus*] Villas, prædia.

Exempla novorum fatorum transi] Ne utere inaudito exemplo unius qui præter solitum morem ditatus fuerit, aspirante fato et fortuna, non ex hominum liberalitate. Fuit quidem Quintilianus locuples, at post illum quot alii? Imo quis secundus?

190 *Felix et pulcher, &c.*] Id est, si cui faverint fata, et felicem esse dederint, huic affluunt omnia continuo bona et corporis et animi et fortunæ: erit formosus et valens, erit sapiens, nobilis, doctus, &c.

192 *Appositam nigræ lunam subtexit alutæ*] Lunatos induit calceos, nobilitatis indices. Nam lunula calceis assuta Patricius discernitur, inquit vetus Scholiastes: gestabant nempe effigiem Lunæ crescentis, vel potius literam C, ad monimentum numeri Senatorum centenarii, ex Numæ, ut aiunt, instituto. De moris istius origine disputat Plutarchus in Quæst. Centur. Rom. Vide Cœl. Rhodig. XX.

Felix, orator quoque maximus, et jaculator:
Et si perfrixit, cantat bene. Distat enim, quæ
Sidera te excipiant modo primos incipientem
Edere vagitus, et adhuc a matre rubentem.
Si Fortuna volet, fies de rhetore consul:
Si volet hæc eadem, fies de consule rhetor.
Ventidius quid enim? quid Tullius? anne aliud, quam

atræ pelliculæ lunulam adhibet; fortunatus Rhetor etiam summus et argumentator, et quamvis perfrixerit nihilominus *bene canit. Nam interest quæ te astra suscipiant statim primos exordientem emittere ploratus, ac etiamnum a parente rubicundum. Si jusserit sors, ex Oratore Consul evades: si jusserit ea ipsa, Orator evades e Consule. Etenim quid Ventidius? Quid Tullius? Utrum quicquam præter*

192 *Oppositam* 4.—193 *joculator* 7. 47. 48. 84.—194 *Etsi* una voce scribendum crediderim, ut sensus sit: quamvis sit raucus, tamen bene declamat. *discat* 16. *dictat* 84. non improb. Schradero.—195 *accipiant* 27. 47. 48. 54. 58. 64. 66.—196 *ex matre* 11.—197 *fies de consule rhetor*, et vs. 198. *fies de rhetore consul* 10. 16. 21. 25. 46. 48. 49. 55. 56. 57. 59.—199 *Vendicius* 16. *an* 19. 20.

NOTÆ

28. et Alex. ab Alex. v. 18.

Nigræ alutæ] Sic Horatius Satir. I. 6. ‘Nam ut quisque insanus nigris medium impediit crus Pellibus,’ &c.

Alutæ] Calceo ex aluta, seu molli et subtili corio.

193 *Jaculator*] Dialecticus et Sophista, qui norit argumenta in adversarium jaculari atque enthymemata torquere, ut est Sat. VI. vs. 449.

194 *Si perfrixit, cantat bene*] Et si frigus occuparit, vel non raucescet, aut nihilo pejus cantabit: aut certe excusatur facile, imo bene cantare putabitur et dicetur. Martial. Epig. III. 18. ‘Perfrixisse tuas questa est præfatio fauces.’

Distat enim quæ sidera, &c.] Magni interest an benigna tibi nascenti sidera, an maligna affulserint. Vide Satir. VI. vs. 569. et Pers. Satir. V. vs. 45. et sequent.

196 *A matre rubentem*] Totus rubet infans recens natus, ob tenuitatem cutis ac venarum.

197 *Fies de rhetore consul*] Ut contigit Ciceroni: (de quo lege Alex. ab Alex. I. 23.) et Quintiliano quoque, ut placet quibusdam fretis auctoritate Ausonii ad Gratianum ita loquentis, et pro Consulatu gratias agentis: ‘Dives Seneca, nec tamen Consul—Quintilianus consularia per Clementem ornamenta sortitus, honestamenta nominis potius videtur quam insignia potestatis habuisse.’ Adde Frontonem Antonini præceptorem, de Consulatu cujus ibid. Auson.

198 *De Consule rhetor*] Sicut Dionysius ille Tyrannus, de quo supra ad vs. 151. hujus Satiræ. Ut Valer. Licinianus, ‘Exul de Senatore, Rhetor de Oratore factus,’ inquit Plinius l. IV. Epist. 2. ubi et ait ipsum Licinianum in Sicilia profitentem ita sortem suam in præfatione deplorasse: ‘Quos tibi, fortuna, ludos facis? Facis enim ex Professoribus Senatores, ex Senatoribus Professores,’ &c.

199 *Ventidius quid enim? quid Tullius*] Quid enimvero felices reddidit Ventidium, ac Tullium? Nonne

Sidus, et occulti miranda potentia fati?
Servis regna dabunt, captivis Fata triumphos.
Felix ille tamen corvo quoque rarior albo.
Pœnituit multos vanæ, sterilisque cathedræ,

astrum, atque stupendam vim sortis reconditæ? Fortuna Imperium vernæ, triumphum vincto attribuet. Nihilominus iste fortunatus infrequentior est corvo candido. Piguit complures futilis et infructuosi pulpiti, ut ostendit finis Thrasymachi

22. 45. *aliquid* 47. 48. 58.—201 *triumphos* recepi ex 11. 12. 14-22. 24. 25. 27. 45-50. 55-69. 71-74. 77. *triumphum* 70. 75. 76. 82.—202 *celvo* 11. Mendum

NOTÆ

fati vis, et benignus siderum aspectus?

Ventidius] Pub. Ventidius Bassus humili genere in Piceno ortus, Asculo subacto captus infans, et in sinu matris vectus ante currum triumphantis Pompeii Strabonis: cum adolevisset, rhedarius ac mulio. Deinde vero C. Cæsari notus et familiaris adeo, ut mox Tribunus Plebis et Prætor creatus sit. Postea junctis cum Antonio partibus Pontificatum adeptus et Consulatum, indignante licet ac fremente Populo Romano. Agell. xv. 4. Vide Plin. vii. 43. Plutarch. in Vita M. Antonii, a quo missus ad reprimendos Parthos Ventidius, de illis postea triumphum egit, (teste etiam Plin. mox cit.) celsi vir animi et rerum magnarum cupidus. Plutarch. ibid. Alterius etiam Ventidii meminit Tacit. l. xii.

Tullius] Non Cicero, sed Servius Tullius Rex Romanorum sextus, quem serva matre creatum ad Urbis regimen evexit indoles eximia, nec obscuritas inhibuit. Flor. i. 6. Vide Tit. Liv. i. 39. et seq. ubi Servii Tullii natales apud Corniculum urbem captam, educatio apud Tarquinium Priscum, augurium regni per Tanaquil, et prodigium, &c., narrantur. Eutropius ait ordinatum ab eo primo Censum, qui adhuc per orbem terrarum incognitus erat.

200 *Sidus*] Nascenti prosperum. Vide supra.

Miranda potentia fati] Vide Cicer. de Fato, &c.

201 *Servis regna dabunt*] Ut Servio Tullio nobili quidem fœmina, captiva tamen et ancilla genito. Eutrop.

Captivis fata triumphos] Ut Ventidio, de quo Valer. Maxim. vi. 9. sic habet: 'P. Ventidius ex Parthis, et per Parthos de Crassi manibus in hostili solo miserabiliter jacentibus triumphum duxit: et qui captivus carcerem exhorruerat, victor Capitolium felicitate celebravit. In eodem etiam illud eximium, quod eodem anno Prætor et Consul est factus.' Et Plin. citat. vii. 43. 'Fortuna,' inquit, 'triumphare Pub. Ventidium de Parthis voluit quidem solum, sed eundem in triumpho Asculano Cn. Pompeii Strabonis duxit puerum,' &c.

202 *Felix ille*] Quintiliano similis, cui divitias Ars Rhetorica pepererit.

Corvo quoque rarior albo] Proverb. ut ante Satir. vi. vs. 165. 'Rara avis in terris, nigroque simillima cycno.' Ceterum corvos nonnunquam albos reperiri ex Aristotelis testimonio; unumque corvum candido nitore conspicuum ad Alphonsum Siciliæ Regem aliquando a Britannorum Rege dono missum: insuper et cornicem albam a se visam, affirmat Cœlius Rhodiginus, xvii. 11.

203 *Cathedræ*] Professionis Rhetoricæ. Martial. 'Circum pulpita

Sicut Thrasymachi probat exitus, atque Secundi
Carrinatis: et hunc inopem vidistis, Athenæ,
Nil præter gelidas ausæ conferre cicutas.
Di, majorum umbris tenuem, et sine pondere terram,
Spirantesque crocos, et in urna perpetuum ver,

et Secundi Carrinatis. Atque istum egentem aspexistis, o *Athenæ, nihil dignatæ tribuere nisi frigidam cicutam. Tellurem levem et minime onerosam, et crocum fragrans, et ver in urna continuum*, o *Numina*, date *manibus avorum, qui jusse-*

h. l. latere suspicabatur Schurzfl.—204 *Thrasymachi* 1. 10. 12. 17. 18. 25. 26. 46. 48-50. 54-58. 61-73. *Trasymachi* 8. a m. pr. 59. 60. 65. 75. *Thrasimachi* 27. 47. *Thramasychi* 81. *Thresimachi* 14. 15. 17. in marg. 20. *Thersimachi* 24. 45. *Tarsimachi* 19. *Tersimachi* 11. 16. 23. *Tersimaci* 21. 22. *Lysimachi* 8. a m. sec. Primam syll. fuisse detritam in cod. primo, et ex ingenio deinde a librariis suppletam, putabat Schurzfl.—205 *Carinatis* 45-47. 50. 56. 60. 65. 74. *hinc* 65.—206 *ausæ donare* 22. *præferre* 26. *cui ferre* conj. Schrader.—

NOTÆ

nostra Et steriles cathedras basia sola crepant.'

204 *Thrasymachi probat exitus*] Is enim Carthaginensis origine, apud Athenas Rhetor, pressus inopia vel professione destitit, vel etiam suspendio periit, ut affirmant alii. Platonis et Isocratis discipulus fuisse dicitur. Vetus Schol. Philostr.

Secundi Carrinatis] Hic urgente paupertate Athenis Romam demigravit: at cum exercitationis causa in Tyrannos dixisset, ab Imperatore Caligula missus in exilium refertur. Dio.

205 *Athenæ*] Hac urbe et Republica, quid magis celebratum? Alter Græciæ oculus vocatur, Justino l. v. Fons omnium doctrinarum, ubi summa dicendi vis et inventa est et perfecta. Cicer. I. de Orat. et pro L. Flacco, 'Ab Athenis,' inquit, 'humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortæ, et in omnes terras distributæ putantur: de urbis vero positione, propter pulchritudinem, etiam inter Deos certamen fuisse proditum est,' &c. Vide Thucyd. &c.

206 *Gelidas ausæ conferre cicutas*] Sarcastice in Athenienses, quorum Edicto Socrates hausta cicuta interiit. Vide Pers. Satir. IV. vs. 2. et Annotat. ibid.

207 *Majorum*] Priscorum nempe, tam Græcorum quam Romanorum.

Tenuem, et sine pondere terram] Sic Veteres suis mortuis bene precabantur; inscribebantque tumulo S. T. T. L. id est, 'Sit tibi terra levis;' quasi ut mollius quiescerent: quibus autem erant infensi, terram gravem optabant. Ita Senec. Hippol. ad calcem: 'Istam' (Phædram) 'terra defossam premat, Gravisque tellus impio capiti incubet.' Vide Pers. Satir. I. vs. 37. et seq. et ibid. annotata.

208 *Spirantesque crocos*] Croci flores odoriferi nascantur ex eorum tumulis: vel aromata in sepulturam illorum effundantur. De his vide Pers. Satir. VI. vs. 35. et seq.

Crocos] Plin. XXI. 6. 'Herba est angusto folio pæne in capillamenti modum: mire vino congruit; folio florem expellit; viret bruma et colligitur. Gaudet calcari et atteri, pereundoque melius provenit.'

Urna] Qua defunctorum cineres continentur. Vide Pers. Satir. VI.

Qui præceptorem sancti voluere parentis
Esse loco. Metuens virgæ jam grandis Achilles
Cantabat patriis in montibus: et cui non tunc
Eliceret risum citharœdi cauda magistri?
Sed Rufum, atque alios cædit sua quæque juventus:
Rufum, qui toties Ciceronem Allobroga dixit.

runt magistrum venerandi patris dignitatem habere. Adultus jam Achilles virgam formidans canebat in patriæ collibus: cui vero tum cachinnos non moveret cauda præceptoris Citharistæ? At Ruffum et ceteros verberant sui quemque adolescentes: Ruffum, qui tam sæpe vocavit Ciceronem Allobroga. Ecquis in sinum *Enceladi et*

210 *magnus Achilles* 22.—211 Pro *tunc* suspicari possis *nunc*, ut sensus sit, Chironem ab Achille summo honore cultum esse, etsi talis ejus forma ac species fuerit, ut nunc vel cuilibet risum moveret. Sed vulgatæ lect. major forte vis inest.—212 Quidam pro signo interrog. perperam ponunt punctum; ut τὸ *cui* ad Achillem referatur.—213 *Ruffum* 25. 27. 47. 49. 57. 58. 61-68. 71.

NOTÆ

vs. 34. ad vocem, *urnæ*.

Perpetuum ver] Nascentibus ibi floribus, ut mox notatum.

209 *Qui præceptorem sancti, &c.*] Quintil. II. 9. 'Discipulos id unum moneo,' inquit, 'ut præceptores suos non minus quam ipsa studia ament, et parentes esse non quidem corporum, sed mentium credant.'

210 *Metuens virgæ*] Disciplinæ subditus. Ovidius: 'Qui toties socios, toties perterruit hostes, Dicitur annosum pertimuisse senem. Quas Hector sensurus erat, poscente Magistro, Verberibus jussas præbuit ille manus.'

211 *Cantabat*] Discebat canere fidibus, ac cithara ludere.

Patriis in montibus] In Pelio Thessaliæ monte, ubi educatus Achilles et institutus a Chirone.

Cui non tunc] Vel sine interrogatione legitur, et refertur ad Achillem, qui jam grandior non contemnebat magistri præcepta: vel cum interroganti, hoc sensu: cui vero risum non movisset præceptor Centaurus, equus ab umbilico et inferiori corpore, ac proinde caudatus? ex fabula.

212 *Citharœdi cauda magistri*] Chironis, de quo jam Satir. III. vs. 205. et Horat. Epod. XIII. 'Nobilis ut grandi cecinit Centaurus alumno.'

213 *Sed Rufum, &c.*] At nunc præceptorem minores discipuli et derident et cædunt sine ullo pudore.

214 *Rufum*] *Rufum*, inquam, excellentem licet Rhetorem, et Ciceronis æmulum; Gallum natione, valde quidem disertum. Vetus Schol.

Qui toties Ciceronem, &c.] Legunt alii: *Quem toties Ciceronem, &c.*, et sic explicant; quem Rufum Juventus, id est, sui discipuli per contemtum vocant Ciceronem Allobroga: alii vero sic: *Qui*, id est, Rufus tantum sibi arrogat, ut se præferat Ciceroni, ejus errores notet, et hominem eloquentiæ Gallicæ et Barbaræ appellet. Neque id inauditum. Nam ut est in Dial. de Orator. apud Tacit. 'Satis constat nec Ciceroni quidem obtrectatores defuisse, quibus inflatus et tumens, nec satis pressus, supra modum exultans et superfluens videretur.' Et Calvus eum dicebat 'solutum et enervem,' Brutus, 'elumbem et fractum,' &c. Vide

Quis gremio Enceladi, doctique Palæmonis affert
Quantum grammaticus meruit labor? et tamen ex hoc
Quodcumque est (minus est autem, quam rhetoris æra)
Discipuli custos præmordet Acœnonoëtus,
Et, qui dispensat, frangit sibi. Cede, Palæmon,

eruditi Palæmonis tantum *ingerit, quantum digna est opera Grammatistæ? Ac nihilominus ex eo, quantulum est (inferius vero est quam Rhetoris pecunia) Acœnitus ipse pædagogus arrodit, rescindit etiam sibi dispensator. Concede, Palæmon,*

73. 77. *Rutum* 23. *quemque* 11. 14-17. 20. 21. 22. 72.—215 *Enceladi* restitui ex 11. 17. 25. 27. 46-50. 54-69. 71-74. *Encheladi* 10. 14. 15. 16. 18. 20-24. 45. *Hencheladi* 19. *Celadi* 70. 75. 76. 82. Quod tamen ex his nominibus Grammatico, et quidem celebri, fuerit, non constat.—217 *minor* 24. *certe* pro *autem* 22. *multo* pro *autem* 26.—218 v. Excurs. ad h. l.—219 *franget* 11. 14.

NOTÆ

Agellii XVII. 1. ubi Ciceronem vindicat. Quidam aiunt hic alludi ad historiam, nempe ad consensum Ciceronis cum Allobrogibus, de quo Sallust. Bell. Catilinar.

Allobroga] Allobroges Galliæ populi, non longe a Rhodano, hodie, Sabaudienses, et Delphinates. Metropolim habebant Viennam.

215 *Quis gremio Enceladi*] Jam de Grammaticis denique: quis peritis licet iis et excellentibus dignam pendit mercedem?

Gremio] In gremium sedentis ac docentis.

Enceladi] Is Grammaticus, ut et Palæmon.

Palæmonis] De eo jam Sat. VI. vs. 452.

216 *Grammaticus labor*] Is sane magnus, et multa complectitur incommoda, seu spectes rerum legendarum, seu intelligendarum multitudinem: seu denique discipulos juvenes. Quanta sit tertia hæc molestia dictum est ubi de Rhetoribus vs. 150. et seq. quanquam et major est in Grammaticis, ob rudiores discipulorum animos. At insuper duplex iis labor; alter, quod legisse historias, auctoresque omnes, eosque nosse tanquam ungues ac digitos suos, ut mox ait Juvenalis; alter, quod oportet Scriptorum sensum diligenter investigasse, locosque vel difficillimos penitus excussisse. In hoc vero quam improba sit opera et patientia, nemo nescit: quandoquidem ipsi sese incassum non raro discrucient, ac diu torqueant. Testis unus sit Virgilius quodam loco se crucem fixisse Grammaticis ingenue pariter ac lepide confessus. Vide Petr. Crinit. l. III. hon. Discip. c. 8. ut non abs re Athenæus dicat XV. 1. 'Grammaticis nihil esse stultius:' nolim ego addere, quod ille ibid. *exceptis Medicis, εἰ μὴ ἰατροὶ ἦσαν, οὐδὲν ἂν ἦν τῶν γραμματικῶν μωρότερον.* Vide Quintil. I. 4. Agell. XIV. 5. &c.

Ex hoc] E tantula tamen ista mercede Grammaticis attributa, sunt qui deradant ac surripiant.

217 *Æra*] Salarium, merces.

218 *Acœnonoëtus*] Legunt quidam *Acœnitus ipse*. Nomen est vel proprium, vel a Poëta fictum ab ἀ privativo et κοινὸς, vel κοινότης, fortasse ad indicandum hominem privatæ suæ utilitati nimium, communi parum studentem.

219 *Qui dispensat*] Œconomus.

Et patere inde aliquid decrescere: non aliter, quam
Institor hybernæ tegetis, niveique cadurci,
Dum modo non pereat, mediæ quod noctis ab hora
Sedisti, qua nemo faber, qua nemo sederet,
Qui docet obliquo lanam deducere ferro:
Dummodo non pereat totidem olfecisse lucernas,
Quot stabant pueri, cum totus decolor esset
Flaccus, et hæreret nigro fuligo Maroni.

et sine quidpiam ex eo diminui (haud secus ac negotiator hyemalis lodicis, atque albæ culcitræ) ut ne perdas quod sedisti a tempore mediæ noctis, quo nullus opifex, quo nullus sedebat, qui monstrat lanam trahere ferro curvato: ut ne perdas quod *tot lampades odoratus es, quot assistebant adolescentuli, quando universus Horatius erat decoloratus, atque fuligo adhærebat atro Virgilio. Infrequens* est nihilominus

17-20. 23. 25. 26. 27. 46. 47. 48. 57. 58. 59.—222-224. absunt a 19. *ne pereat* 10. 20. 21. 22. 60. 65. *qui* pro *quod* 16. 26. *umbra* pro *hora* 7. quæ vera forte lectio est, certe elegantior.—223 *sedebat* 10. 11. 12. 14-18. 20-25. 27. 45-50. 54-69. 71-74. 77.—225 *ne pereat* 10. *pareat* 71.—226 *dum* 15.—

NOTÆ

Frangit sibi] Inde subtrahit quod sibi perperam attribuat.

Cede Palæmon] O Grammaticorum arrogantissime, cede tamen jure tuo, et aliquid sponte deperde, ne totum tibi pereat.

220 *Non aliter quam, &c.*] Sicut Institor de indicto majori pretio nonnihil remittit, ut merces vendat, ac cito distrahat.

221 *Cadurci*] Plin. XIX. 1. 'In culcitris' (e lino) 'præcipuam gloriam Cadurci obtinent. Galliarum hoc, et tomenta pariter inventum.' Porro *Cadurci* Aquitaniæ sunt populi. Vernacule, *le Quercy*.

222 *Dummodo non pereat*] Ne vanus omnino sit tuus labor tam gravis et molestus; nempe quod, &c.

Mediæ quod noctis ab hora] Quod dum fabri et artifices quiescunt, tu cogeris in ludo esse, et scholam aperire, teque, ut fit, defatigare. Porro quod ipsa nocte scholæ et ludi frequentari solerent, testatur vetus Schol. et indicat Martial. Epig. IX. 70. 'Quid tibi nobiscum ludi scelerate magister, Invisum pueris virginibusque caput? Nondum cristati rupere silentia Galli: Murmure jam sævo, verberibusque tonas,' &c.

223 *Sedisti*] Vel dictanda meditans, vel potius in schola meditata præcipiens, tradens lectiones, pensa exigens.

Sederet] In officinis laborans residebat.

224 *Qui docet obliquo, &c.*] Lanarum carminator.

Obliquo lanam deducere ferro] Hamis ferreis oblique in tabula defixis, per quos deducta lana attenuatur.

225 *Olfecisse lucernas*] Gravem tot lychnorum fumum et odorem pertulisse, quot discipuli aderant in ludo, in eum nocte convenientes, ut mox notatum est.

226 *Decolor Flaccus*] Horatii codex et Virgilii, puerorum manibus attritus, maculatus, deformis, deturpatus usu et contrectatione continua.

Fuligo] Multiplici tot e lampadibus vapore et fumo creata.

227 *Maroni*] Codici Virgiliano. Ex

Rara tamen merces, quæ cognitione tribuni
Non egeat. Sed vos sævas imponite leges,
Ut præceptori verborum regula constet,
Ut legat historias, auctores noverit omnes,
Tanquam ungues, digitosque suos: ut forte rogatus
Dum petit aut thermas, aut Phœbi balnea, dicat

pensio, quæ Tribuni judicio non indigeat. At vos duras conditiones indicite; ut magister vocabulorum normam teneat, ut evolvat historias, cunctos scriptores perspectos habeat, velut ungues ac digitos suos; ut fortasse interrogatus, dum Thermas

227 *hærebat* 11.—228 *rara datur merces* 13. *cognatione* 22.—229 *leges imponite sævas* 16. 19. *scævas* 49.—230 et 231. *Et* 27.—232-236. ejecti e 13. —233 *Cum* 20. *plebi balnea* 60. 65.—234 *patriam nomenque* 45.—235 *Anche-*

NOTÆ

quo patet ipsis Romanis studiose legi solitos, cum hunc Poëtarum Romanorum Principem, tum Vatem Venusinum, Lyricorum delicias, quem ut tersum inprimis ac purum, et ad notandos hominum mores præcipuum, commendat Quintil. x. 1.

228 *Rara tamen merces, &c.*] Sed nec sine lite mercedem obtinent Grammatici. Jure est agendum adversus Romanos, ut solvant.

Tribuni] Ærarii nempe, qui jus habebat cognoscendi et judicandi de levioribus causis. Vide Alex. ab Alex. II. 24.

229 *Sed vos sævas imponite leges*] Quamvis autem adeo parce et improbe magistris mercedem exsolvatis, o Romani, iis nihilominus severas leges imponite, ut et perfectam eruditionem, et liberorum vestrorum summam habeant curam.

230 *Verborum regula constet*] Nota sit verborum vis et analogia, &c. ut sermo adsit purus.

231 *Legat historias, &c.*] Deinde, ut multiplex adsit eruditio, 'non satis est Poëtas legisse: excutiendum omne scriptorum genus, non propter historias modo, sed et verba, quæ frequenter jus ab auctoribus sumunt,' ut ait Quintil. I. 4. additque; 'sola Grammatica omni studiorum genere plus habet operis quam ostentationis.'

232 *Tanquam ungues, &c.*] Vulgaris locutio et Proverbium.

233 *Thermas*] A *θέρω calefacio*, et *θερμὸς calidus*. *Thermæ* dicuntur loca vel aquis natura ferventibus, vel arte et igne calentia, ad lavandum aut sudandum apta et salubria. Hæc describit egregie Auson. in Mosella. Ob ejusmodi Thermas celebratæ olim Baiæ, Puteoli, &c. Hinc etiamnum frequentata tot variis in regionibus loca. Vide Plin. XXXI. 2. &c.

Phœbi balnea] Hunc aiunt fuisse balneatorem quendam ita nominatum. Vetus Schol. sic habet: 'Privatæ sunt balneæ, quæ Daphnes appellantur.' Sunt et qui *Phœbi balnea* interpretentur, rivos, stagna, flumina Phœbo seu Sole calefacta.

Dicat nutricem Anchisæ, &c.] Quæ fuerit Anchisæ nutrix, de qua nihil certum, etsi *Tisiphone* vocatur a vet. Schol. Gaudebant Romani vexare Grammaticos ejusmodi vanis quæstionibus ac nugis, quas explodit Seneca Epist. 88. Vide Tiber. cap. 56. apud Sueton.

Nutricem Anchisæ, nomen patriamque novercæ
Anchemoli; dicat, quot Acestes vixerit annos,
Quot Siculus Phrygibus vini donaverit urnas.
Exigite, ut mores teneros ceu pollice ducat,
Ut si quis cera vultum facit: exigite, ut sit
Et pater ipsius cœtus, ne turpia ludant,
Ne faciant vicibus. Non est leve tot puerorum
Observare manus, oculosque in fine trementes.

adit, vel Phœbi balnea, commemoret altricem Anchisæ, appellationem et natale solum novercæ Anchemoli; referat quot annos Acestes in vivis fuerit, quot vini cados Siculus iste Rex *Phrygibus dederit. Postulate ut mollem indolem formet quasi pollice, quemadmodum si aliquis faciem cera effingat. Postulate ut* se *gerat parentem ipsius turmæ, ne fœda colludant,*** Grave est speculari manus tot juvenum*

---

moli recepi ex 25. 27. 46. 47. 48. 50. 56-60. 64. 65. 77. Serv. et plerisque libris Virg. Æn. x. 389. *Archemoli* 45. a m. sec. *Anthenoris* 16. *Archemori* in reliquis libris.—236 *Siculis* 75. *Siculi* 76.—237 *seu* 13. *cum pollice* 29. *ducant* 17. 20. 21. 22. 29.—238 *in cera* 15. *ceræ* Casaub. ad Pers. v. 40. *ut sint Et pater et pueri, ne turpia ludat* 13.—239 *nec* 16. *ut turpia* 61. *laudant* 23.—240. 241 Valla et alii monent, hos versus non legi in codd. suis et spurios esse. Extant tamen in 8. omnibusque, quos contuli, libris. Laudantur etiam a Servio ad Virg. Ecl. III. 8. et propter obscenitatem haud dubie a monachis quibusdam deleti sunt. *Et faciant* 13. *leve est* 12. *nec est* 19.—241 *patrantes* pro *trementes* conj. Durantius Casellius Var. Lect. I. 9. et alii coll. Pers. I. 18. ubi v. vet. Schol. et Casaub. Sed vulgata lectio non est solicitanda.—242. 243 ejecti e 13. *curas, et* 10. 12. 14-22. 24. 26. 27. 45-49. 54. 55. 58. 64. 65. 66. 70. *curas, sed* 23. *cura, sed* 82. *curas, et* 11. 25. 50. 56. 57. 59. 63. 65. 67. 68. 69. 71-77. Hos secutus sum: semper tamen, fateor, mihi displicuit τὸ *inquit*, propter præc. plur. *vos imponite* cet. vs. 229. et *exigite* vs. 237. Nunc video, Schurzfl. bene hæc annotasse: '*At vos, Hæc cura: sed quum* cet. in Cod. meo. Recte; vel saltem *Inquitis, hæc cura.*

NOTÆ

234 *Anchisæ*] Patris Æneæ.

Nomen patriamque novercæ Anchemoli] Casperiam appellat Servius in Æneid. x. At ejus patria ignoratur.

235. *Anchemoli*] Vel *Archemori*, de quo Æneid. x.

Acestes] Siciliæ rex, quem seniorem Virgilius ait Æneid. v.

236 *Quot Siculus Phrygibus vini donaverit urnas*] Quot vini cados dederit Æneæ et sociis abeuntibus: scribente Virgil. Æneid. I. 'Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes,' &c.

237 *Mores teneros*] Horat. ad Pisones vs. 163. de juvenum indole et animo sic loquitur: 'Cereus in vitium flecti,' &c.

Pollice ducat] Metaphora a figulis, qui pollice vasa fingunt ad arbitrium, et quam voluerint formam dant. Pers. Sat. v. vs. 40. 'Artificemque tuo ducit sub pollice vultum.'

239 *Pater ipsius cœtus*] Præceptor ante omnia sumat parentis erga discipulos suos animum, ac succedere se in eorum locum a quibus sibi liberi tradantur, existimet. Quintil. II. 2.

Ne turpia ludant] Caveat ne defluant ad libidines. Hic nonnulla prætermitto, quædam non explico, pudoris gratia.

Hæc, inquit, cures, et cum se verterit annus,
Accipe, victori populus quod postulat, aurum.

t oculos sub finem tremulos. Ista exequere, ait, et quando se annus volverit, sume urum quod victori deposcit populus.

Sed prior lectio elegantior est et plane satirica, utpote qua objectioni præceptorum, *Non est leve* cet., nihil aliud respondere finguntur parentes, quam *Hoc cura*, de mercede videlicet non solicitus: *sed cum* annus præterlapsus, et magistri salaria repetunt, indignabundos ait eosdem dicere, *Accipe aurum* cet.' Recte, opinor; et facile ex illa lectione, *At vos, Hæc cura* : *sed cum* cet. reliquæ nasci poterant. *Inquitis* enim vel *inquit* glossa fuit, verbis *At vos* ascripta, quæ deinde in textum irrepsit, extrusis illis verbis. Illa vero, *victori populus quod postulat*, videntur poëtæ verba esse, et parenthesi includenda.—243 *quot* 65.

NOTÆ

242 *Hæc, inquit, cures*] Tria nempe, ut purus sermo, ut multarum rerum notitia, ut honesti mores sint in discipulis tuis, liberis meis, inquit magistro pater.

Cum se verterit annus] Anno finito, mense Martio (qui primus apud Romanos) redeunte, mercedem exsolvam. Vide Macrob. Saturn. I. 12. ubi scribit ea quæ notamus hic.

243 *Accipe victori populus quod postulat aurum*] Quantum populus Romanus in Ludis Scenicis jubebat victoribus dari a Ludorum Præfecto, seu Prætore vel Tribuno spectacula exhibente; *quinque* scilicet *aureos*, quæ stata merces erat, 'nec licebat amplius dare.' Ita vetus Schol. Sueton. Claud. c. 21. refert Imperatorem oblatos victoribus aureos prolata sinistra pariter cum vulgo, voce digitisque in Theatro numerasse. Videtur etiam intelligi posse de aureis quos erogari jubebat populus aurigis victoribus in circo. Martial. Epigram. X. 74. 'Cum Scorpus una quindecim graves hora Ferventis auri victor auferat saccos.' Dum ergo ille auriga saccos auro graves hora una lucratur, miser Grammaticus uno anno vix pauxillum quid obtinet. Vide Alex. ab Alex. II. 24.

EXCURSUS

AD SAT. VII. 12.

MAGNA est h. l. varietas librorum in nominibus propriis. *Alcyonem* 15. 23. 25. 26. 50. 56-60. 67. 70. 77. 82. Alcyone Æoli, alia Marpessæ, alia Atlantis filia: v. Heyne ad Apollodor. p. 101. 109. et 685. *Halcyonem* 61. 63. 65. 66. 74. *Halcyonen* 62. 68. 69. 71-73. *Alcinoëm* 14. 16.—*Alcinoën* 27. 45.

47. 48. 55. *Alcinoë* Stheneli, et alia Polybi filia. De illa v. Apollod. II. 4. 5. de hac Parthenii Erotica c. 27. *Alcinohen* 49. *Alcynoëm* 24. *Alcynoën* 10. 54. 64. *Alchinoëm* 22. *Alchinoën* 17. 20. *Althinoën* 21.—*Alcione* 46. *Alcionem* 18. 19. *Alcionen* 60. *Altionem* 12.—*Alcitheon* 1. 75. 76. unde suspicor *Alcithoën* legendum esse h. l. Schraderus vel *Autonoën* e VI. 72. vel, *Alcathoën* ex Ovid. Met. IV. 1. substituendam putabat. Sed *Alcithoë*, Ἀλκιθόη, non *Alcathoë*, Ἀλκαθόη, dicebatur mulier Thebana, quæ spretis Bacchi Orgiis in vespertilionem mutata est: v. Heins. ad Ovid. l. l.—*Alcinoum* 4. Hoc nomen fuit Hippocoontis filio, de quo v. Apollod. III. 10. 5. et regi Phæacum, notissimo ex Hom. Odyss. *Z*. 197. sqq. *H*. 57. sqq.

Bachi 21. 22. *Pacci* 1. quod forte non respuendum. *Paccius* et *Faustus* videntur esse nomina poëtarum, et *Alcyone*, *Thebæ*, ac *Tereus* tituli tragœdiarum, quas illi scripsere. *Paccius* poëta sic non nisi h. l., quod sciam, memoraretur, ut et *Faustus*, nisi hic idem est, qui perstringitur a Martiali XI. 65. *Paccii* tamen vel *Pactii* et *Pacciæ* passim laudantur in antt. lapidibus et inf. XII. 99. Cic. ad Div. IV. 16. Tac. Hist. IV. 41. et Ann. XIII. 16. 36. XV. 12. Martial XIV. 78. al. *Bacchi* quoque, si hæc lectio vera est, non Dei nomen esse crediderim, sed poëtæ nobis ignoti, qui forte non *Bacchus*, sed *Bacchius* dicebatur, quod nomen passim occurrit: v. Bentl. ad Horat. Sat. I. 7. 20. At vix dubito, quin librariis debeatur hoc nomen, quod illis notius erat, et ad Deum, *Alcithoës* punitorem, ab iisdem relatum sit: ut adeo poëta scripserit *Alcithoën PaccI*. Neque tamen magnopere repugnaverim, si quis *Alcyonem* s. *Alcyonen*, vel *Alcinoën* propter auctoritatem librorum retinere malit. Possis etiam suspicari, pro *Baccho* s. *Bacchio* et *Paccio* substituendum esse *Accium* s. *Attium*, insignem poëtam tragicum, qui Pacuvii bellique Numantini temporibus vixit.

Pro *Terea* male *Therea* 24. et *Terrea* 19. 23. *Tereus* fuit argumentum ac titulus multarum tragœdiarum, quas Sophocles, Euripides, Livius Andronicus, L. Attius aliique scrip-

serunt. Sic et *Thebais* (h. l. *Thebæ*) inscripta olim non modo carmina heroica, sed etiam tragœdiæ, v. c. ejusdem Attii et Senecæ.

EXCURSUS

AD SAT. VII. 62.

Euœ restitui ex 4. Est nota vox Baccharum εὐοῖ (ex εὖ οἱ) et exclamatio, cum præsentis numinis sensu perturbarentur ac furerent, ut εὐᾶν et σαβοῖ, (v. Virg. Æn. VII. 389. et Ovid. Met. IV. 522.) unde Bacchantes Εὔιοι γυναῖκες dicuntur Eurip. Phœn. 660. et ipse Bacchus passim Εὔιος, *Euius*. v. Barnes. ad Eurip. Bacch. 141. et Bourdin. ad Aristoph. Thesmoph. 999. Eadem voce etiam Horatius in summo enthusiasmo usus est Od. II. 19. 5. 7.—*ohe* 10. 15. 24. 25. 50. 54. 56-60. 62-69. 71-74. 77. quod probabant Britann., Farnab., Schurzfl., Bahrdt et alii, coll. Horat. Sat. I. 5. 12. II. 5. 96. Martial. IV. 91. 1. Plaut. Aulul. I. 1. 16. al. quibus locis fastidium satietasque hac voce designatur. Sed *ohe* multi dixere, *euœ* vero præter Horatium nemo, nisi de ipsis Bacchis: adeoque hac voce magis, quam illa, carminum Horatii indoles et character adumbratur, ut mox v. 68. sqq. Virgilianæ Æneidos, habito respectu loci de Alecto Æn. VII. Errant autem, qui *euœ* et *ohe* vocabula esse synonyma, vel *ohe* etiam in Horat. l. l. scribendum existimant.—*euhœ* 9. et 23. a m. pr. ut ap. Sidon. Epist. VIII. 9. ' Forsitan Satiricum illud de Satirico non recordaris: Satur est, cum dicit Horatius Euhœ '—*hohe* 11. 13. *hoe* 16. 17. 22. 27. 45. *ehohe* 21. *Heuhœ* 14. 18-20. 23. a m. sec. 49. 55. *Heuohe* 12. 46-48. 61. 70. 75. 76. 82.—Conf. Horat. Od. II. 19. 5. 7. et Virg. Æn. VII. 389. quibus locis eædem librariorum aberrationes reperiuntur.

EXCURSUS

AD SAT. VII. 80.

Jaceat Lucanus in hortis Marmoreus 12. 14. et ita emend. Gronov. Obss. III. 13. extr. probb. Burm. ad Anthol. II. p. 66. et Schurzfl. qui audacter totum h. l. ita corrigebat: *jaceat Lucanus in hortis Marmoreus. Sit Serrano tenuique Saleio Gloria tanta licet, quid* cet. ut sententia h. l. esset: statuas poëtis positas non solvere æs alienum, quo teneantur. Sed, ut alia taceam, ita certe *stet* dicendum erat, non *jaceat*. Sic *æneus ut stes* ap. Horat. Sat. II. 3. 183.

Et pro *at* 11. 14-25. 27. 30. 45-50. 54-63. 65-69. 71-73. *sed* malebat Gronov. l. l.—*Sarrano* 11. 18-21. 23. 24. 28. 30. 59. 61-63. *Sarano* 27. 46-48. 54. 58. 64. *Sarnano* 22. Gentis Atiliæ cognomen in numis et marmm. *Sarranus* vel *Saranus* scribitur, et a devictis *Sarranis*, Tyriis, (nam *Sarra*, צור, priscum Tyri nomen, de quo v. Gell. XIV. 5.) h. e. Pœnis, vel potius a *Sarrano*, antiquo Umbriæ oppido, (unde *Sarranates* dicti Plin. III. 14.) deducitur a Drakenb. ad Sil. VI. 62. et Perizon. Animadv. hist. c. 1. p. 24. et 33. ubi doctissime de familia agitur Atilia multique errores vulgares refutantur. Vulgatam contra scripturam *Serranus* tuentur Heins. ad Virg. Æn. VI. 845. et alii, qui propter historiam, ex Cic. Rosc. Amer. c. 18. Plin. XVIII. 3. et Valer. Max. IV. 4. 5. notissimam, Atilio hoc cognomen a *serendo* datum putant. Ita tamen *Serenus*, vel *Seranus* certe dicendus erat.—*Saleo* pro *Saleio* 71. *Salivo* 48. *Salino* vel *salino* perperam 10-12. 14-17. 19-24. 45. 46. 61-63. et forte vetus Schol. cujus glossa ex emendat. Pith. et Schurzfl. sic legenda videtur: ‘ Nomina sunt poëtarum pauperum; aut a *Serrano* vase fictili, in quo Atilius Serranus solebat mendicare (forte *manducare*). *Saleio* (f. *Salino*) *tenui:* ait mendicorum catillum fictilem, in quo ea, quæ salsa sunt,

ıpponuntur.' Ascensius probabat utramque lectionem, *Sarrano* et *tenui salino*, quod *marmoreis hortis* opponi arbi-rabatur. Male!

EXCURSUS

AD SAT. VII. 120.

MIRA est in hoc versu varietas lectionum. *Pelamydum* 1-3. 5. al. *Pelamidum* in quibusdam libris, ut πηλαμίδες ap. Aris-ot. VI. 16. *Pellamidum* 17. a m. pr. 19. *Pilamidum* 21. Sed πηλαμὺς et πηλαμύδιον rectius scribi monet Hesych. *Pe-amydes* dictæ forsan παρὰ τὸ ἐν τῷ πηλῷ μυεῖν, quod in luto se occultant, saltem ἀπὸ τοῦ πηλοῦ, a luto, in quo eas nasci dicit Festus. *Pelamydum Afrorum, et veteres epimenia bulbi* 4. prob. Jun.

Aut abest a 19. *aut veteres* 5. 12. 15. 25-27. 46-77. *et veteres* 2-4. 10. 11. 14. 16-18. 20-24. 45.

Mox *Afrorum* pro *Maurorum* libri tantum non omnes, quos secutus sum, 2. 3. 5. 10. 11. 16-25. 27. 28. 45-50. 54-69. 71-74. 77. Deinde *epimenia* 1-5. 10. 11. 12. 14-18. 20-23. 26. 27. 45-50. 56. 58. 63. 70. 74-77. *epymenia* 24. *epimedia* 19. *epimenida* 25. 54. 55. 57. 61. 62. 64-68. 71-73. quod probant Calder., Britann. et Farnab. ut appositio sit, quoniam Plinius XIX. 5. dicat, ex genere bulborum esse *scillam*, et duo genera *medicæ*, masculum albis foliis, fœmi-neum nigris, et tertium genus cibis gratum, quod *epimeni-dium* vocetur. Hinc nonnulli *epimenidia* emendant, ut sit proceleusmaticus, et Ge. Merula *epimendia*, quæ lectio repe-ritur in 59. 60. 69. Fuere etiam, qui suspicarentur *ormenia*, caules. Has conjecturas sugillavit Casaub. ad Athen. II. 12. et defendit nostram lectionem, ex qua tamen commodam sententiam vix elicias. Quid, si scribatur *epimænia*, et poëta hoc vocab. effinxerit ex Gr. ἐπιμαίνεσθαι, insanire, urere, inpr. amore, unde ἐπιμαίνια scil. φάρμακα dici possint

amoris remedia sive stimuli? *Bulbos* enim stimulare Venerem, notum ex Plin. xix. 5. s. 30. xx. 9. 40. Martial. iii. 75. 3. xiii. 34. Ovid. Rem. Am. vs. 797. 798. et Colum. x. 105. 106. ubi Pompon. hæc notavit: 'Genera bulborum Græcis nominibus notantur, differuntque odore, suavitate, sapore, colore, magnitudine, omniaque ferventis naturæ sunt, ideo libidinem accendunt. Pythagoras de bulbis librum composuit Megarensibus. M. Varro et Apicius scribunt: 'aqua decoquant bulbos, qui Veneris usum quærunt;' hoc modo in nuptiis apponuntur.' Conf. ibid. Wernsdorf in Poët. Min. T. vi. p. 56. 57.—*bulli* 11. 21. 43. probb. Schurzfl. et Lips. Epist. Quæst. iv. 25. ubi laudantur Glossæ ad oram cod. Divæi scriptæ: '*Bulli*, pisces exigui vilissimi,' et e Glossar. vet. edito ab Henr. Stephano: *Bulli*, χρυσοκάνθαροι. Idem tamen Lipsius monet, vulgatam lectionem non spernendam videri, cum et Martialis iv. 46. 11. *bulbos* ponat inter munera, causidicis mitti solita, et Plinius xix, *bulbos* in *Africa* natos maxime laudari dicat.

EXCURSUS

AD SAT. VII. 154.

Cambre vel *cambre* legitur in 2. 3. 5. 10. 14-20. 23. 24. 27. 45-49. 55. 69. et cod. Pincier. cujus v. Parerg. iv. 5. Hanc lectionem defenderunt Calderinus et Scoppa Collectan. ii. 2. p. 66. ut h. l. designetur inscriptio declamationis de *Cambro*, Scytharum rege, cujus meminit Diodorus vel de *Cambria* s. Cambro-Britannia, (hod. Wales) vel de oppido hujus nominis. Calderinus: *Cambre*, inquit, oppidum est in Theutrania Troadis, ut scribit Plinius, et e proxima regione est Lesbos, in qua Mitylenem occuparunt tyranni, ut auctor est Strabo, Nigesilus et Magarogilus: Alcæus poëta eos carmine est insectatus, unde aureum plectrum habuisse dicitur,

auctore Fabio: ergo h. l. declamatio de tyrannis ejectis Cambre.' Scoppa provocat ad auctoritatem libelli Mirabilium Puteolorum, in quo hæc leguntur: 'Ad radicem montis Gauri, ab occidente ad orientem accessus, olim vicus fuit, *Cambre* dictus, meridiem respiciens, nunc vetustate consumtus; is locus dictus *Cambre* quasi *Cameræ*; nam locus erat, ubi *Cameræ* et Apothecæ multæ erant, in quibus navium Puteolanarum, et Miseni Baianorumque portuum onus suum deportandum per alias regiones Italiæ deponebatur. Hic vicus nunc corrupte a circumpositæ regionis hominibus, nominis vetusti ignaris, *Campana* vocatur, eo quod Campani, i. e. Capuani, a Cumanis ibidem dicuntur esse conflictu superati: ob cujus conflictus memoriam est historia composita *Cambre* dicta, quæ a magistris in scholis frequentissime dicebatur. Unde Juvenalis: *Occidit miseros Cambre r. m.*' Hæc nimis longe petita etiam Pithœo arrisisse mireris. Exagitat ea Politian. Miscell. c. 33.

EXCURSUS

AD SAT. VII. 218.

Acænonoëtus nomen ficticium pædagogi, quod restitui e vet. Schol. qui exponit: 'Eunuchus pædagogus, aut communi carens sensu, (ἀκοινονόητος) proprium papatis.' Cf. Gell. XII. 12. et de *pappate* sup. ad VI. 633. *Acænonætus* 70. 75. 76. 81. 82. quod putant esse Græc. ἀκοινώνητος, alienus e familiari consuetudine, (ut ap. Cic. ad Att. VI. 1. et 3.) et hinc arrogans, vel rigidus, severus. Grangæi nota est hæc: 'Ἀκοινώνητος Græcis est exacte verum rectumque persequens; vel qui nihil habet cum alio commune; aut cujus alter particeps non est: hic enim pædagogus partitur alterius mercedem, at nemo cum illo.' Sed Schurzfl. jam recte monuit, ita *Acænonetus* scribendum esse, quod tamen h. l.

leges metri non permittunt.—*Acuncteus* 20. *Achinetus ipse* 15. 16. *Achenetus ipse* 24. *Acænetus ipse* 10. 27. 46-49. 54. 56. 57. 64. *Acenetus ipse* 18. 19. 23. 25. 45. 58. 60. *Acanetos ipse* 59. *Acœnetus ipse* 11. 14. 17. 21. 22. *Acænitus ipse* 50. 55. 61-63. 65-69. 71-74. 77. quod credunt esse nomen vel proprium, vel fictum ab α priv. et κοινὸς vel κοινότης, ut designetur homo, qui sui tantum, non communis commodi rationem habeat.—Farnabius putabat, hoc nomine alludi ad *Anicetum* pædagogum, de quo v. Suet. Ner. c. 5.—Possis etiam suspicari *Acinetus*, vel *Acoretus*, vel *Achrematus ipse*. *Ἀκίνητος, immobilis, segnis; ἀκόρητος, immundus; ἀχρήματος, inops. At τὸ *ipse*, quod in plerisque libris legitur, ab ingenio hominis, lacunam versus explentis, profectum videtur.

SATIRA VIII.

STEMMATA quid faciunt, quid prodest, Pontice, longo
Sanguine censeri, pictosque ostendere vultus
Majorum, et stantes in curribus Æmilianos,

Quid stemmata conferunt? O Pontice, quid juvat prolixa stirpe numerari, atque ostentare avorum facies adumbratas, et Æmilianos in curribus stantes, et Curios

1 *Schemata* perperam emend. Alciat. de verb. signif. lib. IV. et Parerg. II. 30. probb. Voss. Inst. Or. v. 1. et Grang.—2 *pictos* 11. 13. 17-22. 24. 45.—

NOTÆ

1 *Stemmata quid faciunt*] Eleganter invehitur in Ponticum, et ejus similes, qui antiquum et illustre genus ostentant, ipsi nulla virtute clari, imo sæpe vitiis turpes.

Stemmata] Gradus et ordines cognationum ramis quibusdam distincti. Vide Pers. Sat. III. vs. 28. et ibidem annotata.

Quid faciunt] Senec. Epist. XLIV. 'Nobilem non facit atrium plenum fumosis imaginibus: animus facit nobilem,' &c. Et III. de Benef. cap. 28. 'Qui imagines in atrio exponunt, et nomina familiæ suæ longo ordine, ac multis stemmatum illigata flexuris, in parte prima ædium collocant, noti magis quam nobiles sunt.'

Quid prodest] Cicero (seu quivis alius) in Sallust. 'Satius est me meis rebus gestis florere, quam majorum opinione niti, atque ita vivere, ut sim ego posteris meis nobilitatis initium, et virtutis exemplum.' Ovid. Met. XIII. 'Nam genus, et proavos, et quæ non fecimus ipsi, Vix ea nostra voco.'

Longo sanguine censeri] Vetusta origine, et longa retro serie majorum.

2 *Pictosque ostendere vultus majorum*] Romanus proprie mos collocandi in tabulariis per atria majorum imagines: atque ex iis nobilitas æstimata; inquit Lipsius Comment. in Senecam. Idem Elect. I. 29. de isto more plurima conscribit. 'Nobiles,' inquit, 'ii soli censebantur, quorum majores Magistratum ceperant, quique jus habebant imaginis ponendæ.' Hæc humerorum tenus erat effigies, non totius corporis, sed capitis ac vultus: e cera, non ex ære. Ordine collocabantur in ligneis thecis, sive *armariis*, ut vocat Plinius l. XXXV. c. 2. diebus solum festis aperiebantur thecæ illæ. In funeribus deferri solebant. Si quis turpi quodam crimine damnatus esset, ejus imago non ferebatur in exequiis, imo frangebatur. Hæc et alia Lipsius erudite congerit, et probat loco citato. Vide et Turneb. XXVI. 3.

3 *Stantes in curribus Æmilianos*] Statuas triumphales.

Et Curios jam dimidios, humerosque minorem
Corvinum, et Galbam auriculis nasoque carentem?
Quis fructus generis tabula jactare capaci
*Corvinum, posthac multa contingere virga
Fumosos Equitum cum Dictatore magistros,

jam medios, et Corvinum scapula diminutum, et Galbam non habentem nares atque aures? Ecquod emolumentum est, *ampla familiæ tabella ostentare Corvinum, ac deinde multiplici ramo derivare Magistros Equitum fumo* obsitos *cum Dictatore,*

4. 5 ejecti e 13. *dividuos*, h. e. fissos, malebat Nicol. Heins. ad Sil. III. 42. *humerosque minorem Corvinum* 8. 9. 14. 70. 75. 76. 82. *nasuque minorem Corvinum* 26. *nasumque minorem Corvinum* 7. 29. *nasumque minorem Corvini* 10. 11. 12. 15-25. 27. 45-50. 54-69. 71-74. 77. Male! nam *naso carentem* mox sequitur. *humeroque minorem Corvinum* reposuit Prat. offensus forte plurali *humeros*. Sed is pro sing. positus, ambiguitatis quoque vitandæ causa, et doctior est, ut et quartus casus.—5 *Gallum* 29.—6 *Qui* 50.—7 v. Excurs. ad h. l.—8 *Famosus* 24. *Famosos* 10-13. 15-23. 25. 27. 28. 45-49. 54-60. 65. Mancinellus

NOTÆ

Æmilianos] L. Æmilium Paulum Macedonicum, ejus qui ad Cannas cecidit filium, qui de Liguribus triumphavit Consul; item postea de Perse Macedonum rege. Triumphali veste Ludos spectandi jus ipsi concessum a Populo et Senatu. Ceterum vir fuit summæ continentiæ et probitatis. Vel intellige filium hujus Pub. Scipionem Æmilianum, qui etiam Persen devicit, Carthaginem sex mensibus delevit, Numantiam ad deditionem compulit, &c. Aurel. Victor.

4 *Curios*] De his Satir. II. ad vs. 3.

Dimidios] Media sui parte mutilatas Imagines temporis edacitate, ac vetustate: aliam sine humeris, aliam sine auribus et naso, &c.

Humerosque minorem Corvinum] Secutus sum hanc lectionem, ne bis idem dicatur: legunt enim plures, *nasumque minorem Corvini*. Atqui sequitur mox: *Galbam auriculis nasoque carentem*.

5 *Corvinum*] M. Valerius Tribunus Militum, ope corvi, de ingenti Gallo provocatore victoriam retulit, hinc *Corvini* cognomen adeptus. Vide Tit. Liv. VII. 26.

Galbam] Ser. Sulp. *Galba* Neroni successit, Imperator in atrio stemma proposuit, quo paternam originem ad Jovem referebat. Sueton. Galb. cap. 2.

6 *Generis tabula*] Tabula genealogica designare quam multi Dictatores et Equitum Magistri in ea gente fuerint.

7 *Contingere*] Sunt qui legant, *deducere*. Alii versum hunc omnino rejiciunt; alii etiam præcedentem ac sequentem, sed perperam: ut docet Just. Lips. Epistolic. quæst. lib. IV. epist. 15.

Virga] Multis ramis e stirpe seu trunco deductis et prodeuntibus, in stemmate, seu consanguinitatis, ut vocant, arbore. Vel, radio, quo ostenduntur summi quique viri in eodem stemmate. Alii respiciunt ad virgas et fasces Dictatori solitas præferri: sed non placet ea interpretatio.

8 *Fumosos*] Legunt alii, *famosos*,

Si coram Lepidis male vivitur? Effigies quo
Tot bellatorum, si luditur alea pernox
Ante Numantinos? si dormire incipis ortu
Luciferi, quo signa duces, et castra movebant?

si vita ducitur improbe in conspectu Lepidorum? Quorsum imagines tot Ducum, si per totam *noctem luditur alea, coram Numantinis? Si somnum auspicaris surgente*

exponit illustres, Ascensius gloriosos et optimæ famæ, pessime Calderinus infames. Sed male ita legitur.—11-18 ejecti e 13. *Ante matutinos...ortus* 21. a m. pr. 26. *Ante Numantinos...ortus* 12. 15-25. 27. 45-49. 55-59. 61. 62. 63. 65. 66. 67. 71. 73. probb. Valla et Mancin. *ortu* 68. 69. sed puncto post *per-*

NOTÆ

minus bene, ut videtur. Cic. in Pisonem. 'Obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum, quarum simile habes nihil, præter colorem.' Porro in atriis erat culina et ignis, hinc atria quasi atra, fumo et fuligine: hinc et fumosæ imagines; ut observat Servius. Vide Sigon. II. 20. de antiq. Jur. Civil. Rom.

Equitum cum Dictatore Magistros] Dictatori semper aderat Magister Equitum, et ab eo statim creato dicebatur. Testis Livius passim. Equitum Magister dictus, quod jus summum in Equites et Accensos haberet: sicut et Populi Magister Dictator appellatus est, quod summam in omnes potestatem obtineret. Auctor est Varro IV. de Ling. Lat. Vide Alex. ab Alex. I. 6. Nos alibi plura de Dictatoris auctoritate.

9 *Coram Lepidis*] Coram imaginibus tot virorum, qui probi fuerunt ac vere nobiles. 'Æmilius Lepidus puer etiam tum progressus in aciem, hostem interemit, civem servavit: cujus tam memorabilis operis index est in Capitolio statua bullata, et incincta prætexta S. C. posita illi, qui jam virtuti maturus, honori tempestivus,' &c. quæ habet Valer. Max. III. 1.

Male vivitur] 'Nonnullis solet nobilitas generis parere ignobilitatem mentis.' Greg. Dial.

10 *Alea*] Vide Annotationes ad Pers. Sat. V. vs. 57.

11 *Ante Numantinos*] Ante imagines Numantinorum. P. Scipio Æmilianus (de quo paulo ante) Numantiam in Hispania civitatem valde bellicosam, correcta prius militum disciplina, fame vicit. Hinc Numantinus dictus. Aurel. Victor. Vide Flor. II. 18. de Numantino Bello.

Si dormire incipis, &c.] Si postquam in epulis et alea noctem egisti, mane dormis tum cum majores illi tui quos jactas, vigilabant potissimum pro Republica, et in hostes progrediebantur.

Ortu Luciferi] Sunt qui vesperum intelligi pertinaciter contendant, eo quod tunc etiam castra moverint Duces. Sed apage. Mane potius designari, et contextus et Luciferi nomen probant; et viri graves censent.

12 *Luciferi*] Hæc est Veneris stella, quæ post occasum Solis apparet statim, tuncque Hesperus, et Vesper apud Virgilium et alios, apud Plautum vesperugo dicitur: ante ortum vero, et sub auroram Phosphorus, Lucifer vocatur. Unde Virgil. Ecl. VIII. 'Nascere præque diem veniens age, Lucifer, almum.' Plin. II. 8. sic ait: 'Infra Solem ambit ingens sidus

Cur Allobrogicis, et magna gaudeat ara
Natus in Herculeo Fabius lare, si cupidus, si
Vanus, et Euganea quantumvis mollior agna;

Phosphoro, quando bellatores agitabant vexilla, et castra? Quare Fabius Herculis in domo genitus fruatur Allobrogicis, ingentique altari, si avarus, si inanis, atque

nox posito, non post *Numantinos. præcipis* 22.—14 *cupidus sit* 16. 27. 47.—

NOTÆ

appellatum Veneris, alterno meatu vagum, ipsisque cognominibus æmulum Solis ac Lunæ. Præveniens quippe, et ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, ut Sol alter, diem maturans. Contra ab occasu refulgens, nuncupatur Vesper, ut prorogans lucem, vicemque Lunæ reddens,' &c.

13 *Cur Allobrogicis, &c.*] Cur majorum gloriam ostentat qui est inglorius, cur virtutes qui vitiosus?

Allobrogicis] 'Gallicis possessionibus, aut titulis victoriarum:' inquit vetus Schol. Allobrogibus devictis: nam Fabius Max. 'Gallica victoria cognomen Allobrogici sibimet ac posteris peperit:' ut ait Valer. Max. VI. 9.

Allobrogicis] De his populis vide Sat. VII. ad vs. 214.

Magna gaudeat ara] Prope Circum Flaminium erecta in honorem Herculis, a quo ferunt ortam Fabiam gentem, quæ et habebat Sacra Herculis hæreditaria. Vetus Schol. Tit. Liv. I. 7. Plutarch. in Fab. Macrob. III. 6. &c. Ovid. Fastor. I. 'Constituitque sibi, quæ maxima dicitur, aram.'

Magna gaudeat ara] Senec. de Benef. IV. 30. sic habet: 'Non sine ratione sacra est magnarum virtutum memoria: et esse plures bonos juvat, si gratia bonorum non cum ipsis cadat. Ciceronem filium quæ res Consulem fecit, nisi pater?—Quid nuper Fabium Persicum, cujus osculum etiam impudici vitabant, Sacerdotem non in uno collegio fecit; nisi Verrucosi et Allobrogici, et illi trecenti, qui hostium incursioni pro Republica unam domum objecerant? Hoc debemus virtutibus ut non præsentes solum illas, sed etiam ablatas e conspectu colamus,' &c.

14 *Natus in Herculeo Fabius lare*] Degener aliquis a familiæ suæ gloria: qualis Fabius ille cognomento Persicus, Q. Fabii Max. Allobrogici filius, cujus flagitiosos mores notat Valerius Max. III. 5. et Senec. de Benef. II. 21. ubi Græcinum Julium virum egregium laudat, quod pecuniam a Fabio Persico missam repudiasset, dicens, nolle se ab eo beneficium accipere, a quo propinationem accepturus non erat. Quem in locum Just. Lipsius ita scribit: 'Is Paullus Fabius Consul fuit sub Tiberio, anno 786. Quare Persicus? A Rege Perse, opinor, memoria victoriæ ejus ab Æmilio Paullo partæ; e qua gente hic fuit, etsi majores adoptione translati in Fabiam. Clarus igitur, sed o fœdus!'

Herculeo] De Hercule multa Diodorus Siculus v. 2. Tit. Liv. I. 7. cit.

Lare] *Lares* Dii familiares et domestici, qui et Penates, quoniam in interioribus ædibus colebantur, sæpe usurpantur pro ipsa domo. Lares Nymphæ et Mercurii dicuntur filii. Ovid. Fastor. 2. Plato dicebat homines qui probi fuissent, post mortem Lares fieri, qui vero improbi et nequam, Lemures.

15 *Euganea*] Tit. Liv. initio lib. I. Euganeos inter mare Alpesque posi-

Si tenerum attritus Catinensi pumice lumbum
Squalentes traducit avos, emtorque veneni
Frangenda miseram funestat imagine gentem?
Tota licet veteres exornent undique ceræ
Atria, nobilitas sola est atque unica virtus.
Paulus, vel Cossus, vel Drusus moribus esto:

delicatior licet ovicula Euganea; si lumbos molles frictus pumice Catanensi dehonestat majores squalidos, ac toxici mercator infelicem stirpem contaminat effigie rumpenda? Quamvis antiquæ imagines *ceræ undequaque decorent omne vestibulum, nobilitas una est duntaxat virtus. Sis indole Paulus, aut Cossus, aut Drusus: illam præfer*

16 *Catanensi* 64.—17 *traducit* 1. 14. 15. 47. 50. 61-76. *producit* 2. 5. 7. 10. 11. 16-19. 23-26. 29. 45. 46. 48. 49. 55-60. 65. 77. *perducit* 12. *producat* 15. 20. 21. 22, *emtoque* 19.—18 *ostendit* pro *funestat* 21.—20 *est sola* 27. 46. 47. 48. 54. 60. 65. prob. Maittario, ut nihil duabus vocibus *sola* et *unica* intersit præter copulam.—21 *Paulus, et Cossus, et Drusus* 11. *aut Cossus, aut Drusus* 17. utrumque contra

NOTÆ

tos esse affirmat, et ab Henetis pulsos. Plin. III. 20. Graiarum Alpium incolas dicit, præstantesque genere Enganeos, inde tracto nomine. Capite vero præcedenti eorum Metropolim Veronam statuit. Hic ponuntur Euganei pro Altinis et Patavinis affinibus, quorum lana et oves laudantur tum apud Martial. Epig. XIV. 155. cum apud alios.

16 *Si tenerum attritus, &c.*] Si libidinosus et infamis fuerit.

Attritus Catinensi pumice lumbum] Ex more impudicorum quorundam et effœminatorum, qui pumice lumbos depilabant ac lævigabant: ut cetera non dicam paulo turpiora.

Catinensi] Catana sive Catina urbs est Siciliæ, vicini Ætnæ montis ignes et lapides evomentis eructationibus obnoxia: non parvam inde vastitatem passa anno 1669.

Pumice] *Pumex* lapis spongiosus, aridus, incendio excoctus, candens, minime ponderosus, utilis ad lævigandum: atque, ut habet Plinius, XXXVI. 21. 'in usu corporum lævigandorum fœminis jam quidem et viris.' Turnebus VII. 20. vult hic notari Catinenses velut addictos huic mollitiei, quod se glabros pumice redderent.

17 *Squalentes*] Vel deformatos ac sordidos vetustate, vel ex more bellatorum ac fortium virorum, cultum corporis negligentes.

Traducit] Dedecorat, et probro exponit. Solebant noxii per forum et amphitheatrum Romæ traduci, appensa collo ferentes elogia, seu inscriptiones criminum, et suæ damnationis causas. Testis Sueton. Tit. cap. 8. &c.

Emtorque veneni] Veneficus infami hac arte notus.

18 *Frangenda*] Frangi digna. Jam supra notavi ex Lipsio, dejici, frangi, ac deleri consuevisse eorum imagines, qui degenerassent a suæ gentis nobilitate, ut et rursum indicat Juvenalis Sat. X. vs. 58.

Funestat] Quasi funere incestat et polluit.

19 *Ceræ*] Vide supra, ad vs. 2.

21 *Paulus, vel Cossus, &c.*] Pauli, Cossi, Drusi virtutes æmulare.

Paulus] Paulus Æmilius fortitudine pariter ac temperantia clarus. De

Hos ante effigies majorum pone tuorum:
Præcedant ipsas illi te Consule virgas.
Prima mihi debes animi bona. Sanctus haberi,
Justitiæque tenax factis dictisque mereris,
Agnosco procerem. Salve, Gætulice, seu tu

imaginibus avorum tuorum: hæc præeat ipsis virgis, te Consule. Priora mentis ornamenta debes mihi. Siquidem *verbis et actionibus dignus es æstimari optimus et æquitatis observantissimus, cognosco nobilem. Ave, Gætulice, sive tu Silanus,* vel

metrum. *vel Drusus, vel Cossus* 16. *Cassus* 22.—22 *effigiem* 24.—23 *Procedant* 27. 46. 47. 48. quod ab h. l. alienum est, etsi de solenni Consulum pompa adhibetur, qua primo initi magistratus die ex ædibus suis in Capitolium deducebantur; unde et dictæ processiones Catholicorum Romanensium. *ipsas ipsi* 13.—26 *Getulice* vulgo male scribitur. Nam Γαιτοῦλοι dicuntur,

NOTÆ

eo Plutarch. in ejus vita. Aurelius Victor de viris illustribus, &c.

Cossus] Aulus Cornelius Cossus Tribunus Militum Tolumnium Veientium regem gloriose vicit, atque opima de eo spolia secunda retulit Feretrio. Tit. Liv. IV. 19. Florus autem IV. 12. 'Augustus Cæsar,' inquit, 'Getulos accolas Syrtium Cosso duce compescuit, unde illi Gætulici nomen.' De hoc itaque videtur potius loqui Juvenalis; addit enim mox; 'Salve, Gætulice.'

Drusus] Idem Florus citato mox loco, ait Augustum feras quasdam gentes per Claudium Drusum privignum suum perpacasse, &c. At Sueton. Tiber. c. 3. magis ad rem facit, ubi ait, Drusum duce hostium Druso cominus trucidato sibi posterisque suis cognomen invenisse: item, ex Gallia Provincia retulisse aurum Senonibus olim in obsidione Capitolii datum. Nisi forte placet intelligere Julium Drusum Tribunum Plebis, cujus ædes cum vicinorum oculis multis locis paterent, et opifex quidam eas se quinque talentorum mercede mutaturum sponderet, decem dabo, inquit Drusus, si totam domum meam vicinis undique perspicuam feceris, ut testes sint illi quonam modo vivam, &c.: quæ narrat Plutarchus in præceptis politicis, non longe ab initio.

22 *Hos ante effigies, &c.*] Pluris æstima bonum esse, quam bonis fuisse prognatum. Vel, illustrium avorum mores considera magis quam statuas et imagines.

23 *Præcedant ipsas illi, &c.*] Probos mores præfer non tantum præclaræ origini, sed et summis Magistratibus.

Virgas] Fasces e virgis ac securibus colligati, Consulum insignia, metonymicos pro Consulatu ponuntur. Vide plura de his Satir. v. ad vs. 110.

24 *Prima mihi debes, &c.*] Si vis a me nobilis nuncupari, ante omnia adeoque ante bona corporis ac fortunæ, mihi debes exhibere animi bona, virtutes nempe, fortitudinem, justitiam, prudentiam, &c.

Sanctus haberi, &c.] Si virtutes habueris, sane veram nobilitatem in te agnosco.

26 *Salve, Gætulice*] Si probus es, te saluto veneror que perinde nobilem, ac si fores Gætulorum domitor Cossus, de quo ante; aut Silanus, aut alius quivis illustri natus genere.

Silanus, quocumque alio de sanguine, rarus
Civis et egregius patriæ contingis ovanti.
Exclamare libet, populus quod clamat, Osiri
Invento. Quis enim generosum dixerit hunc, qui
Indignus genere, et præclaro nomine tantum
Insignis? nanum cujusdam Atlanta vocamus:
Æthiopem cycnum: pravam extortamque puellam

lia de stirpe qualibet advenis triumphanti patriæ civis eximius ac præcellens. Placet exclamare, quod plebs vociferatur, reperto Osiri. Nam quis nobilem vocaverit eum, qui stirpe indignus, ac præstanti solum titulo clarus? Pumilionem cuuspiam appellamus Atlantem; Æthiopem cygnum; pusillam distortamque adoles-

a quibus devictis cognomen accepit Lentulus.—27 *Sillanus* 17. 20. 21. 22. 50. 58. *Syllanus* 18. 23. 24. 25. 45-49. 57. 59. 60. 62. 64-69. 71. 72. 73. *Scyllanus* 19. *quorumve* recte, puto, emend. Schrader. Vulgaris certe junctura verborum dura est, etsi post *sanguine* distinxi.—31 *est* pro *et* 60. 65.—32 abest a 24. *gnanum* 13. *Athalanta* 21. 22.—33-45 ejecti e 13.

NOTÆ

Gætulice] Gætuli populi sunt inferioris Libyæ, prope Garamantas.

27 *Silanus*] Imperatoris Claudii gener. De eo Cornel. Tacit. l. XII. initio, Sueton. Claud. c. 27.

28 *Ovanti*] Exultanti quod te civem optimum nacta sit, diu quæsitum, ac tandem inventum.

29 *Exclamare libet populus quod clamat*] Ægyptii nimirum invento Api bove, exclamabant, *εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν*. Vide Satir. VI. ad vs. 527. 534. et seq. et 541.

Osiri] Hic porro colebatur, 'Atque suum pubes miratur Osirin Barbara, Memphitem plangere docta bovem;' eo quod, ut canere pergit Tibullus Eleg. I. 7. 'Primus aratra manu solerti fecit Osiris, Et teneram ferro sollicitavit humum. Primus inexpertæ commisit semina terræ; Pomaque non notis legit ab arboribus. Hic docuit teneram palis adjungere vitem; Hic viridem dura cædere falce comam,' &c.

30 *Generosum*] Senec. Epist. XLIV. 'Quis ergo generosus?' inquit; 'ad virtutem bene a natura compositus.'

32 *Nanum cujusdam Atlanta vocamus*] Per antiphrasim et ironiam; et abblandientes vel illudentes cuidam potenti nanos amanti.

Nanum] Apud Gell. XIX. 13. *νάνους* Græci, Latini *pumiliones* vocant, parva nimis statura homines, brevi atque humili corpore, paulum supra terram extantes. Cœl. Rhodig. XXI. 24. *παρὰ τοῦ ἐστερῆσθαι τῶν ἄνω*, nanos dici asserit. 'Pumilionum genus in omnibus animalibus est:' inquit Plinius II. 49.

Atlanta] Ingentem ac robustum instar Atlantis quem fabulantur humeris cœlos portare, eo quod de Astrologia scite, de sphæra primus disputavit. Virgil. Æneid. IV. 'Maximus Atlas Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.' Et alibi: 'Cœlum qui vertice fulcit.' Ovid. Metamorphos. IV. Fab. 17. 'Quis enim par esset Atlantis Viribus?'

33 *Æthiopem cygnum*] Id est, hominem nigrum appellamus album, et cygni similem, &c. scoptice. De Æthiop. vide quæ notavi ad Satir. II. 23.

Europen: canibus pigris scabieque vetusta
Levibus, et siccæ lambentibus ora lucernæ,
Nomen erit pardus, tigris, leo, si quid adhuc est,
Quod fremat in terris violentius. Ergo cavebis,
Et metues, ne tu sis Creticus, aut Camerinus.

centulam, Europam. Inertes canes et glabri veteri impetigine, atque aridæ lampadis os lambentes nominabuntur pardus, tigris, leo, et *si quidpiam est insuper in terris quod frendeat vehementius. Itaque vide ac time ne tu hoc modo Creticus vel Camerinus* appelleris. *Ecquem ego reprehendi istis* sermonibus? *Alloquor te,*

---

cygnum 17. 18. 19. 60. v. ad VI. 165. *pravam* 16. 17. 20. 23. 33.—34 *Europam* 10. 15. 16. *Europem* 18. 19. 20.—35 *Levibus*, non *Lævibus* 60. 64. Recte. v. ad II. 12. *lacernæ* 72.—36 *tigris, pardus, leo* 25. 56. 57. 59. 60. 64. 65. *leo, et si quid* 22. 45. *seu quid adhuc est* recte, opinor, corrig. Schrader.—37 *fremit* 11. 17. 20. 21. 25. 27. 45-48. 50. 54-69. 71-74. 77. *in terra* 17.—38 *metuas* 16. 27. 47. 48. 58. *ne sis tu* 11. *ne tu sic*, (eadem irrisione) vel *ne sic tu* scil. dicaris, non male emend. Junius. Illud etiam conj. Schrader, et recepit Prat. Possis quoque suspicari *ne sic tibi* scil. nomen sit: *ac Camerinus* malebat

NOTÆ

et Satir. VI. 599. de Cygnis, Satir. VI. 164. Quibus adde quæ narrat Cœl. Rhodig. IX. 5. aitque, licet cantus eorum a paucissimis auditus, ab Æliano tamen auditum, &c.

34 *Europen*] Hæc Agenoris Phœnicum regis erat filia, cujus pulchritudine captus Jupiter, ut canit Ovidius Metamorphos. II. Fab. 13. 'Sceptri gravitate relicta, Ille pater rectorque Deum, qui concutit orbem, Induitur faciem tauri,' &c. 'Inde abit ulterius, mediique per æquora ponti Fert prædam,' &c. Ab hac denominatam volunt aliqui eam orbis terrarum partem florentissimam, quam nos incolimus.

Scabie vetusta levibus] Pilis præ scabie decidentibus.

36 *Pardus, tigris, leo*] Belluæ truculentissimæ, atque feritate innata insignes. Plin. VIII. 17. sic habet: 'Panthera' (cujus mas est pardus) 'et tigris macularum varietate prope solæ bestiarum spectantur. Ceteris unus ac suus cujusque generis color est. Leonum tantum in Syria niger. Pantheris in candido breves macularum oculi.' Et capite præcedenti: 'Leoni,' inquit, 'præcipua generositas,' &c. Hinc per excellentiam θὴρ nuncupatur absolute: ex Cœl. Rhodig. XXVI. 19. Tigrin porro 'tremendæ velocitatis animal' vocat Plin. cit. Lib. cap. 18. de ferarum istarum indole plura quidem et mira vide citatis Plinii locis; A. Gellii V. 14. Plutarch. de animantium comparatione, &c.

38 *Ne tu sis Creticus, &c.*] Ne tu sic, Ironice, et nomine tenus dicare nobilis, ut canis piger et scabiosus vocaretur pardus, tigris, leo.

Creticus, aut Camerinus] Illustres Romani tum genere, cum virtutibus. Q. Metellus, Creta subacta, *Creticus* est cognominatus. Pub. autem Sulpitius Camerinus cum Posthumio et Manlio missus Athenas a Senatu, ad describendas Solonis aliarumque civitatum leges. Tit. Liv. Plutarch. in vita Pompeii Magni, &c.

His ego quem monui? tecum est mihi sermo, Rubelli
Blande. Tumes alto Drusorum stemmate, tanquam
Feceris ipse aliquid, propter quod nobilis esses,
Ut te conciperet, quæ sanguine fulget Iuli;
Non quæ ventoso conducta sub aggere texit.
Vos humiles, inquis, vulgi pars ultima nostri,
Quorum nemo queat patriam monstrare parentis:
Ast ego Cecropides. Vivas, et originis hujus

Rubelli Plance, qui *superbis excelsa Drusorum origine, quasi egeris ipse quidpiam, ob quod fores illustris, ut te* utero *caperet quæ clara est Iuli stirpe, non* vero *quæ mercenaria contexit sub munimento ventis* exposito. *Vos infimi, ait, postrema plebeculæ nostræ portio, quorum nullus possit ostendere natale solum patris sui*: *ego vero Cecropides. Salvus sis, atque diuturna ortus istius lætitia fruere:*

Schrader.—39 *Hic* 71. *est* non extat in 48.—40 *Blande* restitui ex 1. 10. 11. 12. 15-24. 26. 27. 28. 45-49. 54. 55. 70. 75. 76. 77. *Blance* 58. *Plance* 25. 50. 56. 57. 59-69. 71-74. *Plaute* reposuere Grang. et Hennin. ex emendat. Lips. ad Tac. Ann. XIII. 19. ubi conf. Ryckius, qui eam in dubium vocavit. In locis tamen Taciti, libri tantum non omnes patri dant *Blandi*, et filio *Plauti* cognomen. *tumens* 57. 59. *Drusorum sanguine* 10. 11. 17. 19. 20. 23. 25. 26. 27. 45-50. 54-67. 71. 72. 73.—43 *sub aëre* 11. 16. 19. 24. 27. 45-50. 55. 58. 61-64. 66. 67. 69. 71-74. quod Britann. et Farnab. interpretantur, sub dio, Flavius autem Conject. c. 13. in atrio, ubi mulieres olim textrinam exercebant.—46 *O tu cycropide* 18. *Cicropides* 21. 22.—47 abest ab 59. *una*

NOTÆ

39 *His ego quem monui*] Quem vero his reprehensionibus peto et redarguo? inquit Satiricus. Te nempe, o Rubelli.

Rubelli Blande] Quidam legunt, *Plance;* alii, *Plaute*. Tacit. l. 14. 'Omnium ore,' inquit, 'Rubellius Plautus celebratur, cui nobilitas per matrem ex Julia familia.' In sequentibus notatur ejus vanitas et ambitio, quæ tamen eum fefellit. Illic porro Lipsius non, *Plautus*, sed *Plancus* legit. Unde castigatiores libri hic habent, *Plance*.

40 *Drusorum*] Vide supra, et Sueton. in Tiber. Cornel. Tacit. Annal. &c.

42 *Ut te conciperet quæ, &c.*] Ut nascereris matre nobili e gente Julia, quæ orta est ab Iulo Ascanii filio: atque pari ac Nero gradu a Divo Augusto maternam originem traheres; ut habet Cornel. Tacit. lib. XIII.

43 *Non quæ ventoso, &c.*] Non autem plebeia quædam mulier.

Ventoso sub aggere] Ad aggerem Tarquinii, ubi solebant plebeiæ mulieres telas texere. De illo aggere, vide Sat. VI. ad vs. 588. Quidam legunt, *sub aëre*, id est, sub dio.

Conducta texit] Paupercula suam operam texendis telis locare solita, ad victum mercede obtinendum.

44 *Vos humiles, &c.*] Verba sunt Rubellii juvenis antiqua nobilitate superbientis et jactabundi.

Vulgi pars ultima] Ego indigena et Romæ natus e clara stirpe: at vos advenæ ac terræ filii, e parentibus aut obscuris aut ignotis oriundi.

46 *Cecropides*] Tam sum ego Romæ nobilis, quam qui Athenis originem ducebat a Cecrope primo illo Athenien-

Gaudia longa feras: tamen ima plebe Quiritem
Facundum invenies. Solet hic defendere causas
Nobilis indocti. Veniet de plebe togata,
Qui juris nodos, et legum ænigmata solvat.
Hic petit Euphraten juvenis, domitique Batavi
Custodes aquilas, armis industrius: at tu

in *infima plebecula disertum nihilominus Romanum reperies. Ille consuevit agere causas illustris ignari. De populo togato prodibit qui Juris difficultates explicet, ac legum ænigmata. Iste adolescens militiæ peritus perrexit ad Euphratem, et Aquilas*

45. *gente* pro *plebe* 29. *Quirite* 22.—48 *invenias* 16.—49 *venit de* 22. *venit et de* 12. 23. 45. *gente* pro *plebe* 4. 7. 16. 17. 19-22. 26. Utrumque forsan rectius, judice etiam Schradero.—50 *solvet* 23. *solvit* 45.—51 *Britanni* pro *Batavi* in quibusdam libris, nescio quibus, teste ac prob. Bahrdt. Id omnino arridere potest propter victorias, ab Agricola, summo illius ævi duce, ex Britannis relatas. Sed vulgata quoque lectio non spernenda est, et omnium,

NOTÆ

sium rege, atque Athenarum instauratore: genus enim ad Cæsarem Augustumque refero. Vide supra.

Vivas, et originis hujus, &c.] Respondet Rubellio Poëta: diu fruere tua nobilitate: verum ne propter eam nimis superbias. Sunt enim de plebe viri, quorum gesta virtutesque refulgeant: alii bellatores, alii Jurisconsulti, quorum etiam opera non raro indigeant ipsi nobiles.

49 *De plebe togata*] E viliori plebe. Vide Asconium, et quæ nos ad Satir. I. 96.

50 *Ænigmata*] Intricatas et obscuras Juris quæstiones eruditorum et sapientum interpretatione indigentes. Agell. XII. 6. 'Ænigmata Græci,' inquit, 'veteres nostri quidam scrupos appellarunt.'

Solvat] Jurisperitos solutores vocat Hadr. Turnebus VIII. 19.

51 *Hic petit Euphraten*] Hic bello strenuus ad bellicas expeditiones etiam longinquas pergit, in Orientem usque, dum tu Romæ ac domi resides, o nobilis ignave.

Euphraten] Quis non audivit fluvium hunc tam celebrem Mesopotamiam Babyloniamque rigantem? De eo jam ad Sat. I. 104.

Domitique Batavi custodes Aquilas] It in præsidia a Romanis collocata ad continendos in officio Batavos, ne rebellent illi nuper a Domitiano subacti.

Batavi] Populi ad Rhenum, quorum virtutem celebrat Cornel. Tacit. de German. Nunc autem mercatura toto orbe locupletati, cum paucis ante annis insolentius paulo superbirent, Ludovici Magni virtute salubriter castigati, fortunam esse vitream, simul et verendos Reges, non impune didicerunt.

52 *Aquilas*] Signa militaria Romanorum. Plin. X. 4. 'Aquilam,' inquit, 'Romanis legionibus C. Marius in secundo Consulatu suo proprie dicavit—paucis ante annis sola in aciem portari cœpta erat: reliqua signa in castris relinquebantur:' (Lupi, Minotauri, Equi, Apri) 'ea Marius in totum abdicavit,' &c. Illa porro vel aurea vel argentea Aquilæ effigies hastæ suffixa erat, cujus ima pars in

Nil, nisi Cecropides, truncoque simillimus Hermæ.
Nullo quippe ulio vincis discrimine, quam quod
Illi marmoreum caput est, tua vivit imago.
Dic mihi, Teucrorum proles, animalia muta
Quis generosa putet, nisi fortia? nempe volucrem
Sic laudamus equum, facili cui plurima palma
Fervet, et exultat rauco victoria Circo.

observatrices Hollandi provicti. Tu vero nihil es *præterquam Cecropida, et par Hermæ truncato. Nec enim alia quapiam superas differentia, nisi quod hic habet caput e marmore, effigies autem tua spirat. Loquere ad me, progenies Trojanorum, ecquis muta animantia existimet nobilia, nisi* sint *animosa? Ita nimirum æstimamus equum pernicissimum, cui agili multiplex ardet palma, et victoria lætatur rauco amphi-*

quod sciam, librorum auctoritate firmatur.—53 *Nil mihi C.* 21.—57 *putat* 10. 15—17. 27.—58 *cui facili* 12. *facili qui* 46. 47. 48. *facilis cui* ed. Prat. ut sensus sit: qui velocitate sua multas facile victorias parat. Sed vulgata lec-

NOTÆ

cuspidem desinebat, quo facilius in terram adigi posset ac statui: nec movebatur nisi cum universus progrediebatur exercitus. Dion. l. XL. Hadr. Jun. III. 2. Unde porro ejusmodi signum Romanis placuerit? An quod Jovem ferunt eo usum adversus Titanas? An quod eodem Jove contra Saturnum dimicante, Aquilæ augurio tanquam felici et fortunato regni victor evaserit? Vide et Veget. II. 13. Alex. ab Alex. IV. 2, &c.

53 *Nil nisi Cecropides*] Tu domi quidem nobilis, nec eruditione, nec factis clarus, solum habes nominis splendorem. Hoc autem quid?

Truncoque simillimus Hermæ] Statuæ Mercurii, capite formato, cetera rudi. Sic enimvero tu genere es illustris, de cetero inglorius. 'Effigies illæ marmoreæ, vel æneæ, sine manibus erant, quales videmus in circo:' vetus Schol. Binæ vel ternæ dabantur de Republica bene meritis, et supra fores disponebantur. Thucydid. l. VI. Macrob. Saturnal. I. 19. Pariter refert simulacra Mercurii pleraque fingi quadrato statu, solo capite insignita. Mercurius autem Græcis 'Ερμῆς dictus, seu quod esset interpres et nuncius Deorum, seu quod facundiæ præsit ac eloquentiæ.

54 *Vincis*] Mutilatam illam Hermæ seu Mercurii imaginem non alia ratione vincis, quam quod tu vivis ac spiras, illa autem aut lapis aut metallum est.

56 *Teucrorum proles*] O Rubelli, oriunde quidem e Julia gente, quæ ab Iulo et Ænea Trojanis prodiit. Hi vero Teucri vocati sunt a Teucro Dardani regis Trojæ socero, qui et cum genero in Troade regnavit.

57 *Quis generosa putet, nisi fortia*] Quis fortem equum dixerit, eo quod e fortibus ortus sit, si ipse non est fortis?

58 *Facili cui plurima palma*] Qui velocitate sua multas facile victorias parat in curuli certamine, in campo, in circo.

59 *Fervet*] Seu ob fervorem cursus, seu ob ardorem animi victoris, seu denique ob insonantes spectantium plausus et acclamationes.

Rauco] Acclamantes vociferando rauci fiunt.

Circo] Satir. III. ad vs. 65. et 223.

Nobilis hic, quocumque venit de gramine, cujus
Clara fuga ante alios, et primus in æquore pulvis:
Sed venale pecus Corythæ, posteritas et
Hirpini, si rara jugo Victoria sedit.

theatro. Quolibet ille de agro prodit, clarus est, *cujus illustris cursus præ ceteris ac pulvis anterior in campo. At venditur Corithæ pullus, atque Hirpino genitus si infrequens victoria currui insedit. Nulla hic avorum* habetur *ratio, favor nullus*

---

tio exquisitior, nec *palma* h. l. victoria est.—61 *cujus* pro *pulvis* 9. facili vitio librarii, quia eadem vox erat ultima versus præc.—62. 63 in 13 sic coaluere: *Sed si rara jugo tardis victoria sedit.* *Corithæ* 17. 18. 19. 25. 27. 48. 56. 57. 59–70. 74. 77. *Choritæ* 20. *Corinthe* 11. 58. *Corythæ* plerique exhibent libri, et vulgo putant, id equæ generosissimæ nomen esse, inditum ei vel a *Corytho* monte, (hod. *Monte Corvo*) ubi enutrita sit, vel a *Corytho*, Etruriæ oppido, quod et *Cortona* vocatur. v. Heyne Exc. ad Virg. Æn. III. 170. Sed duæ priores syll. h. l. producuntur, quo ipso veritas hujus lect. fit dubia; nec de generosis Corythi equis quicquam legere memini: alioquin suspicarer, veram lectionem esse *Cortonæ*, et *Corythæ* vel potius *Corythi* glossam margini ascriptam. *Coryfe* 1. vel ex emendat. Schurzfl. *Coryfæi.* Vetus Schol. est: '*Coryfæorum* (vel *Coryphæorum*) equorum in Achaia prima nobilitas fuit.'—63 *Arpini* 20. *Harpinnæ* conj. Farnab. quod est nomen equi curulis Œnomai ap. Lycophr.

NOTÆ

61 *Æquore*] Ab æqualitate *æquor* appellatur non tantum mare nullis motum ventis, sed et agri planities. Tull. I. de Divin. n. 93. 'Ægyptii,' inquit, 'et Babylonii in camporum patentium æquoribus habitantes.'

Pulvis] Horat. Ode I. 'Sunt quos curriculo pulverem Olympicum Collegisse juvat; metaque fervidis Evitata rotis, palmaque nobilis Terrarum dominos evehit ad Deos.'

62 *Sed venale pecus Corythæ*] Fortium equorum pulli, si degeneres fuerint, continuo venduntur, plaustro trahendo adhibentur, aut versandæ in pistrino molæ.

Corythæ] Equæ generosissimæ. Alii intelligunt gregem equorum qui alebantur ad Corythum Hetruriæ oppidum et montem.

63 *Hirpini*] Equi nobilissimi et victoris. Sunt etiam in Italia Hirpini montes, e quibus fluit Aufidus amnis Apuliæ. Malim de equo intelligere. Martial. Epig. III. 62. 'Hirpini veteres qui bene novit avos.' Quem locum explicans Justus Lipsius Centur. III. Epist. 26. 'Quis iste Hirpinus,' inquit, 'non e familia Rom. ne erres, (etsi ea quoque fuit) sed equum intellige in circo nobilem et multarum palmarum. Nam ea etiam insania, ut stemma et proavos equorum talium quærerent factionarii, atque inter se celebrarent.' Et paulo post: 'Clarissime lapis vetus, quem Romæ olim vidi et exscripsi. In medio vir est (conditor factionis Russatæ) qui dextra baculum, sinistra pabulum tenet: extrinsecus duo sunt assilientes equi, cum gemina inscriptione; altera: Aquilo Nepos Aquilonis vicit CXXX. secundas tulit LXXXVIII. tertias tulit XXXVII. altera: Hirpinus nepos Aquilonis vicit CXIV. secundas tulit LVI. tertias tulit XXXVI. Habes itaque ipsum hic Hirpinum, atque adeo ejus avum Aquilonem.'

Si rara jugo Victoria sedit] Si raro victor fuit trahens currum in curuli certamine.

Nil ibi majorum respectus, gratia nulla
Umbrarum, dominos pretiis mutare jubentur
Exiguis, tritoque trahunt epirhedia collo
Segnipedes, dignique molam versare Nepotis.
Ergo, ut miremur te, non tua; primum aliquid da,
Quod possim titulis incidere præter honores,
Quos illis damus, et dedimus, quibus omnia debes.
  Hæc satis ad juvenem, quem nobis fama superbum
Tradit, et inflatum, plenumque Nerone propinquo.

nomium. Posteri tardis pedibus, ac vertendæ molæ idonei, coguntur heros permutare mercede parva, atque plaustra deducunt attrita cervice. Itaque ut admiremur temetipsum, non tua, antea quidpiam exhibe, quod inurere queam insignibus, præter laudes quas donamus ac donavimus his, a quibus habes cuncta. Ea sufficianti ad adolescentem, quem nobis rumor fert arrogantem, ac tumidum, atque repletum Ne-

---

rata 47. *cedit* 60. 65.—64 post vs. 66. legitur in 25. *Nil tibi* 45. 60. 65. *gloria nulla est* 13. 16. *nulli* 22.—66 *trito et ducunt* 24. *et trito d.* 13. *tritoque* 10. 12. 14. 15. 19. 25. 26. 46. 47. 48. 50. 54-59. 71-74. 77. *trahunt* 15. 25. 46. 48. 50. 56. 59-69. 71-74. 77. Utrumque recepi, ut oratio lenius fluat. *trito ducunt* 16. 17. 18. 20-23. 45. 49. 70. 75. 76. 82. *ducuntur* 47. 58. *vehunt* 26. *epiredia* 17-20. 23-25. 27. 46. 47. 48. 57. 58. 61. 62. 63. 66. 67. 71. 72. 74. 76. *epyredia* 45. *epirædia* 49. *epirhædia* 56. *ephiredia* 13. 75.—68 *ut* abest a 12. *primo* 24. a m. sec. *privum* conj. Salmas. ad Solin. p. 61.—69 *possis* 24. *inscribere* 77.—70 *ac* 10. 12. 14-17. 19-24. 45. *aut* 18.—71-73 ejecti e

NOTÆ

64 *Nil ibi majorum respectus*] Non attenditur quam fortes aut veloces extiterint equorum avi, sed quam ipsi nepotes generosi sint et pernices, quos servare domini volunt: alias venales eos exponunt.

66 *Trito*] Per jugum assiduum.

Epirhedia] Plaustra, vehicula. Quintil. I. 5. 'Romani suam hanc fecere vocem,' inquit, 'ex utraque aliena, *ἐπὶ*, Græca, et rheda, Gallica.'

67 *Segnipedes*] *Βραδύποδας*. At sonipes dicitur equus valde celer.

Nepotis] Quidam legunt *Nepotes*; at plures codices habent, *Nepotis*; ut sit viri nomen pistrinum Romæ celebratum habentis.

68 *Ut miremur te, &c.*] Ut te vere nobilem celebremus, potius quam laudemus tuam originem, majorum præclare gesta, quæ sunt extra te, et alia quæ te laudabilem non faciunt, ede ipse aliquid memoria dignum, quod majorum tuorum titulis adjungamus.

70 *Quibus omnia debes*] De tuo nihil habens.

71 *Ad juvenem*] Rubellium, de quo sic Tacitus Annal. XIV. 'Omnium ore Rubellius Plautus celebratur, cui nobilitas per matrem ex Julia familia. ——Ergo permotus his Nero componit ad Plautum literas, consuleret sibi et turbis, seque prave diffamantibus subtraheret; esse illi per Asiam avitos agros, in quibus tuta et inturbida juventa foveretur. Ita illuc cum conjuge Antistia, et paucis familiarium, concessit.'

72 *Plenumque Nerone propinquo*] De Cæsarum propinquitate superbien-

Rarus enim ferme sensus communis in illa
Fortuna. Sed te censeri laude tuorum,
Pontice, noluerim, sic ut nihil ipse futuræ
Laudis agas. Miserum est aliorum incumbere famæ,
Ne collapsa ruant subductis tecta columnis.
Stratus humi palmes viduas desiderat ulmos.
Esto bonus miles, tutor bonus, arbiter idem

rone cognato. Etenim infrequens fere sensus communis in ea sorte. At non probarim, o Pontice, æstimari te tuorum existimatione, ita ut nihil agas ipse venturæ existimationis. Infelix est inniti laudi alienæ, ne remotis fulcris labentia cadant culmina. Vitis in terram dejecta viduatas ulmos exoptat. Sis bellator probus, probus tutor, ipse judex incorruptus: ac si vocaberis aliquando testis negotii ancipitis

13. *vobis* 48.—73 *sensus ferme* 15. 23.—74 *Progenitorum te censeri* 13.—75 *sic tu ut* 19. *si tu nihil* 13. 20. 22. *nil* 45.—81 *Falernis* 17. 19. 20.

NOTÆ

tem. Nam Rubellius D. Augustum 'per maternam originem pari ac Nero gradu contingebat.' Ex Tacit. Annal. XIII.

Nerone] 'De quo magis debuit erubescere,' inquit vetus Schol. sane quidem, sive Tiberio Nerone, seu Nerone Cæsare Agrippinæ filio, utroque horrendis moribus infami. Sueton. et ab hoc etiam amotus ipse. Tacit. cit. mox Annal. XIV.

73 *Rarus enim ferme sensus, &c.*] Raro sapiunt, qui ad magnas opes evecti. 'Stultitiam patiuntur opes.'

Sensus communis] Intelligentia omnibus communis: vis et facultas animi, qua de rebus exterioribus recte sentit et judicat, bene administrat, ac sapienter utitur.

In illa fortuna] Superba, magna, divite.

74 *Te censeri laude tuorum*] Non aliter cognosci et celebrari, quam majorum gloria.

75 *Pontice*] Ad hunc enim redit Poëta, quem initio compellat, et præcipue spectat in hac Satira.

Nihil ipse futuræ laudis agas] Nihil agas quo a posteritate landeris.

76 *Aliorum incumbere famæ*] Pendere omnino ab existimatione majorum, et nulla niti virtute ac laude propria.

77 *Ne collapsa ruant, &c.*] Subductis columnis tectum ruit, vitis ulmo separata serpit et jacet; sic tu humilis et abjectus existimabere, subtracta aliena laude et fama, cui totus incumbis, perinde ac si tua foret.

78 *Viduas*] Sic et ulmo maritari vitis dicitur, cum ei adjungitur, adhæret, innectitur: illique est amica, teste Isidoro, pariter et Plinio XVII. 23. 'Nobilia,' inquit, 'vina nonnisi in arbustis gigni, longo judicatur ævo: adeo excelsitate proficitur. Hac ratione et arbores eliguntur. Prima omnium ulmus.' Et paulo post. 'Maritare nisi validas, inimicum, enecante veloci vitium incremento.—Deflectenda vitis aut palmes juxta suam arborem, aut circa proximam cœlibem.' Ex quibus vides ulmos, et cœlibes, et maritas, et viduas ratione vineæ appellari.

79 *Esto bonus miles*] In omni con-

nteger. Ambiguæ si quando citabere testis
ncertæque rei; Phalaris licet imperet, ut sis
'alsus, et admoto dictet perjuria tauro,
ummum crede nefas animam præferre pudori,
Et propter vitam vivendi perdere causas.
)ignus morte perit, cœnet licet ostrea centum
Faurana, et Cosmi toto mergatur aëno.
Expectata diu tandem provincia cum te

t *obscuri, quamvis jubeat Phalaris ut sis mendax, suadeatque falsum jurare, adhiito* æneo *tauro; grande scelus puta verecundiæ vitam anteponere, atque vitæ ratia pessundare vivendi rationes.* Improbus *necem meritus interit, quamvis rbeat ostreas centum e Gauro, ac perfundatur integro Cosmi* vase *æneo.* *Quando*

4. *Faleris* 23. *Phaleris* 27. 45-48. *Pheloris* 13.—84 *causam* 26.—85 *cœat* 14. *tantum* vel *secum* pro *centum* conj. Schrader.—86 extrusus e 3. *toto Cosmi* 24. *aheno* 25. 27. 46. 47. 49. 57. 58. 60-69. 71-74. v. ad III.

NOTÆ

litione virtutem cole, capitis etiam ericulo.

Tutor] Pupillorum fidelis patronus c defensor.

81 *Phalaris licet imperet, &c.*] Horatius Od. III. 3. 'Justum ac tenaem propositi virum Non civium arlor prava jubentium, Non vultus intantis Tyranni Mente quatit solida.'

Phalaris] Tyrannus in Sicilia, de quo vide notata ad Pers. Sat. III. 39.

82 *Et admoto dictet, &c.*] Minitans lirum illud in tauro suo ardente supplicium, nisi obsequaris, et pejeres.

83 *Pudori*] Reverentiæ et observantiæ, quam debes virtuti atque officio tuo.

84 *Vivendi perdere causas*] Veritatem, honestatem, justitiam aliasque virtutes, propter quas vivimus. Cic. Acad. q. asserit hominem 'natum ad nihil esse aliud, quam ad honestatem.' Part. 91. 'Hominum genus ad honestatem natum.' Et de leg. I. n. 28. 'Nihil esse præstabilius, quam plane intelligi nos ad justitiam natos.'

85 *Dignus morte perit*] Vitiosus quisque mortuus est, non vivit. Hinc Plin. XIII. 3. adversus luxuriosos ait; 'Quis non merito judicet periisse tales?' Apocalyps. 3. 'Nomen habes quod vivas, et mortuus es.'

Cœnet licet ostrea centum] Etsi laute vescitur, atque una cœna centum ostrea devorat.

Ostrea] Vide Sat. IV. ad vs. 142.

86 *Gaurana*] Optima nimirum, et ad Baias et lacum Lucrinum capta, prope Gaurum Campaniæ montem. Strabo l. V. et Plin. III. 5. 'Hæc littora,' inquit, 'præter cætera in toto mari, conchyllo et pisce nobilitantur.'

Cosmi] Viri luxu famosi, unguentorum et odorum amantissimi. Vel Unguentarii. Martialis ejus meminit pluribus in locis. 'Pastillos Cosmi luxuriosa voras.'

Toto mergatur aëno] Plin. cit. XIII. 3. 'Jam non lini tantum, sed perfundi unguentis gaudent.'

87 *Expectata diu cum, &c.*] Cum Præfecturam obtinueris, ne populos vexes rapinis aut crudelitate. Cic. de Offic. III. n. 21. 'Detrahere ali-

Rectorem accipiet, pone iræ fræna, modumque,
Pone et avaritiæ: miserere inopum sociorum.
Ossa vides regum vacuis exucta medullis.
Respice, quid moneant leges, quid curia mandet,
Præmia quanta bonos maneant, quam fulmine justo
Et Capito, et Numitor ruerint, damnante senatu,
Piratæ Cilicum. Sed quid damnatio confert,

provincia dudum sperata gubernatorem te aliquando suscipiet, iracundiæ adhibe fræna et moderationem, adhibe etiam cupiditati. Miserare pauperes socios. Cernis ossa Principum exucta medullis inanibus. Animadverte quid jura præscribant, quid Senatus jubeat, quam magna probis commoda reserventur, quam æquo tonitru prostrati sint, Curia condemnante, et Capito, et Numitor, Cilicum deprædatores.

985.—87 *Et spectata* 23.—90 *rerum* 75. *exsucta* 1. 12. 17. 70. 75-77. 82. *exusta* 3. 5. 18. 24. 27. 46. 47. 48. 58. *exuta* 2. 10. 13. 15. 16. 20. 21. 22. 29. 45. *exausta* 14. 19. 23. *exhausta* 25. 26. 49. 50. 54-57. 59-69. 71-74. Sed nostra lectio exquisitior est, hæc glossa videtur.—91 *leges et curia* 13.—92 *maneant* 60. 65. *flumine* 13.—93. 94 in 13. ita contracti: *Pirate Cylicum ruerint damnante senatu.* *Numitor* 1. 12. 21-24. 47. 58. 70. 75. 76. 77. 82. *Tutor* 11. 14-20.

NOTÆ

quid alteri, atque hominem hominis incommodo suum augere commodum, magis est contra naturam, quam mors, quam paupertas, quam dolor,—nam principio tollit convictum humanum et societatem.'

89 *Sociorum*] Provincialium jam receptorum in societatem populi Romani, anteactis bellis ad inopiam redactorum.

90 *Ossa vides, &c.*] Principes ipsos regionis bonis omnibus spoliatos vides. Quidam hic moralem de mortuis Regibus sententiam comminiscuntur, sed perperam, ut videtur.

91 *Quid moneant leges*] Quas 'ad salutem civium, civitatumque incolumitatem, vitamque hominum quietam ac beatam conditas esse constat,' ex Cic. de leg. II. n. 11.

Quid Curia mandet] Ne scilicet improbitate tua te Romanosque odiosos facias victis, sed ut e contra temperantia et humanitate, sociis amabile reddas Imperium Romanorum.

92 *Præmia quanta bonos maneant*] Virtute insignes Præfectos, qui honoribus cumulantur.

Fulmine justo] Gravi pœna, justa severitate.

93 *Et Capito, et Numitor*] Sociorum spoliatores graviter a Senatu mulctati.

Capito] Cossutianus Capito, Tigellini gener, repetundarum accusatus a Cilicum legatis. Tacit. Annal. XVI. 'Is,' inquit, 'præter animum ad flagitia præcipitem, inimicus Thraseæ, quod ejus auctoritate concidisset, juvantis Cilicum legatos, dum Capitonem repetundarum interrogant.'

Numitor] De eo jam Sat. VII. vs. 74. Alii legunt, *Tutor*, ut hic intelligatur Julius ille Tutor, Trevir, qui ripæ Rheni a Vitellio Imperatore Præfectus legitur apud Corn. Tacit. Hist. IV.

94 *Piratæ Cilicum*] Quasi prædones prædonum. Fuerunt enim Cilices, antequam a Pompeio coërceren-

Cum Pansa eripiat, quicquid tibi Natta reliquit?
Præconem, Chærippe, tuis circumspice pannis,
Jamque tace. Furor est post omnia perdere naulum.

Verum quid prodest damnatio, quando Pansa aufert quodcumque Natta non abstulit? O *Cherippe, intuere buccinatorem* ad *tuos pannos, et modo sile. Insania est*

25. 26. 45. 46. 48-50. 54-57. 59-69. 71-74. Quænam lectio præferenda sit, non constat; et neutra forsan probanda est. Romanarum certe rerum scriptores, quod sciam, neque Numitoris, neque Tutoris mentionem faciunt, qui Ciliciæ præfuerit: Julius certe Tutor, Trevir, de quo nonnulli h. l. cogitarunt, ripæ Rheni, non Ciliciæ, a Vitellio Imp. præfectus. v. Tac. Hist. IV. 55. *Sutor* 10. *Tuto* 65. *tutor* conj. Plathner, ut designetur tutor provincialis, qui in municipiis fuerit, quod Romæ tribunus pl. *ruerunt* 65.—95-120 ejecti e 13. *eripiet* 19. a pr. m. *Nacta* 19. 23. 24. 49. 50. 58. 64. *Nata* 18. 21. 45. 46. 61. *Nacte* 47. *Nato* 20. *relinquit* 16. 61.—96 Hic versus ante vs. 95. legitur in 7. 10. 12. 14. 17-27. 45-49. 54-60. 65. *Cheripe* 23. *Cherispe* 19. *Prætorem Chærippe* cet. male emend. Plathner hoc sensu: Prætorem, licet illum aspicias in pannis tibi ereptis præsidentem, accusare supersede.—97 *pendere*

NOTÆ

tur, piratica infames. Plutarch. in Pompeio.

Piratæ] Ita vocantur prædones marini, a dolis et artibus, quibus per mare vagantes prædas agunt. Cœl. Rhodig. II. 8. Aristophan. Schol. ait, πεῖρας dici artes et dolos; unde nuncupentur Piratæ, *οἱ κατὰ θάλασσαν κακοῦργοι.*

Cilicum] Hi tenebant Asiæ minoris regionem maritimam, Syriæ affinem. E tribus Cappa pessimis unum faciebant, teste Suida.

Sed quid damnatio confert] Quid Provinciales spoliatos juvat damnatio spoliatoris, si vel malo Præfecto alter non melior succedit, perinde rapax, quod residuum erat emungens; vel Consul aut Prætor damnato spoliatore in ærarium publicum jubet inferri pecuniam, quam restitui oportebat spoliatis? Vide Sat. I. vs. 34. et sequent. et vs. 47. et seq.

95 *Pansa*] Sumitur vel pro novo Præfecto, vel pro Consule aut Prætore, ut dictum.

Natta] Præfectus prior. *Nattæ* discincti, id est, luxuriosi et nequam, meminit Pers. Sat. III. vs. 31.

96 *Præconem, Cherippe, &c.*] O Cherippe Provincialis, quære præconem qui sub hasta vendat tuos pannos, et reliquam supellectilem, ne alter prædo rapiat, neque de priori conqueraris, sine ullo fructu, imo cum nova impensa, navigando Romam, ad eum accusandum, nihilque de ablatis recipiendo. Vel, sensus est: dum vides quæ tua sunt vendi ac tibi perire, sile tamen, ne quid gravius etiam patiaris ab iniquo Prætore, vel Præfecto.

97 *Furor est post omnia perdere naulum*] Metaphora a Navarcho, qui perditis naufragio bonis ac mercibus universis, etiam amittit mercedem quæ solvi debebat pro vectura et navigatione. Sensus est hic; stulte ageres, si ereptis a Præfecto bonis, novos sumtus frustra faceres, e Cilicia aut alia regione longinqua Romam petendo, ubi etsi damnetur spoliator, non redduntur bona spoliatis.

Naulum] Ναῦλον, pretium navigationis.

Non idem gemitus olim, neque vulnus erat par
Damnorum, sociis florentibus, et modo victis.
Plena domus tunc omnis, et ingens stabat acervus
Nummorum, Spartana chlamys, conchylia Coa,
Et cum Parrhasii tabulis, signisque Myronis
Phidiacum vivebat ebur, nec non Polycleti

nullum amittere post universa. Non erat pridem luctus æqualis, neque similis plaga detrimentorum, felicibus tunc *sociis, et jam subactis. Tum abundabant ædes integræ, magnusque aderat pecuniæ cumulus, pallium Laconicum, murices Coi; atque ebur Phidiæ spirabat, cum tabellis Parrhasii, et statuis Myronis, Polycleti etiam*

47. 48. 58. *malum* 47. 48. *mulum* 11.—98 *nec* 14-20. 23. 25. 27. 45-50. 54-69. 71-74.—101 *et Spartana* 23. *Choa* 17. 20-22. 24. 27. 45-48. 50. 58. 64.—102

NOTÆ

98 *Non idem gemitus olim, &c.*] Cum ab hostibus nobis ac victoribus detrimentum in bello quondam capiebant, vix erat quod quererentur; at illi modo victi, et in nostram admissi societatem et amicitiam certe merito queruntur, quoties vexantur a Præfectis.

Neque vulnus erat par] Tunc enim opulentis auferebantur superflua; sed nunc egenis eripiuntur necessaria.

101 *Spartana chlamys*] Purpureæ vestes e Sparta, et Insula Co. Chlamys est proprie paludamentum, seu vestis militaris.

Sparta] Urbs Peloponnesi, antea Lacedæmon vocata, celebris virtute civium, et Lycurgo Legislatore. Ad proximum huic Tænarum Promontorium murex piscis bene multus capiebatur, e cujus succo fiebat color purpureus.

Conchylia Coa] Purpura e Conchyliis seu muricibus, et bombycinæ vestes in ea Ægei maris Insula fabricatæ, et tinctæ. Vide Sat. III. ad vs. 81.

102 *Parrhasii*] Pictor ille insignis Ephesi natus, cujus cum Zeuxide certamen, et alia quædam narrat Plin. XXXV. 9. et 10. nimirum Zeuxis fefellerat aves ad pictas uvas advolantes: at Parrhasius ipsum fefellit Zeuxidem picto linteo, quod hic removeri non sine risu et pudore postulavit. Quintil. XII. 10. 'Zeuxis,' inquit, 'luminum umbrarumque invenisse rationem, Parrhasius examinasse subtilius lineas traditur.—Molliora supradictis Myron fecit. Diligentia ac decor in Polycleto supra ceteros; Deorum tamen auctoritatem non explevit.—Quæ Polycleto defuerant Phidias habuit, quanquam Diis quam hominibus effingendis melior artifex,' &c.

Myronis] Hic statuarius fama notus. De ejus ex ære bucula, quam et vituli adibant, ac tauri, vide Auson. Epig. 57. et seq.

103 *Phidiacum vivebat ebur*] Erant etiam imagines ex ebore, Phidiæ manu tam artificiose sculptæ, ut spirantes crederis. Martial. Epigramm. III. 35. 'Artis Phidiacæ toreuma clarum, Pisces aspicis: adde aquam, natabunt.'

Polycleti] Et is ingeniosus admodum fuit Statuarius. De eo vide Ælian. var. histor.

Multus ubique labor: raræ sine Mentore mensæ.
Inde Dolabella est, atque hinc Antonius, inde
Sacrilegus Verres. Referebant navibus altis
Occulta spolia, et plures de pace triumphos.
Nunc sociis juga pauca boum, grex parvus equarum,
Et pater armenti capto eripiatur agello:
Ipsi deinde Lares, si quod spectabile signum,

passim opus multiplex. Vix erant *mensæ absque Mentoris* calicibus. Illinc *Dolabella* prodiit, *illinc etiam Antonius, illinc sacrorum violator Verres. Conditas profundis navibus exuvias reportabant, ac plurimos de otio triumphos. Jam sociis juga boum non multa, et armentum equarum exiguum, atque gregis parens abducentur* post *ablatum agrum: Penates etiam postea; si quædam imago speciosa; si*

Parasii 45. *Maronis* 22.—105 *Dolabella* 21-24. 45. 46. 47. 49. 50. 60. 64. *Dolobella* 65. *est* non extat in 9. 10. 14-20. 22. 24. 26. 27. prob. Plathnero. De quo hiatu v. sup. ad VI. 274. *Inde Dolabellas atque hinc* emend. Scaliger. Quibus lectionibus receptis interpunctio post *Verres* tollenda. Sed vulgata lectio exquisitior est, et majore librorum auctoritate firmatur. In Hennin. tamen ed. στίγμα post *altis* expungendum.—106 *referebat* 14. 26. *manibus* 45. —107 *Occulta et spolia* 50. 64. 74. Sed syll. finalis, per se brevis, sequentibus duabus tribusve consonis, modo corripitur, modo producitur. v. sup. ad VI. 109. Hiatus quoque Juvenali frequentes. v. ad I. 151.—108 *juga parva* 16. 19. 26. *boum et grex* 27. 46. 47. 48. 50. 59-60. 71. 72. 73. *equorum* 18.—109 *eripietur* 10. 11. 14. 16-20. 23. 25. 26. 27. 45-50. 54-60. 71-74. 77. Sed *eripiatur* est exquisitius. *eripiuntur* 22. 24. *cupietur* 15.—110. 111 transpo-

NOTÆ

104 *Mentore*] Plin. XXXIII. 11. 'L. Crassus Orator duos scyphos Mentoris arte cœlatos sestertiis centum emit.' Martial. Epigramm. III. 41. 'Inserta phialiæ Mentoris manu ducta Lacerta vivit, et timetur argentum.' Et Epigramm. IX. 60. 'Pocula Mentorea nobilitata manu.'

105 *Inde Dolabella est, &c.*] Hæ tantæ Provincialium opes dederunt occasionem rapinis Dolabellæ, Antonii, Verris, &c.

Dolabella] Qui Proconsul Asiam deprædatus est, accusante vero M. Scauro fuit damnatus.

Antonius] C. nimirum Antonius, qui a Censoribus Senatu motus est, quod socios in Achaia spoliasset; accusatus a Cæsare. Vetus Schol. Pædian. &c.

106 *Verres*] Siciliæ Prætor dicam, an prædo, qui nec templis, nec ullis rebus sacris pepercit. Cic. passim, tot in eum actionibus.

107 *Occulta*] Furta scilicet occultantur; at acquisita jure belli spolia palam ostenduntur. Porro hic alii produci aiunt ultimam syllabam ob sequentes duas consonantes; alii legunt, *occulta et spolia.* Virgil. 'Date tela, scandite muros.'

Plures de pace triumphos] Hi plura de pacatis et amicis Pop. Rom. regionibus spolia revehebant, quam alii de rebellibus, aut de hostibus in bello.

109 *Pater armenti*] Taurus, vel equus admissarius generando destinatus.

110 *Lares*] Vide supra vs. 14. annotat.

Si quis in ædicula Deus unicus. Hæc etenim sunt
Pro summis: nam sunt hæc maxima. Despicias tu
Forsitan imbelles Rhodios, unctamque Corinthum:

numen aliquod residuum in sacello. Enimvero putantur ea pro maximis; ea quippe habentur præcipua. Tu fortasse contemnas inertes Rhodios, et jure Corinthum

siti in 12. *signum est* 16.—112 *despicies* 59.—113 *imbellis* 22. *Rhodios* 22. *radios* 16. *vinclamque* 21. *Corinthon* 14-17. 20. 21-45. 49. 60. 65. quæ doctior scriptura ipsi forsan poëtæ, non librariis debetur. *Corithon* 19. 22. *Corynthon*

NOTÆ

111 *Deus unicus*] Simulacrum aliquod unum a præcedentibus Præfectis relictum, needum furto ablatum.

Hæc etenim sunt pro summis, &c.] Vel simpliciter, pauca hæc residua inopibus magna censentur. Vel, graviora hæc scelera gravioribus sceleratis reservantur. Vel ironice, hæc summa non pertinent ad tenues Provinciales, sed potius ad summos viros, et ea proinde Romani rerum domini auferre debent.

112 *Despicias tu, &c.*] O Provinciæ Rector et Præfecte, impune quidem vexare poteris fractas deliciis nationes, at non ita bellicosas.

113 *Imbelles Rhodios*] De Insula et urbe Rhodo multa jam notavimus, ad Sat. VI. vs. 296. Rhodios opibus abundantes ac voluptatibus enervatos a pristina virtute descivisse, inter alios testatur Athenæus XIII. 2. ubi mollitiem eorum perstringens, ait, quamvis apud illos cautum lege sit, ne quis radatur, violatæ legis tamen reum neminem agi, quandoquidem radantur omnes. Et Cœl. Rhodig. XIX. 6. 'Citharœdus Stratonicus,' inquit, 'Rhodios prædicabat esse albos Cyrenæos, et procorum civitatem, cum illos animadverteret spatalonas et thermopotas, id est, fluere deliciis, et calidum bibere.' Idem XXIX. 24. Signorum ad septuaginta tria millia Rhodi fuisse refert.

Unctamque Corinthum] Luxui deditam, quod vitium opes ac rerum abundantiam sequi solet. Urbs illa in medio fere Isthmi Peloponnesiaci ædificata, duplici utrimque portu commoda, hinc mare Ægeum, illinc Ionium spectat; unde *Bimaris* vocatur Horat. Od. I. 7. et Ovid. Fast. IV. Dives Homero, Emporium Thucydidi, decus Floro, totius Græciæ lumen Ciceroni celebratur. Quin et de Corintho Solem Neptunumque contendisse, fabulati sunt. Tam felix, ut servorum myriadas sex et quadraginta habuerit teste Athenæo VI. 20. Ceterum Corinthios variis libidinum generibus turpes, vel unus Apostolus in suis ad eos Epistolis satis indicat. Adde confictum a Græcis vocabulum, κορινθιάζεσθαι, quod significabat, *scortari*, et *lenocinari*. Cœl. Rhodig. XIX. 6. putres Corinthios appellat. Erasm. Chiliad. I. Centur. 4. adag. 1. 'non cuivis licet adire Corinthum,' ex Strab. lib. VIII. et Gell. I. 8. explicat de præcipiti in luxuriam civite, deque tot ibi libidinum illecebris, quas ast soli vincant virtute præstantes viri altro oblatas; aut in quas tantos facere sumtus non queant nisi valde opulenti. Hinc illud Demosthenis ab Laïde deterriti, *tanti pœnitere non emo*. Vide Cœl. Rhodig. XXI. 25. et 26. Alex. ab Alex. V. 15. Athen. XIII. 4. refert,

Despicias merito. Quid resinata juventus,
Cruraque totius facient tibi levia gentis?
Horrida vitanda est Hispania, Gallicus axis,

asperneris unguentis delibutam. Nam *quid agent tibi juvenes resina lævigati, et glabra nationis universæ crura? Aspera fugienda est Hispania, axis Gallorum,*

24.—114 *Despicies* 19. *quid resinata* 2. 10. 11. 12. 14-21. 23. 26. 27. 47. 48. 54. 58. 70. 74-77. 81. 82. Recte! *quid enim resinata* 22. 45. 46. 50. 61-69. 71. 72. 73. *nam quid resinata* 24. 25. 49. 55. 56. 57. 59. 60. 65. Non defuere, qui alterutrum probarent, decepti prava lectione Mart. III. 67. 2. Sed syll. priores voc. *resina* producuntur ubivis. Hinc Raderus ad Mart. l. c. emend. *nec*

NOTÆ

pro gravissimis rebus meretrices Corinthi supplicare Diis solitas; votumque solemne Corinthiorum fuisse, adducturos se Veneri aliquot meretrices. Ibid. cap. præced. fit mentio scorti illius famosi, Laïdis nempe, de qua mox. Demum Corinthus in magnam elata potentiam simul et superbiam, qua nec Romanæ urbi cederet, inde bellum, et e bello excidium sibi comparavit, anno ante Christum 146. E liquefactis et confusis in urbis incendio metallis factum est illud æs, quod Corinthium vocant ac mire laudant veteres. Justin. lib. XXXIV. Plin. XXXIV. 2. Illa tamen postea restaurata fuit.

114 *Quid resinata juventus*] Ita legendum, non ut quidam male, *quid enim resinata*, ne duæ syllabæ natura longæ invitis omnibus corripiantur. Quod bene monet Hadr. Turnebus XIII. 19.

Resinata juventus] Per mollitiem pilos e cruribus resina vellens. Clemens Alex. Pædag. id πιττοῦν vocat, et damnat ejusmodi Cinœdos vulsos et glabros. Plin. XIV. 20. 'Arborum,' inquit, 'succo manantium picem resinamque, aliæ ortæ in Oriente, aliæ in Europa ferunt.' 'Optimam terebinthi ac tenuissimam fundunt.' 'Arabica alba est, acri odore: Judaica callosior, atque odoratior: Syriaca Attici mellis similitudinem habet: Cypria melleo colore, et carnosa, omnes antecedit: Colophonia præter ceteras fulva, si teratur alba fit.' 'Resina omnis oleo dissolvitur, aut creta: pudetque confiteri, maximum jam honorem ejus esse in evellendis ab virorum corporibus pilis.'

115 *Levia*] Polita, glabra; seu resina seu ferro depilata, quod Græci vocant παρατίλλειν, detractis vulsella pilis.

116 *Horrida vitanda est Hispania*] Vide ne lacessas Hispanos, Gallos, Illyrios. Nam hi vel te constanter accusarent apud Senatum, vel ipsi se armis ulciscerentur.

Hispania] Hanc Europæ quasi caput occupantem armis semper valuisse omnes norunt. Uni vero Numantini Romanorum exercitus ac Duces per annos viginti fatigarunt. Hinc Cic. pro Murena duos terrores Imperii Romani Carthaginem et Numantiam vocat. Vide Flor. II. 18.

Gallicus] Gallorum virtus Romanis non cognita solum, sed formidata jure fuit, post urbem direptam incensamque, ac tantum non captam arcem Capitolinam: et postquam domiti sunt, tot etiam defectiones sub Augusto, Tiberio, Othone, Vitellio, &c.

Gallicus axis] Seu quod respectu Italiæ Galli ad axem, id est, Polum

Illyricumque latus. Parce et messoribus illis,
Qui saturant urbem, Circo scenæque vacantem.
Quanta autem inde feres tam diræ præmia culpæ,
Cum tenues nuper Marius discinxerit Afros?
Curandum in primis, ne magna injuria fiat
Fortibus et miseris. Tollas licet omne, quod usquam est
Auri, atque argenti; scutum, gladiumque relinques,
Et jacula, et galeam: spoliatis arma supersunt.

atque ora Illyrii. His etiam indulge messoribus, qui frumento replent civitatem ludis Circensibus ac Theatralibus occupatam. Et vero quam illinc duceres mercedem noxæ tam atrocis, quandoquidem Marius paulo ante cingulum ademit Afris inopibus? Cavendum præcipue ne grave damnum inferatur strenuis ac ærumnosis. Quamvis auferas quicquid ubicumque est auri et argenti, dimittes clypeum et ensem, telumque, et cassidem. Denudatis arma restant. Quod mox enuntiavi, non est

---

resinata.—115 *faciunt* 16.—117 *Illyricique latus* legit N. Heins. ad Ovid. Her. XII. 27. *et* abest a 16. *istis* 21. *ipsis* 20.—118 *Qui saturant turbam*, h. e. plebem Romanam, corrig. Dorleans. *circis* 14. 17. 20. 21. *vacantem* 46. 48.—120 *tenuis* 22. *distinxerit* 23. a m. pr. 26. *discuxerit* 20. *distrinxerat* 16. *disciderit* 19.—122 *unquam* 75. *usque* 48.—123 *ac* 13. *relinques* pro *relinquens* restitui ex 11. 14-21. 24. 27. 45-50. 54. 55. 56. 59-63. 65. 68. 71-74. 76.—124 *jacula* 12.

NOTÆ

Arcticum et Septentrionem vergunt; seu quod e curribus in bello decertarent.

117 *Illyricumque latus*] Sclavonia regio aspera montibus, in longum porrecta, secundum littus Adriatici maris Italiæ adversum: quæ pars olim Illyrici: Synecdoche. De populorum ejus ferocitate vide Flor. II. 5. Legatos Romanos securi percutere ausi, Præfectos navium igne etiam combusserunt. Deinde subacti vix tamen quieverunt. Flor. Lib. cit. c. 13.

Parce et messoribus, &c.] Afris, quos mox nominat: ab his enim petebatur frumentum et annona nutriendis Romanis. Plin. V. 4. in Africa proprie dicta regionem ducentorum quinquaginta millium passuum circuitu, laudat, fertilitatis eximiæ, cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra. Porro ibidem æmula Romæ Carthago pridem, et unius Annibalis memoria terrorem habet. Ergo et his parcendum duplici nomine.

118 *Urbem, circo scenæque vacantem*] Romam spectaculis impense deditam. Vide Sat. III. 223. Hic porro observa salsam in Romanos ironiam.

119 *Quanta autem inde feres, &c.*] Quod si velis spoliare Afros, quantula ferres ab illis jam exhaustis spolia?

Culpæ] Injustæ vexationis sociorum.

120 *Marius*] Priscus ille, Africæ Proconsul, de quo Sat. I. 49.

Discinxerit] Abstulerit omnia, ad zonam usque. Vel, spoliarit vestimentis, atque adeo prius discinxerit.

Afros] Scilicet proprie dictos, et Carthaginenses. Vide Sat. VII. 149. et Sat. X. 148.

122 *Fortibus et miseris*] Hi enim si ad desperationem adigantur, extrema

Quod modo proposui, non est sententia: verum
Credite me vobis folium recitare Sibyllæ.
Si tibi sancta cohors comitum, si nemo tribunal
Vendit Acersecomes, si nullum in conjuge crimen,
Nec per conventus, et cuncta per oppida curvis

ententia; at sic habetote me narrare vobis folium Sibyllæ. Si tibi est comitatus umiliarium incorruptus; si nullus intonsus venumdat tribunal; si nulla in uxore oxa, neque per congregationes, neque per urbes singulas prompta est currere uncis

4-20. 25. 45-50. 57-63. 65-69. 71. 72. 73.—125 *verum est.* *Credite* cet. 75. 76. 2. Ego *verum* *Credite* revocavi ex 10-27. 45-50. 54-74. 77.—126 *recitasse* 22. 4. 28.—128 *Acersicomes* 24. *Atersicomes* 13. *Arecersecomes* 21. 23. a m. pr. *Arcesecomes* 22. *Arcersocomes* 23. a m. sec. *est in* 15. *in* abest ab 14. 22. 23.—129 *nec cuncta* 25. 27. 45. 46. 48-50. 54. 55. 57-69. 71. 72. 73. *ne cuncta* 47.—

NOTÆ

tentant, et nihil non audent.

125 *Quod modo proposui*] De rebellaturis Afris, ac libertatem vindicantibus.

Non est sententia] Non unus est hic sensus. Vel, non est mea mens et opinio tantum, sed vaticinium est. Vel, non est mea voluntas ut rebellent Afri; vel, non est sententiarum vanus strepitus et fabulosum commentum, ut cum Petronio loquar: seu non sunt nuda verba: 'In sententia quippe solet interdum aliquid esse falsi, at verum est oraculum;' ut scribit vetus Schol. Vel, quod per digressionem velut proposui, non facit ad quæstionem, ac institutam de vera nobilitate disceptationem, fateor; at nihilo minus est certum, quam Sibyllæ oraculum. Nam dubio procul illi Romanorum Imperium detrectabunt, et armis se in libertatem asserent, si ulterius a Romanis Præfectis opprimantur.

126 *Folium recitare Sibyllæ*] Ex annotatis Sat. VII. ad 101. Antiqui ante inventam chartam scribebant in foliis palmarum, pariter et Sibylla sua responsa. Varro. Hinc Virgil. Æn. III. 'Quæcumque in foliis descripsit carmina virgo,' &c. Et Æn. VI. 'Foliis tantum ne carmina manda, Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.'

Sibyllæ] Cumanæ, in cujus libris continebatur fatum Imperii Romani. Vide quæ fuse notavi, Sat. III. 3.

127 *Si tibi sancta cohors, &c.*] Si nullum admittis in familiam, aut clientelam, qui non sit probus, et sanctis moribus.

Si nemo tribunal vendit] Si familiarium tuorum nemo judicia, te Prætore, ac favorem tuum vendit, et pacta mercede conciliat, te connivente, sive puer in deliciis habitus, sive uxor imperiosa et avara.

Tribunal] Sella est Judicis Meton. usurpatur pro sententia lata a Judice in tribunali sedente et jus reddente.

128 *Acersecomes*] 'Ἀκερσέκομης, Dorice pro ἀκειρεκόμης, dicitur is qui comam non tondet, ab α privativo, κείρω *tondeo*, et κόμη *coma*. Apollinis est epithetum, et Bacchi. At hic puer est catamitus, bene comtus et capillatus, quales amabant veteres illi, et Præfecti secum in Provincias ducebant.

Si nullum in conjuge crimen] Si a conjuge absit avaritia, cupiditas.

129 *Nec per conventus*] Juridicos ni-

Unguibus ire parat nummos raptura Celæno:
Tunc licet a Pico numeres genus; altaque si te
Nomina delectant, omnem Titanida pugnam
Inter majores ipsumque Promethea ponas:
De quocumque voles proavum tibi sumito libro.
Quod si præcipitem rapit ambitio, atque libido,
Si frangis virgas sociorum in sanguine, si te
Delectant hebetes lasso lictore secures:

unguibus, velut *Celæno, pecuniam ablatura: tum potes originem trahere a* Pico. *Ac si tibi placent excelsæ appellationes, inter avos colloca totum certamen Titanum, atque ipsum Prometheum: avi patrem deduc tibi e quovis libuerit codice.* Si vero *pronum trahit ambitio et cupiditas, si virgas rumpis in cruore amicorum,* si

130 *parat* 13-24. 27. 45-50. 59-65. 68. 71. 72. 73. 77. *raptat ut* 16.—131 Tum 11. 14. 17. 18. 21. 22. 45. *Tu* 20.—132 *delectent* 13. *Titanida turbam* vel *pubem* conj. Schrader coll. Virg. Æn. vi. 580.—133 *pones* 25. 46-49. 54-60. 65. *pingas* 10. 13. 14. 17. 20. 21. a m. pr. 22.—135 *ambitus* 7. 10-27. 29. 45-50. 54-69. 71-74. 77.—136 *frangas...delectent* 16.—139 *perferre* 26.—140 *quanto, qui peccat, major habetur*

NOTÆ

mirum, et loca judiciis exercendis destinata, et per regiones constituta a te Provinciæ Rectore.

130 *Nummos raptura*] Sub viri auctoritate a litigantibus exigens pecuniam, sine ulla ratione et modo, instar Harpyæ insatiabilis. Mart. Epig. ii. 56. 'Gentibus in Libycis uxor tua, Galle, notatur Immodicæ fœdo crimine avaritiæ.'

Celæno] A voce Græca κελαινὸς, atrum et nigrum significante, appellatam aiunt unam ex Harpyis. Virg. Æn. iii. 'Una in præcelsa consedit rupe Celæno,' &c. 'Virginei volucrum vultus, fœdissima ventris Proluvies, uncæque manus,' &c.

131 *Pico*] Qui Saturni filius, Fauni pater fuit, ac primus Aboriginum rex et Latinorum. Virgil. Æn. vii. Dionys. Halic. Lib. i.

132 *Omnem Titanida pugnam*] Titanas omnes et Gigantas, qui Diis inferre bellum ausi, nomen suum tam celebre reddiderunt. Ovid. Met. i.

Titanida] Appositum est: id est, historiam et familiam Titanum, qui pugnarunt adversus Saturnum, ac debellarunt: deinde adversum Jovem, a quo tandem victi vix ac superati fuere. Porro, Titan filius erat Cæli et Vestæ, ut aiunt, frater Saturni natu major: ab illo geniti Titanes vocati sunt. Vide Cœl. Rhodig. vii. 14. et 19. ac seq.

133 *Promethea*] Japeti filium, Deucalionis patrem, qui e luto hominem finxit, ignem cœlo surripuit ac in terras detulit. Vide Sat. iv. 133. et seq.

134 *De quocumque voles, &c.*] Ex iis quorum nobilitas maxime celebratur in historiarum monumentis, et quibuscumque Scriptoribus et libris; unde voles, gloriosum tibi compinge stemma.

136 *Si frangis virgas, &c.*] Si summis Magistratibus fungens, crudelis fueris, jubendo immaniter cædi socios, vel etiam obtruncari; atque id frequentius.

Virgas] Supra, ad vs. 23.

137 *Lictore*] Vide Sat. iii. 128.

Incipit ipsorum contra te stare parentum
Nobilitas, claramque facem præferre pudendis.
Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur.
Quo mihi te solitum falsas signare tabellas
In templis, quæ fecit avus, statuamque parentis
Ante triumphalem? quo, si nocturnus adulter
Tempora Santonico velas adoperta cucullo?

gaudes securibus fatigato carnifice obtusis; jam tum adversum te instat majorum etiam nobilitas, et lampadem accensam portat ad turpia. Quælibet mentis labes eo graviorem in se noxam complectitur, quo sublimior æstimatur is qui delinquit. Quorsum mihi jactas nobilem *te, assuetum adulterinos codicillos obsignare in fanis quæ* tuus *avus extruxit, et coram effigie triumphali* tui *patris? Quorsum, si nocte mæchatus abscondis caput obvelatum Santonico tegmine? Secundum avo-*

10.—142 *Quid* 16. *Quod* 22. 24. a m. pr. *signare figuras* 13.—145 *Sanctonico* 17. 18. 19. 21. 23. 24. *Sandonico* 20. 27. 45. 47. *Sadonico* 22. *Sandaraco* 10. ad

NOTÆ

138 *Contra te stare*] Degenerem te damnando et abdicando.

139 *Claramque facem præferre pudendis*] Ut clarius innotescat indignitas ac turpitudo tua, et majori te pudore suffundat. Sallust. Bell. Jugurth. 'Majorum gloria posteris lumen est, neque bona neque mala eorum in occulto patitur.'

140 *Animi vitium*] Cicer. Parad. III. 'Pravitates animi vitia recte dicuntur.'

141 *Quanto major, qui peccat*] Sic Sapient. c. 6. 'Judicium durissimum his qui præsunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur.'

142 *Quo mihi te solitum, &c.*] Quo pacto, qua ratione, qua fronte nobilem te dicis, si sis fraudulentus, adulter, &c. Hæc vero Satiricus ait, *κατὰ κοινοῦ*; ut monet vetus Schol.

Falsas signare tabellas] Vide Sat. I. vs. 67.

Falsas tabellas] Suppositum testamentum, aliudve instrumentum falso confictum.

143 *In templis*] In his obsignabant, quo loci sanctitas fidei ac religionis in negotio servatæ judex et testis foret.

Quæ fecit avus] Ergo tam tu nequam et impius, quam tui majores boni ac religiosi extitere.

Statuamque parentis ante triumphalem] Quam dedecoras tuis criminibus.

144 *Quo, si nocturnus, &c.*] Quo etiam modo te nobilem jactas, si noctu vagaris ad perpetranda flagitia?

145 *Tempora Santonico velas, &c.*] Præ pudore. Nam vel impudentissimi flagitium patrantes abscondunt se, et cupiunt non agnosci.

Santonico cucullo] Vetus Schol. *Birro Gallico, galero fusco*, qualem ferunt et conficiunt Santones Aquitaniæ populi in Gallia. *Bardocucullum* vocat Martialis Epig. I. 54. et XIV. 128. 'Gallia Santonico vestit te bardocucullo.'

Cucullo] Martial. Epig. V. 14. 'Cucullo prospicit caput tectus.'

Præter majorum cineres, atque ossa volucri
Carpento rapitur pinguis Damasippus, et ipse,
Ipse rotam astringit multo sufflamine Consul:
Nocte quidem; sed luna videt, sed sidera testes
Intendunt oculos. Finitum tempus honoris
Cum fuerit, clara Damasippus luce flagellum
Sumet, et occursum nunquam trepidabit amici
Jam senis, ac virga prior annuet, atque maniplos
Solvet, et infundet jumentis hordea lassis.

rum cineres et ossa curru citato vehitur obesus Damasippus; ipseque Consul, ipse, inquam, *rotas cohibet multo vinculo. Noctu certe; at Luna spectat, sed enim astra* in *testimonium advertunt lumina. Quando spatium Magistratus finem habuerit, lucente die Damasippus virgam accipiet, nec timebit unquam incidere in familiarem jam vetulum: atque prior flagello signum dabit, ac resolvet* fœni *fasci-*

marg. *Seronica* 16. *Sardonica* ... *cucullа* 13.—146-148 ejecti e 13.—147 De *Damasippo* vid. Excurs. ad h. l.—148 *stringet* 11. *stringit* 15. 16. 21. 23-25. 27. 45-50. 54-69. 71-74.—149 *sunt sidera testes* 21. a m. pr.—150-162 ejecti e 13. *Incendunt* 20.—152 *nusquam* 10. 14. 15. 21. 22. 23. 26. 46-50. 54. 55. 56. 59. 60. 62. 65-69. 71-74. *trepidavit* 50.—153 *hac virga* 19. *et virga* 22. *annuit* 16. *innuet* 18. 46. 48. 49. 56. 60-63. 65. 68. 71-74. 77. *innuit* 26. 57.

NOTÆ

146 *Præter majorum cineres, &c.*] Transit Satiricus ad alia nobilium vitia. Et jam culpat affectatum ab eis, Neronis exemplo, aurigandi studium.

Majorum cineres] Sepulcra juxta Flaminiam Latinamque viam frequentia. De quibus vide Sat. I. versu ultimo.

147 *Damasippus*] Ficta vox e duabus Græcis, δαμάζω, *domo*, et ἵππος, *equus*: in aliis codicibus pro *Damasippo*, legitur, *Lateranus*.

148. *Sufflamine*] Est vinculum seu retinaculum, ne præcipites in descensu rotæ rhedam ac jumenta abripiant et vexent. Scilicet inter rotarum radios immittitur sufflamen, dum clivum descendere cœperit vehiculum.

149 *Nocte quidem*] Dum is est Consul, præ pudore ac reverentia dignitatis, nonnisi clam et nocte mulionis ac rhedarii munus obit.

Luna videt] Luna scilicet aliæque sidera spectant indignitatem istam ac turpe studium.

150 *Finitum tempus honoris cum fuerit*] Vilem aurigandi artem resumet, atque ut ante, affectabit statim finito consulatu; id est, post biennium: nec enim erat perpetua Romæ Magistratuum potestas. Durabat Consulatus annos duos; Dictatura paucos interdum menses, aut etiam dies.

151 *Flagellum*] Ad agendos equos.

153 *Senis*] Ob ætatem et gravitatem reverendi.

Annuet] Salutando velut, ac se ostentando aurigandi peritum.

Maniplos solvet] Ad pabulum jumentis dandum, et omnia vilis agasonis implendo officia.

nterea, dum lanatas, torvumque juvencum
Iore Numæ cædit Jovis ante altaria, jurat
olam Eponam et facies olida ad præsepia pictas.
ed cum pervigiles placet instaurare popinas;
Obvius assiduo Syrophœnix udus amomo
Currit, Idumææ Syrophœnix incola portæ,

ulos, et fatigatis equis hordeum proponet. Interim cum lanigeras oves *ac taurum petulantem ritu Numæ ad Jovis aras mactat, jurat Hipponam, ac vultus adumbratos in stabulis fœtentibus. At quando nocturnas libet tabernas reparare, obviam* illi *properat Syrophœnix continuo madens amomo, Syrophœnix habitans*

6. 67. *juvet* 59.—155 *probumque, rursumque*, et *rursusque* quidam. *jumentum* 6.—157 *Eponam* 1. 70. 75. 76. 81. 82. Cf. Turneb. Advers. XXIV. 4. *Hippo* . 50. 64. 74. *Hipponem* 61. *Hypponam* 23. a m. sec. *Hipponam* 12. 49. 62. 3. 65-69. 71. 72. 73. Non male; sed metri leges adversantur. Hinc vox *solam* ejecta videtur ex 16. 61. 62. 63. 65-69. 71. 72. 73. ex aliis vero altera itera *p*. Inde *Hiponam* 18. 25. 55. 56. 57. 59. 60. 65. *Hyponam* 10. 15. 16. 27. 45-48. 54. 58. *Yponam* 14. 17. 19-24. *Hippo* vel *Hippona* memoratur in ariss. nummo ap. Seguin. select. numism. p. 12. et diversa forte numina uere *Epona* atque *Hippona*, e quibus illa asinis præfuit, (dicta ab *ἐπὶ* et *ὄνος*) hæc vero equis.—159. 160 in 22. et 23. ita coaluere: *Obvius assiduo Syrophœnix incola portæ*. Error inde natus, quod voc. *Syrophœnix* bis legitur. v.

NOTÆ

156 *Numæ*] Religiosi Imperatoris, qui et ipse sacra multa obibat. Vide Sat. III. vs. 12. et 138. et Tit. Liv. lib. I. &c.

157 *Eponam*] Quam in primis colit, quippe equorum et aurigandi studiosus, jumentorum Deam. Quidam legunt, *solam Hippo*. Alii tamen malunt, *Hipponam*, tum ob vocis originem, tum quod Tertull. Apologet. Deam equorum *Hipponam* vocat. Vide Cœl. Rhodig. XXI. 24. Contendunt alii legendum, *solam Eponam*, præ ceteris autem Hadr. Turneb. XXIV. 4. lectionem hanc asserit e pulverulentis, ut ait, bibliothecarum Juvenalibus; item ex Prudent. Plutarch. et Apul. Favet vetus Schol.

Facies olida ad præsepia pictas] Imagines Numinum jumentis propitiorum in equili appictas. Apul. Metam. III. sub finem: 'In medio stabulo Eponæ simulacrum,' &c.

Præsepia] *Præsepe* seu *præsepium* dicitur proprie alveus, in quem jumentis affunditur hordeum, aut avena in stabulo.

Olida] Ob stercus, fimum, odoremque jumentorum.

158 *Sed cum pervigiles, &c.*] Jam nobiles insectatur, quod popinas frequentent, et luxuriæ dent operam, ac gulæ, &c.

Cum pervigiles placet instaurare popinas] Cum vero Damasippus, omissa aurigatione, repetit cauponas, in quibus die nocteque helluatur.

159 *Obvius assiduo, &c.*] It obviam invitans et blandimentis alliciens hominem, a quo lucrum sperat.

Syrophœnix] Unguentarius quidam, ita dictus a Syria et Phœnicia, minoris Asiæ regionibus, e quibus optima unguenta accersebantur.

Amomo] Unguento ex amomo. Vide Sat. IV. vs. 108.

160 *Idumææ portæ*] *Idumæa* Syriæ pars erat Judææ finitima. Nomen

Hospitis affectu Dominum, Regemque salutat,
Et cum venali Cyane succincta lagena.
Defensor culpæ dicet mihi, fecimus et nos
Hæc juvenes. Esto. Desisti nempe, nec ultra
Fovisti errorem. Breve sit, quod turpiter audes.
Quædam cum prima resecentur crimina barba.
Indulge veniam pueris. Damasippus ad illos

ad portam Judæam, eumque *hospitis studio salutat dominum ac regem:* occurrit *quoque Cyane præcincta, cum ampulla* vini *venum expositi. Noxæ patronus mihi respondebit: nos adolescentes illa etiam egimus. Concedo. Nimirum cessasti: neque præterea culpam retinuisti. Breviter duret quod fœde moliris. Nonnulli errores* debent *rescindi cum prima barba. Indulgentiam da juvenibus.* At *De-*

sup. ad II. 24. *unctus* pro *udus* 16. 44. v. Heins. ad Ovid. A. A. I. 76. et Fast. v. 340. *Assyrio* pro *assiduo* conj. Dorleans, quod et nobis in mentem venit. Optimum amomum fuit Armenium, quod poëtis *Assyrium* dicitur. Cf. quæ diximus ad Sil. Ital. XI. 402. Sed verba *Assyrio* et *Syrophœnix* male junguntur, nec est, quod displiceat τὸ *assiduo*, h. e. assidue.—160 abest ab 18. *curret* 12. 15. 17. 18. in marg. 19. 24.—161 *aspectu* 60. 65.—162 *Cæane* 47. 48. *Ceane* 58.—163 *dicit* 12. 14. 26. 45.—166 *resecantur* 10. 11. 13. 14. 15. 20. 26.—167 *Indulge veniam pueris pueriliter*

NOTÆ

habet ab Esaü, qui et Edom vocatus est. Synecdoche. Hic intelligitur Judæa Romæ porta, sic dicta, quod per eam ingressi sint Titus et Vespasianus de subactis Judæis triumphantes.

161 *Hospitis affectu*] Eo affectu, quo solent hospites invitari et excipi: crebris nimirum prensationibus et verborum illecebris, ut ex iis quæstus fiat.

Dominum, regemque salutat] Per adulationem vocat dominum, regem, &c. Vel ex more veterum ignotos salutantium, ut quibusdam placet. Martial. Epig. I. 113. 'Cum te non nossem, dominum regemque vocabam: Cum bene te novi, jam mihi Priscus eris.'

162 *Cyane*] Tabernaria quæpiam: *succincta*, ad expeditius ministrandum.

163 *Defensor culpæ dicet, &c.*] Aliquis errorem excusaturus, dicet forte: indulgendum Damasippo, quod ipsi nobis olim indulsimus.

Fecimus et nos] Et nos juniores cum essemus, popinis et comessationibus nonnihil dedimus.

164 *Esto*] Fateor; et hoc indulgerem juveni: at Damasippus eam ætatem prætergressus est, et rebus gravioribus vacare debet.

Nec ultra fovisti errorem] Non ultra juveniles annos istis levitatibus et erroribus indulsisti.

165 *Breve sit, quod turpiter audes*] Peccare humanum est: perseverare, diabolicum.

166 *Barba*] Vide Cœl. Rhodig. III. 25. IV. 2. et VII. 13. item quæ nos alibi, nempe Sat. IV. vs. 103. ad vocem, *barbato*. Et ad Pers. Sat. IV. vs. 1.

167 *Damasippus ad illos Thermarum calices*] *Damasippus* jam vir juvenilia retinet vitia: unde venia indignus.

Thermarum calices, inscriptaque lintea vadit,
Maturus bello, Armeniæ Syriæque tuendis
Amnibus, et Rheno, atque Istro. Præstare Neronem

masippus ad ea thermarum pocula, et inscripta vela pergit, aptus militiæ Armeniæ, ac propugnandis Syriæ fluminibus, et Rheno, et Danubio. Neronem servare

actis 18.—168-180 ejecti e 13. *balnea* pro *lintea* 26.—170 Post *Istro* nulla distinctio reperitur in edd. quibusdam, etiam Hennin. et Bipont.—

NOTÆ

168 *Thermarum calices*] Loca in quibus primo sudatur, deinde lavatur, post ungitur, denique epulis indulgetur. De Thermopoliis et de calido potu apud Romanos usitato dixi Sat. v. ad vs. 63.

Thermarum] De his jam Sat. VII. vs. 233. In balneis tres erant regiones. In summa sudabatur, seu ad ignem seu ad solem; eratque velut hypocaustum. Unde Seneca *Sudatoria* vocat *Thermas* epist. 51. quam vide. Primam illam regionem antiqui vocabant Laconicum, eo quod usus ejus apud Lacones frequens esset. In media regione erant aquæ calidæ; in ima frigidæ, ad lavandum. Hinc discrimen vides inter balnea et thermas, quanquam unum pro altero sæpe usurpatur metonymicôs. Nam prima illa regio proprie thermæ sunt, balnea ceteræ.

Inscriptaque lintea] Vela nempe acu picta, tabernis appensa cum inscriptione rerum venalium; vel etiam lupanaribus, inscripto nomine prostantium meretricum, sicut annotavi ad Sat. VI. vs. 124.

169 *Maturus bello, Armeniæ*] Idoneus ad militandum in expeditionibus adversus Armenos Neronis tempore susceptis, duce Corbulone, de quibus Tacit. Annal. 13. et seq.

Armeniæ] Hæc Asiæ regio celebris quondam et frequens, at nunc non ita: duplex est, major quæ Turcomania, et minor quæ Aladulia modo nuncupatur. Illic Euphrates ac Tigris scaturiunt. Claudunt montes Taurus, Niphates, &c.

Syriæque tuendis amnibus] Propugnandis regionibus Imperio Romano subjectis, qualis Syria, Asiæ pars valde nobilis et occidentalis, quæ Syriaco mari alluitur, rigatur fluminibus Euphrate, Oronte, et aliis; Terra Sancta intermedia, Ægypto affinis est. Syriaco primum bello non aliud Romanis formidolosius. Nec sane viris, opibus, armis quicquam copiosius Syria. Id tamen brevi et feliciter confecit Glabrio Consul. Flor. II. 8. Proverbium est apud Suidam, *Syrii contra Phœnices*, de hominibus semper inimicis, mutuo fraudulentis, ac invicem insidiantibus.

Tuendis amnibus] Qui regionem aliquam aut oppugnare nituntur, aut defendere, statim amnes occupant, ut transitus aditusque vel prohibeatur, vel pateat.

170 *Et Rheno, atque Istro*] Continendis in officio populis, qui sunt ad Rhenum atque Istrum, Gallis, Germanis.

Rheno] Hic fluit ex Alpibus Rhæticis per Germaniam. Ubi Batavos attigit, Vahalim format et Licum, per quos ad Mosæ ostium illabitur. Prope Arenacum, per Drusi fossam cum Isala commissus, tertium hunc etiam exitum mutuatur, quo in Oceanum evadat. Quartum olim habuit sibi proprium Lugduno Batavorum

Securum valet hæc ætas. Mitte Ostia, Cæsar,
Mitte: sed in magna legatum quære popina:
Invenies aliquo cum percussore jacentem,
Permixtum nautis, et furibus, ac fugitivis,
Inter carnifices, et fabros sandapilarum,

tutum illa ætas potest. Dimitte, Cæsar, dimitte portus, at in insigni taberna investiga legatum. Reperies discumbentem cum sicario quodam, nautis junctum, vel furibus, vel fugitivis, tortores inter et feretrorum artifices, atque tympana Gal-

171 *Hostia* 17-24. 27. 45-50. 59. 61-64. 68. 71. 72. 73. 77.—172 *legatum* 56. 59.—174 *Permixtum* 17-24. 27. 48. 59-61. 64. *Permistum* in reliquis. Sed illa scriptura rectior. v. Cellar. orthogr. latin. pag. 299. ed. Harles. *aut furibus, aut fugitivis* 10. 11. 14. 15. 17. 19-22. 25. 45-50. 54-60. 62. 64-69. 71-74. *ac furibus et f.* 18. *et furibus et f.* 23.—175 *flabros sandapilarum* male emend. Vulcan. h. e. nondum magistros artis, quoniam in Gloss. Isidori *flabri* dican-

NOTÆ

non procul, at is obductus arenis fuit, circa annum 860. Narrat Politianus exceptos Rheni vorticibus pueros suffocari, si adulterini fuerint; legitimos autem placide ad ripam incolumes ejici.

Istro] *Ister* qui et *Danubius* appellatur, fluminum Imperii Romani post Nilum primas tenet, ex Sallustio et Varrone, apud Agell. x. 7. Fluvius Europæ maximus apud Ptolem. Plin. IV. 12. 'Ister,' inquit, 'oritur in Germaniæ jugis montis Abnobæ, ex adverso Rauraci Galliæ oppidi, multis ultra Alpes millibus, ac per innumeras lapsus gentes Danubii nomine, immenso aquarum auctu, et unde primum Illyricum alluit, Ister appellatus, sexaginta amnibus receptis, medio ferme numero eorum navigabili, in Pontum vastis sex fluminibus evolvitur.——Hæc ostia porro singula tanta sunt, ut prodatur in quadraginta millia passuum longitudinis vinci mare, dulcemque intelligi haustum.' Istro septem ora assignat Ammian. Marcell. At nunc duo tantum navigabilia esse referuntur, ceteris arena obstructis.

Præstare Neronem securum valet] Juvenes istiusmodi apti sunt ad tuendam Imperatoris salutem, ac subeunda pro eo belli discrimina.

171 *Mitte ostia, Cæsar*] O Nero, ad fluminum ora mitte, ne vero ipse belli aleam et pericula tentare velis. Rebellantes Armenos per legatum aliquem domare potes. Ergo mitte ad ostia Tiberina, qui navem cum exercitu conscendat, et eo proficiscatur. Vel sensus est, dimitte curam portuum, et hanc legato committe, ingruente bello. Sarcasmus tam in Neronem, quam in Duces ab eo missos.

172 *Legatum quære*] Mittendum pro te in hostes, cum mandatis.

173 *Cum percussore jacentem*] Adeo sui suæque dignitatis oblivisci solent ebriosi, ut cum obvio quolibet helluari non erubescant, et in cauponam ire.

174 *Fugitivis*] Servis pœnæ metu, vel servitutis impatientia, fugientibus.

175 *Sandapilarum*] Hoc erat feretrum plebeiorum ac viliorum hominum. Sueton. Domitian. c. 17. 'Cadaver ejus populari sandapila per vespillones exportatum.'

t resupinati cessantia tympana Galli:
Equa ibi libertas, communia pocula, lectus
on alius cuiquam, nec mensa remotior ulli.
uid facias talem sortitus, Pontice, servum?
empe in Lucanos, aut Tusca ergastula mittas.
t vos, Trojugenæ, vobis ignoscitis, et quæ
urpia cerdoni, Volesos, Brutumque decebunt.

*upini quiescentia. Communis libertas illic; calices æquales: haud ulli thorus di-
ersus; neque mensa cuiquam separata. Ecquid ageres, Pontice, ejusmodi famulum
actus? Scilicet amandares* eum *in Lucaniam, vel Etruscas compedes. Vos autem,
rojani, vobismetipsi condonatis; et quæ fœda cerdoni* viderentur, *Volesis ac*

ur *fabulosi.* Vetus scholion h. l. est: 'Si *sandaliorum*, sutores, ac per hoc ab-
ectæ sortis homines: si *sardanafallos*, infamis hominis nomen est: si *sandapi-
arum*, lectorum, in quibus gladiatores mortui de amphitheatro ejiciuntur.'—
76 *Ad* pro *Et* 11. in quo etiam hic versus ante præc. legitur.—177 *ubi* 45.
16. 48. 50. 56. 57. 59-63. 65-69. 71-74. 77. *tibi* 18. 19.—179 *facies* 14-17. a m.
r. 23.—180 *et Lucanos* 46. 48. *mittes* 16.—181 *nobis* 47. 59.—182 *Volusos* 18.
24. 27. 45-49. 57. 58. 77. *Volsos* 75. 76. *Volscos* 13. Sed v. Heins. ad Ovid.
x P. III. 2. 105. Spanhem. de Usu et Pr. Num. p. 60. et nos ad Sil. II. 8.

NOTÆ

176 *Resupinati cessantia tympana Galli*] Sacerdotis Cybelæ, vel omni luxuriæ indulgentis, vel præ ebrietate dorso incumbentis, abjecto ministerii sui instrumento et insigni. Vide Sat. VI. vs. 512. ac seq. et Pers. Sat. V. vs. 186.

177 *Æqua ibi libertas, &c.*] Nimirum in popinis atque inter pocula nullum habetur discrimen vilis homuncionis et illustris Patricii.

Lectus] Discubitorius, quo ad mensam assidetur aut discumbitur.

178 *Mensa remotior*] Loco digniori strueta.

179 *Quid facias talem sortitus*]. Dic quæso, numquid ferres servum hæc agentem, quæ illi nobiles impune agunt æque ac turpiter?

180 *Nempe in Lucanos*] Imo in ergastulum mitteres puniendum pro ignavia.

In Lucanos] Ad agros fodiendos, apud eam Italiæ partem, quæ est in regno Neapolitano, et modo continet Basilicatam, et partem Calabriæ, &c.

Tusca ergastula] Mitteres in Thusciam, ut ibi faceret opus, catenis vinctus, in ergastulis, quæ ibidem frequentia. Martial. Epig. IX. 23. 'Et sonet innumera compede Tuscus ager.'

Ergastula] Vide Sat. VI. vs. 151.

181 *Trojugenæ*] Romani nobiles, e Trojanis oriundi.

182 *Quæ turpia cerdoni, &c.*] Ironice. Scilicet nobili quidvis licet, at non ita plebeio.

Cerdoni] Vide Pers. Sat. IV. versu penultimo.

Volesos, Brutumque] Nobiles quoscumque. Brutorum familia Romæ illustris ab illo vindice Romanæ libertatis: Volesorum autem ex Sabinis, a Valerio Voleso, qui fuit unus e tribus illis viris, qui facto fœdere, Romæ permanserunt cum T. Tatio rege, atque honoribus potiti sunt, eorumque posteri: ut narrat Dionys.

Quid, si nunquam adeo fœdis, adeoque pudendis
Utimur exemplis, ut non pejora supersint?
Consumtis opibus vocem, Damasippe, locasti
Sipario, clamosum ageres ut Phasma Catulli.
Laureolum velox etiam bene Lentulus egit,
Judice me dignus vera cruce. Nec tamen ipsi

Brutis honesta sunt. Quid quod nunquam exempla tam turpia et ignominiosa adhibemus, quin restent fœdiora? Attritis fortunis, scenæ vocem commodasti, Damasippe, ut repræsentares Catulli Phasma clamoribus plenum. Lentulus quoque Velox Laureolum probe repræsentavit, revera meritus supplicium, mea quidem *sententia.*

Bruteque 25. 27. 46-50. 54-69. 71-74. 77.—183 *Quod* 16. 20. *non* pro *nunquam* 22. 23.—185-210 extrusi e 13.—186 *Sippario* 72. *Siphario* 10. 17-20. 22. 23. 27. 45-49. 54. 58. *Suppario* 50. 61-64. 66-69. 71. 73. 74. *Sypharío* 24. *Sinphario* 21.—187 *Laureorum* 46. 47. 58. *Velox* majore litera initiali scripsere Farnab. et alii. Sed *Lentulo* cuidam hoc cognomen fuisse, legere haud memini, et sic locus languet. Poëta non facile nomen alicujus cum cognomine memorabit, sed potius epitheton, ejus naturæ moribusque aptum, cujus tamen vis ac potestas in Satiris sæpe dubia est et incerta, quoniam non satis cognitam habemus personam, quæ eo insignitur. *et jam* 46. 47. 49.—188 *ne* 25. 59.

NOTÆ

Halicarn. lib. II.

183 *Quid, si nunquam, &c.*] Quid dicas, si majora adhuc sint nobilium vitia, quam ea quæ hactenus culpavi. Levia sint quæ dixi, en mimos agunt, et gladiatoriam exercent.

185 *Consumtis opibus*] Decocto patrimonio, te convertis ad artes quæstuosas quamvis turpes.

Vocem locasti] Præco mimicus fuisti, et vocem histrionibus et histrionicis præbuisti, pacta mercede.

186 *Sipario*] Metonymia, pro Theatris, Actoribus, ac ludis scenicis. Donat. in Terent. 'Aulæa quoque in scena intexta sternuntur,' inquit, 'pro quibus ætas posterior siparia accepit. Est autem siparium mimicum velum quod theatro obtenditur, et quod populo obsistat, dum fabularum actus commutantur.'

Clamosum ageres ut phasma] Ut magna vocis contentione in Theatro recites et agas.

Phasma] Latine, spectrum, seu visum. Titulus est et nomen fabulæ. Terent. Eunuch. Prolog. 'Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit.' In ea scilicet adolescens ad pulchræ virginis, velut ad numinis aspectum, expavescens introducitur. Donat.

Catulli] Q. Lutatii Catulli ignobilis Poëtæ, de quo Probus.

187 *Laureolum*] Hujus mimi facit mentionem Sueton. Calig. cap. 57. a quo vero scriptus, non convenit; an a Laberio, an a Nævio. Vide Macrob. Satur. II. 7. et Gell. III. 3. VIII. 13. et 14. et XVII. 14. In ea fabula, crux figitur Laureolo servo in scelere deprehenso. Vetus Schol.

Velox] Quidam cognomen esse Lentuli volunt, alii epitheton, quod interpretantur, habilis, agilis, citus in agendo.

Lentulus] Præter Damasippum, etiam alii nobiles et Patricii.

188 *Dignus vera cruce*] Non ficta tantum, ut mimicus ille servus. Mart. Spectac. Epig. 7. 'Non falsa pendens in cruce Laureolus.'

Nec tamen ignoscas populo] Qui tali-

gnoscas populo: populi frons durior hujus,
Qui sedet, et spectat triscurria patriciorum,
Planipedes audit Fabios, ridere potest qui
Mamercorum alapas. Quanti sua funera vendant,
Quid refert? vendunt nullo cogente Nerone,
Nec dubitant celsi prætoris vendere ludis.

'erumtamen ne ipsi parcas plebi. Enimvero *impudentior vultus istius plebis, quæ ssidet atque aspicit nimis scurrilia nobilium; auscultat Fabios planis pedibus, quæ* enique *deridere valet colaphos Mamercorum. Quid attinet quanto* pretio *venumment suam mortem? Venumdant nullo Nerone adigente; neque ambigunt venum-*

—189 *durior illo* 25.—190 De voc. *triscurria* v. Excurs. ad h. l.—191 *'lanipedesque* 60. 65.—192 *vulnera vendant* 26. *vendunt* 16. 17.—194 *elsi* recepi e 60. 65. *Celsi* in libris tantum non omnibus legitur. 'otum tamen versum suspicor ejiciendum tanquam insititium. Priıum enim admodum languet, quoniam eadem sententia in vs. præc.

NOTÆ

ius spectaculis et scurrilitatibus Paricio pudendis non modo non offenlatur, sed gaudeat et applaudat.

190 *Triscurria*] Id est valde et plaıe scurrilia. Quemadmodum dicitur 'rismegistus, et apud Plautum *Triur*, *Trifurcifer*, &c. Sunt qui velint ıotari triplices in Circo decursus; ed minus ad rem, nostro judicio. ngeniosum est quod Scaliger legit, *'ranscurria*, aitque dici quasi transiım a Curia ad Ludos, cum nempe Senatores et Patricii fiebant scurræ t ludii.

191 *Planipedes audit Fabios*] Nobiles quoscumque in comœdiis agentes sine ıorrore spectat.

Planipedes] Ita vocari fabulas argunento et actione vilissimas scribit Donatus. Nimirum in aliis cothurnum nduebant actores aut saltem soccum. Vel notat Patricios agentes in theatro ersonas servorum, qui nudis pedibus ncedebant.

192 *Mamercorum alapas*] Quas nobiles in servili persona ferunt a scenicis dominis castigati, ridente interim populo. Sic Panniculus a Latino alapis frequenter cæsus. Mart. Epig. 7. l. II. et l. v. Epig. 62.

Mamercorum] Horum illustris Romæ familia et origo a Numa Pompilio deducta, teste Plutarcho in vita Numæ. Hic enim cum quatuor haberet filios, unum appellavit Mamercum ex Pythagoræ filio. Æmiliorum autem gentem Patriciis admistam ab illo nominatam ferunt. Hæc Plutarch. ibid. A Marte genitos alii affirmant. Vide Alex. ab Alex. v. 4.

Quanti sua funera vendant, quid refert] Quid refert quod lucrum habent e gladiatura?

193 *Vendunt nullo cogente*] Sponte in arenam descendunt, et vitæ discrimen adeunt ultro et sine pudore.

Nullo cogente Nerone] Non coacti a Tyranno. Nec enim id exigit Domitianus, quod olim Nero, qui Senatores quadringentos, Equites sexcentos jussit in arena decertare. Sueton. Ner. c. 12. Cornel. Tacit. Annal. 14. ubi Lipsius *quadragenos* et *sexagenos* legit.

194 *Nec dubitant celsi prætoris, &c.*] Non erubescunt operam suam locare

Finge tamen gladios inde, atque hinc pulpita pone:
Quid satius? Mortem sic quisquam exhorruit, ut sit

dare spectaculis Prætoris alti. Veruntamen suppone illinc enses, istinc vero theatra status. Utrum melius? An ullus necem ita formidavit, ut fuit zelotypus Thymeles,

inest; deinde verbum *vendere* in vss. 192-194 ter reperitur; denique Claudius Imp. jam Prætores vetuerat edere gladiatoria munera, eaque Quæstoribus injunxerat pro stratura viarum, unde h. l. saltem *Quæstoris* pro *Prætoris* refingendum videri possit: neque hujus instituti mutationem factam legimus, nisi forte id colligas ex Lampridio, qui in Commeno *presente* (f. *præsidente*) *Prætore Commodiano sæpissime gladiatorem pugnasse* memorat. Cf. Suet. Claud. c. 24. Dio LVIII. et Lips. Saturn. Serm. I. 9. *ludos* 45.—195 *Fige* 24. 57. 59. *hinc atque inde* 16. 24. *hinc atque hinc* 10. 19. 21. a m. sec. *atque hic* 22. *posi* pro *pone* legendum esse dudum putavi, et nunc video idem sentire Cl. Sterke in Actis liter. Societ. Rheno-Traject. T. I. pag. 174. (Lugd. Bat. 1793. 8.) *Finge* tamen doctius etiam dictum videri potest pro: effinge animo tuo, *dende*

NOTÆ

Prætori munus gladiatorium populo danti.

Celsi] Volunt quidam nomen esse Prætoris, alii explicant epithetum de habitu et curru triumphali, in quo evectus suam dignitatem ac liberalitatem ostentat Prætor, cum ludos exhibet. Vide ad Sat. VI. vs. 245. et Sat. X. vs. 36. et seq.

Prætoris] Magistratus hujus creandi occasionem et primordia narrat Livius in fine Lib. VI. et initio Libri VII. Urbs eo caruerat per annos fere quadringentos, Consule jus reddente. Prætor dictus quod præeat ac præsit seu Juri dicundo, seu exercitibus. Erat velut Collega Consulibus, atque iisdem auspiciis creabatur: ut ait Livius cit. Lib. VII. Primum unus, postea duo, subinde numerus auctus ad duodecim et sedecim. Alii minores, peregrini, provinciales; unus erat urbanus, qui et primus et major appellabatur: vide Cœl. Rhodig. XII. 8. Alex. ab Alex. II. 15.

Prætoris vendere ludis] Solebant Prætores ludos populo dare. Plutarch. in Bruto. A ceteris quidem Prætoribus largitiones, spectacula, et gladiatores; a te vero majorum tuorum debitum, eversionem tyrannidis repetunt: inquit Cassius ad Brutum prætura urbana defungentem.

Ludis] Hi post aliquam victoriam sæpe celebrabantur. Apud Livium I. 35. L. Tarquinius Priscus captis vi Appiolis, oppido Latinorum, revecta inde majore præda, ludos opulentius instructiusque quam priores reges fecit. Tum primum Circo maximo designatus locus, et sedes ad spectandum a plebe distinctæ Patribus Equitibusque datæ sunt. Vide quæ sunt annotata Sat. III. vs. 223. ad vocem, *Circensibus*. Et VI. vs. 69. ad voces, *Plebeiis* et *Megalesia*.

195 *Finge tamen gladios inde, &c.*] Quod si alterutrum eligere cogantur nobiles, aut in arenam prodire aut in scenam; gladiatores sint potius quam histriones, et mortis propinquæ discrimina præferant ignominiæ.

196 *Ut sit zelotypus Thymeles*] Ut mortis metu malit agere in theatris personam Latini mimi, zelotypi Thymeles suæ uxoris, et pro zelotypia alteri mimo rixas moventis, alapas et verbera impingentis. Vide Satir. I. vs. 36.

Zelotypus Thymeles, stupidi collega Corinthi?
Res haud mira tamen, citharœdo Principe, mimus
Nobilis. Hæc ultra, quid erit nisi ludus? Et illud
Dedecus Urbis habes; nec mirmillonis in armis,
Nec clypeo Gracchum pugnantem, aut falce supina,

ac *socius Corinthi hebetis? Id vero minime stupendum;* siquidem *Imperatore citharista, histrio clarus videtur. Postea quid extabit præterquam ludus? Atque ibi civitatis ignominiam videbis,* nempe *Gracchum decertantem non in armatura*

dir.—196 *si* pro *sic* 15. 23. 49.—197 *Tymeles* 22. *Timeles* 19. *Corithi* 18. *Chorinthi* 11. Alias lectiones notavit Pontanus Analect. II. 11.—198 *Res aut* 45. 47. 48. *natus* pro *mimus* 10. 11. 12. 14-27. 45-50. 54-69. 71-74. prob. Lubino, ut sensus sit, non mirum esse, si nobiles principibus citharœdis nati, (qui veri parentes non sunt, sed curucarum more eorum nomen sustinent) parentum suorum mores imitentur. Male!—199 *hic ultra* 59. 60. 65. 77 *ludio* pro *ludus* scribendum, vel *ludum* pro *ludio* positum, (ut sup. VI. 82.) perperam existimabat Ascensius. *et illud* restitui ex 10. 16. 20. 21. a m. sec. 27. 47. 64. 74. *et illuc* 17. a m. pr. In reliquis libris *et illic*, h. e. etiam in arena: quod durius est et minus aptum.—200 *myrmillonis* et *mirmyllonis* alii scribunt. Mirmillo a *μόρμυρος* vel *μορμυρίων*, piscis genere, quod insigne in galea gerebat, dictus putatur Salmas. ad Solin. p. 213. et Gronov. in Epist. ad Ant. Clement. annexis libro de Sestert. p. 698.—201 *pugnare aut* 16. *aut pugnantem*

NOTÆ

197 *Stupidi collega Corinthi*] Alterius histrionis forte a Latino impetiti ac cæsi in theatro per zelotypiam. Unde ille stupet, causæ ignarus.

198 *Res haud mira, &c.*] Non mirum quod Patricii deflectant ad artem scenicam, exemplo Neronis impulsi. Sueton. et alii.

Citharœdo Principe] Vilium quarumlibet artium studia et primas affectante. Vide Sueton. Ner. c. 20. et seq. Tacit. Annal. 14.

Mimus nobilis] Histrionia nobilitata nempe, studente illi Imperatore. Sunt qui legant, *natus*, pro *mimus*, ut intelligantur adulterini filii histrionum et matronarum Romanarum, juxta id quod dictum Sat. VI. vs. 76. et seq. Sed hoc minus placet.

199 *Quid erit nisi ludus*] Nobiles quivis arti scenicæ ultro operam dabunt.

Illud] In ludis ac munere gladiatorio.

200 *Dedecus urbis*] Quod nobiles non velata sed nuda facie, sine ulla verecundia gladiatoriam exerceant, et in ea se ostentent.

Nec Mirmillonis in armis] Nec Mirmillonem agit solum Gracchus, cujus armatura non adeo videatur indecora, nempe gladius, clypeus, galea: sed retiarium agit, cujus etiam habitus turpis et ignominiosus, nimirum, tunica, rete, fuscina.

Mirmillonis] Vide quæ annotavimus ad Satir. II. vs. 143. et seq.

201 *Gracchum pugnantem*] Satir. II. mox cit. 'Vicit et hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi, Lustravitque fuga mediam gladiator arenam.'

Falce supina] Incurva sica, vel erecta et conversa ad incutiendum. 'Thracum armatura, quibus proprium telum sica est,' inquit vetus Scholiast. Vel ad ipsum Thracem refer, qui ambitiose pugnans se attollebat, atque insurgebat, Artemidoro

(Damnat enim tales habitus; sed damnat, et odit)
Nec galea faciem abscondit: movet ecce tridentem,
Postquam librata pendentia retia dextra
Nequicquam effudit, nudum ad spectacula vultum
Erigit, et tota fugit agnoscendus arena.
Credamus tunicæ, de faucibus aurea cum se

Mirmillonis, non scuto, vel harpe resupinata; (nam condemnat ejusmodi indumenta, et condemnat, et aversatur) neque vultum contegit casside: en fuscinam vibrat; atque *ubi suspensa retia manu librata incassum injecit, detectam levat faciem ad spectatores, ac dignoscendus aufugit omni amphitheatro. Fidem habeamus tunicæ; quandoquidem auro intexta protendatur a gutture, atque fascida*

10. 11. 14. 15. 17. 19-22. 26. 45. *et falce* 77.—202 *et damnat et odit* 10. 11. 12. 14-27. 45-50. 56-63. 65-69. 71-74. Τὸ *sed* h. l. pro immo, quin. Totus vero versus interpolationem redolet.—203 *galea frontem* 10. 11. 12. 17. 19. 20. 22. 25. 26. 27. 45-50. 54. 55. 57-63. 65-69. 71. 72. 73. 77. *frontem abscondit galea* 21.—204 *vibrata* 11. 12. 14-27. 45-50. 56-63. 65-69. 71-74.—205 *Nequiquam* scribendum putabant præter Festum Brœkhus. et alii ad Prop. II. 4. 5. *effundit* 12.—206 *cognoscendus* 26.—207 *Cedamus* 50. 64. prob. Britann. ut poëta *εἰρωνικῶς* et quasi quadam cum miseratione nobilitatis dicat, cedendum esse locumque dandum nobili Romano fugienti tota arena, ut evadat, ne scil. a mirmillone insequente feriatur. Aliter sensum non procedere putat, cum verba seqq. hoc modo explicanda sint: Ergo mirmillo, cum passus non sit retiarium virum nobilem fugere, cujus misereri deberet, graviorem adeptus est ignominiam, quam si grave vulnus accepisset; nam a spectatoribus deri-

NOTÆ

teste: ut ait Lubinus.

203 *Nec galea faciem abscondit*] Ut Mirmillo, qui vultum habebat galea obtectum: sed placet habitus retiarii, qui nuda et aperta certabat facie. Sueton. Claud. c. 34. 'Gladiatores forte prolapsos jugulari jubebat, maxime retiarios, ut expirantium facies videret.'

Tridentem] Arma erant retiarii, telum seu fuscina tridens, et rete. Sueton. Calig. c. 30.

204 *Postquam librata pendentia retia*] Postquam reti frustra injecto aberravit, nec Mirmillonis caput implicuit.

205 *Nudum ad spectacula vultum erigit*] Sese ostentat spectatoribus et se agnosci gaudet, illud decus æstimans, quod turpe est. Vel forte ut agnitum vetent jugulari a secutore, cujus ob id graviorem ignominiam statim Poëta vocat.

206 *Fugit*] Ante Mirmillonem jam declinato reti insequentem fugit retiarius, dum effusum colligat rete, rursumque Mirmillonem impetat.

Arena] Vide Satir. II. cit. vs. 144. et ibid. Annot.

207 *Credamus tunicæ*] E tunica retiarium agnoscamus, nobilem autem ex auro, quo illa interlucet, sicut et galeri subligaculum. Legunt quidam, *Cedamus*, ut sint verba Mirmillonum dicentium apud se, concedamus retiario ejusmodi Patricio, et fugere illum sinamus. Hinc sequitur, 'Ergo ignominiam,' &c.

Tunicæ] Vestis hæc erat apud Romanos quidem interior et brevior sine manicis, cui toga superinducebatur: vide Sueton. August. c. 24. et

Porrigat, et longo jactetur spira galero.
Ergo ignominiam graviorem pertulit omni
Vulnere, cum Gracco jussus pugnare secutor.
Libera si dentur populo suffragia, quis tam
Perditus, ut dubitet Senecam præferre Neroni;

projiciatur ab alto pileo. Itaque Mirmillo coactus cum Gracco dimicare, dedecus reportavit cunctis plagis atrocius. Si populo concedatur libertas sententiarum, quis adeo nequam, ut ambigat Senecam Neroni anteponere, cujus ad *pœnas non unicam*

sus est, quasi qui peritus imperitum superaverit. *et faucibus* 11.—208 *longe*

NOTÆ

100. et Gell. VII. 12. Tunica tantum induti pugnabant retiarii. Sueton. Calig. c. 30. 'Retiarii tunicati quinque gregatim dimicantes totidem secutoribus succubuerant,' &c.

De faucibus aurea, &c.] Tunica retiarii nobilis, auro distincta per extremitates a gutture ad imum. Malim ego cum sequentibus jungere, et referre ad *spiram*.

208 *Jactetur spira*] Ligula, fascia, non vulgaris sed auro intexta, a galero dependens, et mento subligata, cujus extremitates vento agitantur.

Spira] Sinus et flexus in multos orbes.

Galero] Pileo in galeæ similitudinem facto. Is porro sub mento obstringebatur, ne inter pugnandum excideret.

Longo] Id est, alto, qualem describit Dionys. Halicarn. l. II. sub finem.

209 *Ignominiam graviorem*] Commissus enim cum retiario nobili Mirmillo, cum non ausit adversarium conficere, victoriæ fructu et decore carebat; et quamvis sponte cederet, sugillabatur a spectatoribus. Ergo ignominiam tam gravem inde ferebat, quam si plagis confossus victusque succumberet. Quin et explodebatur, si peritus ipse nobilem imperitum superaret.

210 *Secutor*] Mirmillo, qui ab insequendo, retiario fugiente, secutor dicitur.

211 *Libera si dentur populo suffragia*] Si liceat populo quod sentit libere aperire, sine ullo Tyrannorum metu.

212 *Dubitet Senecam præferre Neroni*] Scilicet ignobilem probum nobili vitioso præferre quis dubitet? Vide quæ jam notavimus ad Satir. V. vs. 108. de Seneca. Cornel. Tacit. Annal. 15. scribit conjuratos destinavisse, occulto quidem consilio, ut post occisum Pisonis ope Neronem, Piso quoque interficeretur, tradereturque Imperium Senecæ, quasi insonti, claritudine virtutum ad summum fastigium dilecto. Tertull. lib. de anima, c. 20. *Seneca sæpe noster*, inquit, id est, prope Christianus. S. Hieron. de Script. Eccles. c. 12. 'L. Annæus Seneca, Cordubensis, Socionis Stoici discipulus, et patruus Lucani Poëtæ, continentissimæ vitæ fuit: quem non ponerem in Catalogo Sanctorum, nisi me illæ provocarent epistolæ, quæ leguntur a plurimis, Pauli ad Senecam, et Senecæ ad Paulum,' &c. S. Augustin. de Civit. VI. 10. 'Libertas,' inquit, 'quæ defuit Varroni, non defuit Annæo Senecæ, quem indiciis nonnullis invenimus Apostolorum nostrorum temporibus claruisse.'

Cujus supplicio non debuit una parari
Simia, nec serpens unus, nec culeus unus?
Par Agamemnonidæ crimen; sed causa facit rem
Dissimilem. Quippe ille Deis auctoribus ultor
Patris erat cæsi media inter pocula: sed nec
Electræ jugulo se polluit, aut Spartani

oportuit simiam comparari, non viperam unicam, neque saccum unicum? Æquale scelus Agamemnonii; at ratio negotium efficit inæquale. Ipse enim *Orestes numinum impulsu vindex erat parentis mediis in calicibus occisi. At neque se contaminavit Electræ cæde, vel cruore matrimonii Lacæni: nemini affinium venena tem-*

11. 14. 22. *jaculetur* 21.—214 *non serpens* 77. *non culleus* 22. *culleus* 13. 17.

NOTÆ

213 *Cujus supplicio, &c.*] Tot parricidiis inquinatus Nero non unum supplicium merebatur, sed multiplex. Sueton. Cornel. Tacit. alii passim.

214 *Simia, serpens, culeus*] Lex Pompeia jubebat, qui vel parentis, vel filii, vel cujusvis affinis et propinqui sanguine se polluisset, eum culeo, id est, sacco coriaceo insui, cum simia, vipera, gallo, cane; atque in mare seu flumen projici. Cur ita parricidæ culeo includerentur, egregie docet Tullius pro Sexto Roscio Amerino n. 70. et seq. 'ut repente cœlo, Sole, aqua, terraque privarentur,' &c. quæ lege ibid. Cur autem cum istis animalibus? An ut in rixa infensorum animalium, et fœda laceratione corporis, pro admissi sceleris immanitate diro cruciatu exanimarentur? An quod aiunt viperam parenti necem inferre, simiam vero catulos interdum stringendo nimis et amplectendo interimere. Vide Cœl. Rhodig. II. 21. et VI. 13. Alex. ab Alex. III. 5. &c.

215 *Par Agamemnonidæ*] Orestes Agamemnonis filius matrem Clytæmnestram interfecit, ut vindicaret patrem ab ea simul et ab Ægistho ejus mœcho jugulatum: at Nero Agrippinam matrem impie nefarieque occidit. Vide Satir. I. vs. 6. et ibid. Annot. ad vocem *Orestes.*

216 *Deis auctoribus*] Approbantibus tanti facinoris ultionem, etenim Odyss. initio, scribit Homerus, Ægistho per Mercurium Deos ultionem comminatos ex Oreste, si Agamemnonem occideret, et Clytæmnestram duceret: additque Pallas, certe meritam Ægisthus mortem luit; sic pereat et quisquis alius talia perpetrarit.

217 *Media inter pocula*] Alii occisum Agamemnona in convivio, alii in balneo, aliter alii referunt.

Nec Electræ jugulo se polluit] Electram sororem non jugulavit Orestes, sicut Nero fratrem Britannicum. Horat. l. II. Satir. 3. 'Quin ex quo est habitus male tutæ mentis Orestes, Non Pyladem ferro violare, aususve sororem Electram.'

218 *Spartani sanguine conjugii*] Non mortem Orestes intulit suæ conjugi Hermionæ filiæ Menelai Lacedæmoniorum sive Spartæ Regis: at Nero Octaviæ Poppææque uxoribus, quia et Antoniæ Claudii filiæ, a qua fuerat adoptatus, nuptias suas recusanti necem attulit.

Sanguine conjugii, nullis aconita propinquis
Miscuit, in scena nunquam cantavit Orestes;
Troica non scripsit. Quid enim Verginius armis
Debuit ulcisci magis, aut cum Vindice Galba?
Quid Nero tam sæva crudaque tyrannide fecit?
Hæc opera, atque hæ sunt generosi principis artes,
Gaudentis fœdo peregrina ad pulpita saltu

peravit: in theatro non cecinit: Trojana non composuit. Num quid gladio vindicare potius obstringebatur Virginius, vel Galba cum Vindice? Ecquid Nero perpetravit adeo crudeli immanique regno? Ea sunt facinora, eaque studia nobilis Imperatoris, amantis produci turpi saltatione ad externa theatra, et reportare

18. 20-24. 28.—220 *Miscuit in cœna, nec Troica scripsit Orestes* 13. *certavit horestes* 45.—221 *Verginius* scripsi pro *Virginius*, quoniam ita non modo in 14. 16. 17. 21. 22. 50. 62. sed etiam in Inscriptt. optimisque exemplaribus auctorum diversorum, legitur.—222 *cum judice* 21. a m. pr. —223 *tam in sæva* 11.—224 *hæc sunt* 17. 18. 19. 50. 61. 62. 63. 71. 72. 73.—225 *Gaudemus* 26. *saltu* pro *cantu* recepi ex 10. 11. 12. 14. 15. 17. 19. 20. 21. a m. pr. 22-27. 45-50. 54-69. 71-74. 77. *Cantus* Neroniani modo jam

NOTÆ

219 *Nullis aconita propinquis miscuit*] Neminem Orestes veneno enecavit, at Nero Britannicum fratrem, Domitiam amitam, &c. adde Senecam præceptorem, ac tot alios mori jussos.

Aconita] Satir. I. vs. 158.

220 *In scena nunquam cantavit*] Ut Nero sordide fecit. De quo Sueton. Ner. c. 20. et 21. Nec Romæ solum sed et Neapoli cantavit in publico. Cornel. Tacit. Annal. 15.

221 *Troica non scripsit*] 'Nero Troados Libros scripsit.' Vetus Schol. Verum si ob hoc culpandus, certe multo magis quod incensam Romam e turri Mæcenatica prospectans, lætusque flammæ pulchritudine ἅλωσιν Ilii scenico habitu decantavit. Sueton. Ner. c. 38. 'Ipso tempore flagrantis urbis domesticam iniit scenam, ac cecinit Trojanum excidium, præsentia mala vetustis cladibus assimulans:' inquit Cornel. Tacit. Annal. 15. Scilicet incendium illud molitus, 'ut spectaculi ejus imaginem cerneret, quali olim Troja capta exarserat.' Eutrop. l. VII.

Quid enim Verginius armis] Quid fuit quod Verginius, Galba, et Vindex conjurarunt Neronem ex Imperio deturbare?

222 *Cum Vindice Galba*] Verginius Ruffus Germanici ductor exercitus. Julius Vindex Galliæ Proprætor, cujus milites primi a Nerone desciverunt. Sergius Galba Hispaniæ Præfectus occiso Nerone Imperium adeptus est, ultro cedente et annitente Verginio.

223 *Quid Nero tam sæva, &c.*] Quid fecit Nero, quo omnium in se odium concitaret, et a conjuratis auctore Senatu occideretur? Nempe quod sordidis illis artibus gauderet, ac totus incumberet, histrionicæ, saltatoriæ, citharisticæ, &c. nihil vero generoso Principe dignum moliretur. Hunc versum tamen omnino rejiciunt nonnulli.

225 *Peregrina ad pulpita*] Neapoli, in Achaia, et aliis quoque locis. Vide supra.

Saltu] Legunt alii, *cantu*.

Prostitui, Graiæque apium meruisse coronæ.
Majorum effigies habeant insignia vocis:
Ante pedes Domitî longum tu pone Thyestæ
Syrma, vel Antigonæ, seu personam Menalippes,

apium Græcæ coronæ. Avorum statuæ possideant ornamenta cantus tui, *tuque ad pedes Domitii colloca prolixum syrma Thyestæ, sive Antigonæ, vel larvam Mena-*

mentio facta vs. 220.—226 *grataque* 60. 65.—227 *habent* 45. 46. 47. 49. 50.—228 abest a 24. *Thyestem* 15.—229 *Sirma, aut* 12. *Antigones* 10. 11. 12. 14. 15. 17-27. 45. 46. 47. 49. 50. 54-58. 60-69. 71-74. *Antigonis* 16. *Antigoni* 77. *Antiopes* Gronov. ad Gell. v. 11. extr. nescio utrum auctoritate librorum, an lapsu memoriæ. *tu* pro *seu* 12. 14-18. 20. 21. 22. 24. 45. 49. *Menalippi* 1. 11. 26. Vetus scholion est: *Menalippus* est, qui Tydeum occidit. In *Mela-*

NOTÆ

226 *Prostitui*] Metaphora a vilibus scortis.

Graiæque apium meruisse coronæ] Quippe Nero in Olympicis cantavit, et coronatus est, cum his ludis agona musicum adjecisset. Vide Alex. ab Alex. v. 8.

Apium meruisse coronæ] In Isthmicis ac Nemeis certaminibus victores Apio coronabantur. Hinc Plin. xix. 8. 'Honos,' inquit, 'Apio in Achaia coronare victores sacri certaminis Nemeæ.' Idem xx. 11. de Apio multa. Vide Plutarch. quæst. convival. l. v. q. 3. et l. vii. q. 2. Item Cœl. Rhodig. vi. 19. et xiii. 17.

227 *Majorum effigies habeant, &c.*] Cum nihil habeas aliud quo exornes statuas majorum tuorum, o Nero, affer ea tuæ vocis et cantus insignia, coronam illam ex Apio, et quæ per scenicas artes præmia atque ornamenta consecutus es. Sarcasmus admodum gravis.

228 *Ante pedes Domitî*] Ad effigies utriusque Domitii, tam atavi quam patris tui.

Longum tu pone Thyestæ Syrma] Non relata ex hoste spolia opima, ut ceteri, sed theatrales quas induisti vestes, nimirum cum egisti personas Thyestis, vel Antigones, vel Menalippes. Diversas tamen ab his actas a Nerone refert Suetonius Ner. c. 21. ubi ait: 'inter cetera cantavit Canacen parturientem, Orestem matricidam, Œdipum excæcatum, Herculem insanum.'

Thyestæ] Vide Annot. Satir. vii. vs. 73. ad vocem, *Atreus*.

Longum syrma] Oblongam vestem Tragœdiæ usitatam. Nomen a σύρω, *traho*. Pallam vocant Latini, et ab Æschylo repertam ait Horatius ad Pisones vs. 278.

229 *Antigonæ*] Hæc fuit Œdipi filia, atque excæcati dux, de qua Tragœdias scripsere Sophocles et alii.

Seu personam Menalippes] Larvam qua vultum obtexisti, in fabula Menalippes. Sueton. mox cit. 'Tragœdias quoque cantavit personatus,' &c. Agell. v. 7. *personam* a *personando* derivari, auctor est; sed malim cum Scaligero, dictam quasi περὶ σῶμα. Vide quæ notavi ad Sat. iii. 175. et vi. 70.

Menalippes] Hæc puella de Neptuno gravida Bœotum peperit. Varro de Re Rustica, ii. 5. 'Scio,' inquit, 'hunc esse qui filios Neptuni e Menalippa servarit, ne infantes in stabulo grex boum obtereret.' Ibi nimirum enixa erat Menalippe.

Et de marmoreo citharam suspende colosso.
Quid, Catilina, tuis natalibus, atque Cethegi
Inveniet quisquam sublimius? arma tamen vos
Nocturna, et flammas domibus, templisque parastis,
Ut Bracatorum pueri, Senonumque minores,

ippes, atque lyram appende ad colossum marmoreum. Ecquis reperiet aliquid illustrius tuu, o Catilina, ac Cethegi origine? Vos nihilominus noctu ferrum atque ignes ad ædes et fana comparastis, non secus ac filii Braccatorum, atque Senonum posteri,

nippus dicitur aliis, v. c. Apollod. III. 6. 8. ubi v. Heyne p. 629. sqq. Cf. Reines. Var. Lect. III. 2. p. 374. et Intpp. Gell. v. 11. ubi similiter *Menalippe* pro *Menalippa* in quibusdam libris legitur. *Melanippes* emend. h. l. Munker. ad Hygin. fab. 186. quem vide. Conf. et Thys. ad Gell. l. l. et Ernesti ad Cic. Tusc. Qu. III. 9.—231 *Quis* 45. 50. 61-69. 71-74. 77. *Qui* 49.—232 *Inveniat* 14. *quidquam* 61-69. 71-74.—233 *et* abest a 16. *paratis* 22. *et flammam templis domibusque parastis* 11.—234. 235 absunt a 13. *bracatorum* 17. 19. 23.

NOTÆ

230 *Citharam*] Quam 'a Judicibus delatam stolide Nero adoravit, atque ad Augusti statuam ferri jussit.' Sueton. Ner. c. 12.

Marmoreo suspende colosso] Ad ingentem e marmore Augusti statuam. Sunt qui de Neronis intelligant effigie centum decem pedes alta; verum hanc ex ære factam refert Plin. XXXIV. 7.

Colosso] Plin. loco mox cit. 'Moles excogitatas,' inquit, 'videmus statuarum, quas colossos vocant, turribus pares.—Ante omnes autem in admiratione fuit Solis colossus Rhodi, septuaginta cubitos altus,' &c. Hic in Rhodiorum portu erectus erat, ita divaricatis cruribus, ut inter ea transirent naves extensis velis. Colossos dici a Colosso inventore scribit Festus. At, hiantis vastæ inanitatis ratione, velut κόλον ὅσσον, vocari, ait Cœl. Rhodig. XVII. 16.

231 *Quid, Catilina, tuis natalibus, &c.*] Probat Poëta exemplis nobilissimos interdum pessima fuisse meditatos: humiles autem præclara.

Catilina, Cethegi] Hi cum Lentulo, Gabinio, Statilio, et aliis conjurarunt ad opprimendam patriæ libertatem. Sallust. Appian. &c.

232 *Arma tamen vos nocturna*] Cic. Catilin. 1. 'Descripsisti urbis partes ad incendia.—Occupaturum te nocturno impetu confideres.—Obliviscere cædis atque incendiorum.'

234 *Ut Bracatorum pueri, &c.*] Perinde ac si fuissetis filii Gallorum, qui Romam ferro flammaque devastarunt. De quibus Flor. I. 13. &c.

Bracatorum] 'Provincia Narbonensis appellatur pars Galliarum quæ interno mari alluitur, Braccata ante dicta.' Plin. III. 4. Nomen a braccis seu femoralibus, quibus ea gens utebatur; braccas autem alii a Græco βραχὺς, alii a ῥάκος dictas volunt: anaxyrides esse et vocari apud Græcos affirmare licet. Vide Cœl. Rhodig. XVIII. 21. Alex. ab Alex. v. 18.

Senonum] In Gallia Celtica sive Lugdunensi continentur Senones, teste Plinio, IV. 18. 'Horum civitas in primis firma, et magnæ apud Gallos auctoritatis,' inquit Cæsar. de Bello Gall. l. v. 'Gens natura ferox, mori-

Ausi, quod liceat tunica punire molesta.
Sed vigilat Consul, vexillaque vestra coërcet.
Hic novus Arpinas, ignobilis, et modo Romæ
Municipalis Eques galeatum ponit ubique
Præsidium attonitis, et in omni gente laborat.
Tantum igitur muros intra toga contulit illi

non veriti perpetrare *quod gravi tunica fas sit vindicare.* At observat Consul, et vestra signa cohibet. *Ille recens Arpinas humilis, ac Romæ nuper Eques Municipii, armatas passim cohortes locat stupefactis, atque in cunctis regionibus operam navat. Ergo toga tantum et famæ ac nobilitatis attribuit intra mœnia, quantum*

27. 45-47. 49. 61-64. 68. 71. *brachatorum* 24. 60. *bracchatorum* 50. 65.—235 *deceat* pro *liceat* 26.—236 *nostra* 21.—237-243 ejecti e 13.—239 *in omni monte* 1. 75. prob. Rigalt. Vetus scholion est: '*monte*, quia in montibus condita est Roma. Legitur et *in omni ponte*, propter Molvium, (Milvium) ubi Catilinæ conjurati et Allobroges deprehensi sunt.'—240 *inter* 26.—241 *ac* pro *et* 12.

NOTÆ

bus incondita, ad hæc ipsa corporum mole, perinde armis ingentibus adeo terribilis, ut ad hominum interitum, urbiumque stragem nata videretur.' Flor. I. 13.

235 *Tunica molesta*] Vestis erat e charta, cannabe, stuppa; illinebatur bitumine, resina, pice; tum circumdabatur iis qui grave quidpiam et maxime incendia moliti fuerant: qua demum incensa vivi comburebantur. Vide Brod. Miscell. II. 9. et 10. Item quæ notavi Sat. I. 155. ad hæc verba: 'Tæda lucebis in illa.' Martial. Epig. X. 25. 'Nam cum dicatur tunica præsente molesta.'

236 *Vigilat Consul*] Cicero, quem vide in Catilin. Item Sallust. &c.

Vexillaque vestra coërcet] Exercitus a conjuratis adversus Rempublicam comparatos reprimit, ac sedulo cavet ne quid Respublica detrimenti capiat.

Vexilla] Cohortes erant divisæ in centurias, et harum singulis sua erant vexilla. Veget. l. II.

237 *Novus Arpinas*] Ita vocabant Ciceronem ejus inimici, in contemptum. Sallust. *Novus* homo, id est, nullis ante majoribus illustris. *Arpinas*, ortus ex Arpino Volscorum oppido. Regio tamen Volscorum sanguine, patre Equestris Ordinis, natum Ciceronem scribunt Plutarch. atque Euseb.

238 *Municipalis Eques*] Qui nuper venit Romam ex Arpino municipio, et in Equestrem Ordinem est ascitus.

Municipalis] Municipes a muneribus capessendis vocati sunt aliarum Italiæ urbium incolæ, qui et suis legibus utebantur, atque honorum cum Populo Romano erant participes, nullis præterea necessitatibus astricti, neque lege ulla Populi Romani. Vide Gell. XVI. 13. Alex. ab Alex. IV. 10.

Galeatum ponit ubique præsidium] Instructum armis ad urbis tutelam, et communem Reipublicæ salutem adversus nefaria Catilinæ consilia.

239 *Attonitis*] Ad confirmandos animos civium tam scelerata conjuratione perculsorum.

In omni gente laborat] Quidam legunt, *in omni monte*, id est, in singulis urbis regionibus. Itaque vel in urbe,

Nominis, et tituli, quantum non Leucade, quantum
Thessaliæ campis Octavius abstulit udo
Cædibus assiduis gladio. Sed Roma parentem,
Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.
Arpinas alius Volscorum in monte solebat
Poscere mercedes alieno lassus aratro,
Nodosam post hæc frangebat vertice vitem,

Augustus Leucade, quantum in agris Thessalicis non reportavit, ense madido crebra strage. At Roma parentem, Roma servata patrem patriæ Ciceronem nuncupavit. Alter Arpinas aliorum aratro fatigatus in collibus Volscorum pretium repetere con-

---

4-24. 45. *nec Leucade* 24.—242 *attulit* 15. 21. 22. 26.—245-268 extrusi e 13. *Harpinas alius Vulscorum* 11. *in* abest a 20.—247 *Neptosam* 16. *posthac* 15. 24. *ergore* poëta forsan scripsit pro *vertice*. Tergum certe, non, quod sciam,

NOTÆ

vel in omnibus Italiæ locis opportunis præsidia collocat ad frangendos conjuratorum conatus.

240 *Tantum igitur muros intra, &c.*] Cicero tam celebre sibi nomen fecit in pace per suam prudentiam, quantam Augustus gloriam vix est adeptus Actiaca Philippicaque victoria.

241 *Quantum non*] Quia sanguine civium stetit Augusti gloria: non ita vero Ciceronis.

Leucade] Leucas sive Leucadia Insula est oræ Epiri occiduæ proxima, non procul Actio, ubi navali prælio Antonium et Cleopatram Augustus debellavit.

242 *Thessaliæ campis*] Pharsalicis, ubi Cæsar Pompeium; et Philippicis, ubi Cassium et Brutum profligavit Augustus.

Udo cædibus assiduis gladio] Nam pugnæ istæ fuerunt admodum cruentæ.

243 *Sed Roma patrem patriæ*] Roma vero conjurationis Catilinariæ metu et periculo liberata honorificum illud patris patriæ nomen Ciceroni detulit. Plin. VII. 30. 'Quo te, M. Tulli, piaculo taceam?' inquit, 'Salve primus omnium patriæ parens appellate. Primus in toga triumphum, linguæque lauream merite,' &c. Patrem patriæ Ciceronem in Senatu primum a Catone salutatum scripsere Plutarchus et Appianus: verum hos graviter redarguit Lipsius Var. Lect. III. 20. asseritque ex ipso Tullio, hoc ipsi decus primo attributum a Q. Catulo Senatus Principe. Certe pro P. Sextio; 'Q. Catulus,' inquit, 'et multi alii sæpe in Senatu patrem patriæ me nominarant.' Et in Pisonem: 'Me Q. Catulus Princeps hujus Ordinis et auctor publici consilii frequentissimo Senatu patrem patriæ nominavit.'

245 *Arpinas alius*] C. Marius ex Arpino similiter oriundus obscuro loco, tamque pauper, ut agros alienos mercede conductus araret: postea summus evasit Imperator, et septies Consul fuit; imo tertius Romæ conditor meruit appellari. Plutarch.

Volscorum in monte] Apud Volscorum in Latio regionem collibus inæqualem, suam patriam. Nam Arpinum in Volscis est.

247 *Nodosam post hæc, &c.*] Postea seu faber, seu gregarius miles castra

Si lentus pigra muniret castra dolabra.
Hic tamen et Cimbros, et summa pericula rerum
Excipit, et solus trepidantem protegit Urbem.
Atque ideo, postquam ad Cimbros, stragemque volabant,
Qui nunquam attigerant majora cadavera, corvi,
Nobilis ornatur lauro collega secunda.

sueverat; deinde vitem nodis asperam *capite rumpebat, quando lenta ascia tardus castra struebat: attamen is et Cimbros, atque ultima rerum discrimina sustinet, et civitatem pavidam unus defendit: proindeque cum ad Cimbros et cædem advolarent corvi, qui nunquam tetigerant ampliora corpora, collega illustris altera laurea in-*

---

caput, ita cæsum esse legimus, v. c. ap. Tac. Ann. I. 23. et alios.—249 *Hinc*

NOTÆ

secutus est, et in aggere struendo laboravit. Vide Veget. l. II.

Frangebat vertice vitem] In sua cervice vel tergo vitem frangi patiebatur vapulando a Centurione lentam operam castigante. Tit. Liv. l. LVII. 'Scipio,' inquit, 'quem militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset, vitibus cædebat; si extraneus, fustibus.' Corn. Tacit. Annal. 1. 'Centurio Lucilius interficitur, cui militaribus facetiis vocabulum, cedo alteram, indiderant; quia fracta vite in tergo militis, alteram clara voce ac rursus aliam poscebat.' Plin. XIV. 1. 'Quid quod inserta castris summam rerum Imperiumque continet? Centurionum in manu vitis et opimo præmio tardos ordines ad lentas perducit aquilas, atque etiam in delictis pœnam ipsam honorat.' Vide Cœl. Rhodig. l. XXVI. capite ultimo. Alex. ab Alex. I. 20. et II. 13.

249 *Cimbros*] Boreales maxime Germanos, hodie, *Danos* et *Holsatios*, quos infestis armis Italiam ipsamque Romam appetentes, victis jam ante Teutonis, profligavit Marius, et cecidit centum quadraginta millia, cepit sexaginta millia. Vide Flor. III. 3. Plutarch. in Mario. Liv. l. LXVIII.

250 *Solus trepidantem protegit urbem*] 'Actum erat nisi Marius illi sæculo contigisset:' inquit Flor. cit.

252 *Nunquam attigerant majora cadavera*] Nam 'Cimbri præ Italis ingentes. Et Teutonum rex captus insigne spectaculum triumphi fuit. Quippe vir proceritatis eximiæ super trophæa ipsa eminebat.' Flor. cit. Et apud Plutarch. Cimbri robur ostentantes per nives Alpium juga nudi conscendunt, tum lata scuta corporibus supponentes præcipiti per loca prærupta descensu desiliunt. Deinde velut gigantes vastas arbores trahunt in fluvium; et terræ aggeres ac cæsas trabes comportant. Quibus territi plures Rom. castra deseruere.

253 *Nobilis ornatur lauro Collega secunda*] Q. Catulus ipse nobilis Marii Collega secundo tantum loco triumphat, Marius vero licet novus homo primas tulit. Nam et præcipuam rei gestæ gloriam Mario attributam, referunt Livius et Plutarchus: adeo ut primores civitatis qui prius ut novo homini tantos honores inviderant, conservatam ab eo rempublicam faterentur et prædicarent. Liv. l. LXVIII.

Lauro collega secunda] Potest etiam intelligi de Mario, qui oblatum pro devictis Teutonibus triumphum distulit, donec et Cimbros, junctis cum

Plebeiæ Deciorum animæ, plebeia fuerunt
Nomina: pro totis legionibus hi tamen, et pro
Omnibus auxiliis, atque omni pube Latina
Sufficiunt Dis infernis, Terræque parenti:
Pluris enim Decii, quam quæ servantur ab illis.
Ancilla natus trabeam, et diadema Quirini,

ignitur. Deciorum animæ e plebe fuerunt, et *appellationes plebeiæ: illi nihilominus pro universis legionibus, et pro cunctis præsidiis, totoque Latii populo satisfaciunt Inferis Numinibus ac Telluri matri. Decii quippe majoris* æstimantur, *quam qui per eos conservantur. Optimorum ille regum postremus serva ortus,*

21.—253 *ornatus* 48.—255 *pro tantis* 21. *ii tamen* 64.—256 *plebe* pro *pube* 11. 17. 20. 21. 22. 24. 25. 27. 29. 46-48. 50. 54. 58. 61-69. 71-74.—257 *patenti* 16.—258 *erant* pro *enim* 16. *qui* 10. 16. 17. a m. sec. 18-24. 26. 45. 46. 47. 49. 50. 54. 55. 60. 62. 65. 68. 69. 71-73. 77. *istis* 22.—259 *Ancillæ*

NOTÆ

2. Catulo copiis, debellavisset: tunc enim lauro iterum merita exornatus est, atque ut ait Livius mox cit. pro duobus triumphis qui offerebantur, uno contentus fuit.

254 *Plebeiæ Deciorum animæ*] Deciorum origo plebcia, illi tamen virtute nobilitati sunt.

255 *Pro totis legionibus hi tamen, &c.*] Decius uterque pro incolumitate et victoria populi et exercitus Romani se devoverunt solemni ritu: pater quidem P. Decius, bello Latino: de quibus Tit. Liv. VIII. 9. et seq. Filius autem P. item Decius exemplo patris se devovit pariter Diis manibus, in bello adversus Etruscos, Samnites, Gallos. De quibus Liv. X. 28. et seq. Vide et Macrob. III. 9.

256 *Auxiliis*] Copiis auxiliaribus.

Pube] Legunt alii, *plebe:* aliter *pube*, id est, juventute Latina seu Romana.

257 *Sufficiunt Dis Infernis*] Credebant veteres ita se devovendo converti in se ac derivari aliorum pericula et mala impendentia; placatosque sua morte Deos Manes jam parcere ceteris, atque illis opitulari.

Terræque parenti] Plin. II. 63. 'Uni,' inquit, 'Terræ, propter eximia merita, cognomen inditum maternæ venerationis. Sic hominum illa ut Cœlum Dei. Quæ nos nascentes excipit, natos alit, editos sustinet, novissime complexa gremio jam a reliqua natura abdicatos tum maxime ut mater operiens,' &c.

258 *Pluris enim Decii, quam, &c.*] Quibus Dii receptis jam placantur, ac ceteros dimittunt: quin et in illorum gratiam, Romanis omnibus salutem et victoriam donant.

259 *Ancilla natus*] Servius Tullius matre vel serva, vel certe captiva natus. De quo vide Liv. I. 39. et 41. ubi cum trabea et lictoribus prodire, ac sede regia sedens quædam decernere narratur.

Trabeam] Vestem regalem, quam vocat 'togam purpura circumdistinctam, subtegmine puniceo,' Dionys. Halicarn. l. II. sub finem. 'Trabeis usos accipio reges,' inquit Plinius VIII. 48. Quod hominem transbeat, et summo honore decorat, trabeam dici vult Isidorus: alii, quod pannorum trabibus intertexta sit. Appo-

Et fasces meruit regum ultimus ille bonorum.
Prodita laxabant portarum claustra tyrannis
Exulibus juvenes ipsius Consulis, et quos
Magnum aliquid dubia pro libertate deceret,
Quod miraretur cum Coclite Mucius, et quæ

dignus fuit regio *paludamento, ac Romuli corona et fascibus.* Contra vero *Tyrannis extorribus occlusas fores aperiebant* ac *tradebant Consulis ipsius filii, quos etiam oporteret* exequi *pro ancipiti libertate quiddam ingens, quod stuperet*

14.—263 *de libertate* 16. *decebat* 77.—264 *Codice* 23. 24. *Mutius* 17. 18. 19. 21. 23. 24. 45-50. 58. 60. 64-67. Sed Græci eum appellant Μούκιον Σκαιόλαν.

NOTÆ

site distinguas triplicem: unam Diis sacram e purpura sola; alteram e purpura immixto albo Regibus usitatam et Consulibus; tertiam Augurum, e purpura et cocco. Alex. v. 18. &c.

Diadema] Pannus erat, quo velut fascia caput circumligabant Reges. A διαδέω, *redimio*, *cingo*.

260 *Fasces*] De his Satir. v. 110. Regibus etiam præferebantur, testibus Livio, Dionys. &c.

Meruit] Insigni sua virtute et sapientia.

Regum ultimus ille bonorum] Post Servium quidem Tullium, Rex fuit Tarquinius Superbus, at bonis Regibus nequaquam accensendus.

261 *Prodita laxabant, &c.*] Tarquinios urbe pulsos ope Consulis Junii Bruti, hujus filii Titus et Tiberius cum aliis quibusdam nobilibus eos revocare nefarie conjurarunt: unde et ab ipso patre constanter neci addicti sunt. Liv. initio l. 2. Plutar. &c.

263 *Dubia libertate*] Nondum bene asserta et firmata, conantibusque regnum recuperare expulsis regibus.

264 *Quod miraretur*] Quod esse posset admirationi simul et exemplo generosis illis Romanæ libertatis et patriæ amantibus.

Coclite] Horatius Cocles, amisso oculorum altero in pugna quadam, ita dictus, sed multo clarior ex eo quod, Porsenna rege Etruscorum pro restituendis Tarquiniis in Romanos decertante, pro ponte sublicio stetit, unusque aciem hostium sustinuit, donec pons a tergo interruptus aditum præcluderet: tum desiliens in Tiberim ad suos transnavit. Ob hoc ei tantum agri publice datum, quantum uno die circumarari posset: statua quoque in Vulcanali est erecta, seu in Comitio. Liv. II. 9. et seq. Aurel. Victor. &c.

Mucius] C. Mucius Cordus, nobilis adolescens, cui postea a dextræ manus clade Scævolæ cognomen inditum, ut ait Livius, nimirum quod exustæ loco dextræ uteretur sinistra, quæ Græcis σκαιὰ *Scæva*, et per diminut. *Scævola:* vel a σκαιὰ et vola. Hic obsideri populum Romanum indignum ratus, in Porsennæ castra penetravit, ipsumque Regem, si purpurati qui aderat similitudo non fefellisset, bellumque pariter omne sustulisset. Adeo facere et pati fortia Romanum est. Quo insuper manum igne cremante stupefactus rex, acceptis obsidibus, a Romano bello destitit. Vide Liv. II. 12. Aurel. Victor. &c.

:mperii fines Tiberinum virgo natavit.
)cculta ad Patres produxit crimina servus
Matronis lugendus: at illos verbera justis
Afficiunt pœnis, et legum prima securis.

Mutius, et Cocles; et puella quæ Tiberim limites Imperii transnavit. Ad Senatores rcana scelera detulit famulus matribusfamilias deplorandus: Eos autem justo lectunt supplicio plagæ et prima legum securis. Pluris æstimo ut *parentem ha-*

—265 *finem* 25. 27. 46. 47. 49. 50. 54-60. 64. 65.—266 *producit* 61. *conluxit* 11. 19. *eduxit* 2. 3. 6. 7. 14-18. 20. 22. 23. 24. 29. *deduxit* !1. *cum duxit* 45. Schurzfl. suspicabatur, in prisco aliquo cod. primam yll. fuisse detritam, quam deinde librarii pro lubitu commenti sint.—267 *leendus* 21. *ast* 16.—268 Hæc verba aliquando putabam a librariis transpo-

NOTÆ

265 *Imperii fines*] Nondum ultra Tiberim prolatos, quo ab Etruscis discernebatur Romanum Imperium.

Tiberinum virgo natavit] Clœlia virgo nobilis, inter obsides Porsennæ lata, frustrata custodes, equum, quem sors obtulit arripuit, trajectoque Tiberi, agmen sociarum Romam reduxit. Aurel. Victor. Tit. Liv. II. 13.

266 *Occulta ad Patres produxit crimina servus*] Conjurationem de reducendis in urbem regibus Aquiliorum servus indicavit. 'Præmium indici pecunia ex ærario, libertas et civitas data. Ille primum dicitur vindicta liberatus, et vindictæ nomen ab eo tractum: Vindicius enim vocabatur.' Tit. Liv. II. 5.

267 *Matronis lugendus*] An quod fuisset libertatis auctor et patriæ servator per indicium, ideo lugeri dignus extitit; quemadmodum annuo luctu Bruti mortem matronæ prosecutæ sunt? An, quod ait vetus Schol. 'Ob Lucretiam vindicatam, et quod sub Tyranno vim patiebatur castitas matronarum?' An quia, ut idem subjungit, Vindicium Brutus 'ut conservatorem patriæ manumisit, at velut delatorem dominorum cruci affixit: quod factum matronæ planxerunt.'

Matronis] Gell. XVIII. 6. docet quæ matrona proprie, quæ materfamilias diceretur.

At illos] Bruti et Aquilii filios, aliosque conjuratos, libertatis et patriæ proditores.

Verbera, &c.] Nam ut ait Liv. cit. 'Consules in sedem processere suam, missique lictores ad sumendum supplicium nudatos virgis cædunt, securique feriunt: cum inter omne tempus pater vultusque et os ejus spectaculo esset; eminente animo patrio inter publicæ pœnæ ministerium.'

268 *Legum prima securis*] An quod prima hæc fuerit animadversio secundum leges restitutas, cum Regum arbitrio omne jus antea contineri videretur? An quod omnia jura insigniaque primi Consules tenuere, quodque Brutus prior concedente Collega fasces habuit, qui non acrior vindex libertatis, quam deinde custos fuit? Hæc Liv. initio l. II. An quod hæc prima fuerit ultio, ex quo Brutus populum jurejurando adegerat, neminem Romæ regnare, nec esse quicquam in urbe passuros, unde periculum libertati foret? Tit. Liv. ibid. Virgil. Æneid. VI. sub finem: 'Vis et Tarquinios reges; animamque superbam Ultoris Bruti, fascesque videre

Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis
Æacidæ similis, Vulcaniaque arma capessas,
Quam te Thersitæ similem producat Achilles.
Et tamen, ut longe repetas, longeque revolvas
Nomen, ab infami gentem deducis asylo.
Majorum primus quisquis fuit ille tuorum,

beas Thersiten, siquidem fueris par Æacidæ, atque Vulcani tela contrectes, quam ut Achilles gignat te parem Thersitæ. Ac nihilominus quantumvis longe trahas appellationem ac longe derives, ab asylo turpi depromis originem. Quicumque pri-

sita esse et in hunc ordinem redigenda: *at illos verbera justis Afficiunt legum pœnis, et prima securis*, h. e. primum in libera republ. adversus reos adhibita. At nunc mihi vulgata lectio præferenda videtur.—272 Versus ab alia manu scriptus in 10.—274 *Majorum quisquis primus* 10. 19. 20. 21. *Quisquis majorum*

NOTÆ

receptos? Consulis imperium hic primus sævasque secures Accipiet, natosque pater nova bella moventes Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit Infelix.'

269 *Malo pater tibi sit Thersites*] Præstaret te filium esse hominis triobolaris, ignavi, ridiculi, modo tu bonus et fortis esses; quam bono fortique natum, degenerem improbum et socordem esse.

Thersites] Hic in exercitu Græcorum iners æque ac procax, fœdus ac turpis, Achilli etiam ausus convitiari, ab eo ictu pugni interfectus est. Homer. Iliad. II.

270 *Æacidæ similis*] Achilli, vel cuipiam alteri Æacidarum generoso similis, dignusque Æaco patre, qui ob justitiæ famam judex apud Inferos a Plutone constitutus fertur.

Vulcaniaque arma capessas] Invicta, qualia rogatu Thetidis matris Achilli fabricavit Vulcanus: eaque tam scite capessas, quam Achilles olim juvenis, per hoc ab Ulysse detectus et ad bellum Trojanum abductus.

271 *Achilles*] Thetidis ac Pelei filius, Græcorum fortissimus; Hectoris interfector, Trojæ expugnator, tantæ dux generositatis, ut si quem bellatorem egregium et invictum imperatorem prædicare velis, Achillem nomines. Vide Gell. II. 11.

273 *Asylo*] Ab α privativo et συλάω, diripio, asylum vocatur locus profugii, in quem confugientes facinorosi quilibet ac legibus obnoxii impunitatem et securitatem nanciscuntur. Primum Athenis asylum instituisse dicuntur Herculis posteri, formidantes eo mortuo, ne in se ulciscerentur ii quos avus vexarat. Eorum exemplo Romulus asylum sed alia mente fecit, nimirum ut novam urbem a se conditam incolis brevi repleret. Livius, Florus, Plutarchus, &c. Etiam apud Israëlitas fuerunt urbes refugii jussu Dei per Moysem institutæ, non pro ipsis tantum, sed et pro advenis ac peregrinis. Numeror. c. 35.

Infami asylo] Nam sine ullo discrimine servus an liber, integer an sceleratus, omnes illuc admisit Romulus, quin et iis domestica fugientibus mala sponsorem se dabat, per speciem religionis erga Deos, nihil eos ab inimicis accepturos detrimenti, ac si apud se manerent, civitatis jus daturum, et partem agri quem bello quæsiisset.

ut pastor fuit, aut illud, quod dicere nolo.

us extitit avorum tuorum, is vel pastor fuit, vel id quod eloqui renuo.

rimus 16.—275 *aut aliud* 25. 46. 48. 49. 57. 59. 60. 65. *aut id quod* 45.

NOTÆ

Dionys. Halicarn. l. II.

275 *Pastor fuit*] Collegit enim prino pastores Romulus et ipse pastor, atque adolescens inter pastores latrocinatus: Eutropio teste, initio Libri primi. Varro de Re Rust. II. 1. 'Romanum,' inquit, 'populum a pastoribus esse ortum quis non dicit? Quis Faustulum nescit pastorem fuisse, nutritium et educatorem Remi ac Romuli,' &c.

Illud, quod dicere nolo] Præ pudore et verecundia nimirum: sicarius, parricida, latro, raptor, spurius, sacrilegus, &c. nam ex ejusmodi hominum colluvie conflatus est initio populus Romanus. Ipsum quidem Romulum jam, ex Eutropio, latronem diximus; fratricidam omnes referunt; spurium satis indicant tum alii cum Dionys. Halicarn. l. II. ubi ait, Remum quidem ac Romulum per matrem ab Ænea ortos; at de patre eorum nihil esse certi. Adde incestuosam eorum matrem Iliam; et raptores Sabinarum virginum Romanos. Justinus lib. XXXVIII. 'Tales,' inquit, 'Reges Romani habuere, quorum etiam nominibus erubescant: aut pastores Aboriginum, aut haruspices Sabinorum, aut exules Corinthiorum, aut servos vernasque Tuscorum; aut, quod honoratissimum inter hæc nomen, Superbos,' &c.

EXCURSUS

AD SAT. VIII. 7.

Hic versus legitur in 1. 8. 9. 14. 37. 43. 70. 75. 76. 77. sed abest ab 10-13. 15-27. 31 b. 45-50. 54-69. 71-74. Primus eum revocavit Lipsius, qui in Epist. Quæst. IV. 15. monet, illum non de trivio esse et ad rem aptissimum. Mea qualicumque sententia nullum fere verbum in eo non suspectum est: unde asterisco illum notavi. *Corvinum* modo memoraverat poëta; quare *Cornelium* certe, vel *Cominium*, vel *Cornutum*, vel *Carvilium* pro eo substituendum esse suspicari possis. Deinde voc. *posthac* alienum ab h. l. est, ne dicam ineptum. Præterea pro *contingere*, quod non nisi in 1. extat et glossam redolet, in reliquis libris legitur *dedu-*

cere, unde commodam sententiam non nisi fidiculis adhibitis elicies: quæ saltem non exoritur, si *virgam* de lictoribus, vel prælatis virgarum fascibus, et verbum *deducere* de iis, qui officii causa magistratus comitabantur, acceperis. Denique hoc versu ejecto nihil est, quod in h. l. amplius desiderare possis.—Olim quidem opinabar, scribendum esse *diducere*, quod sæpius cum *deducere* confunditur, et in varias partes ducere, separare, significat, vel: *multam deducere virgam* (a) *Fumosis...magistris*, h. e. genus s. stemma deducere, demissum habere ab illis. Sed nunc neutra ratio mihi arridet, et vix dubito, quin totus versus, in quo quodvis pæne verbum est asperum ac durum, non emendandus sit, sed damnandus.

EXCURSUS

AD SAT. VIII. 147.

DAMASIPPUS ex 10-12. 14-27. 45-50. 54-69. 71-74. 77. restitui h. l. et vs. 151. et 167. ubi vetus Schol. monet, ita legi in aliis codd. Hæc lectio firmatur omnium fere librorum auctoritate, et h. l. aptissima est. Ficto nomine designatur vir nobilis et δαμασίππος, domitor equorum, qui vulgo Græcis ἱππόδαμος dicitur. *Damasippus* etiam cognomen fuit Liciniæ gentis, et notissimus Prætor, qui Carbonem interfecit; (v. Vellei. II. 26. et Cic. ad Div. IX. 21.) nec non alius, qui statuas amabat, de quo v. Horat. Sat. II. 3. Cic. ad Att. XII. 29. 33. et ad Div. VII. 23.

Lateranus 70. 75. 76. 81. 82. et 1. inf. vs. 167. Ita quoque significatur quilibet nobilis, vel summus magistratus: nisi re vera talis olim Lateranus vixit. Ex hac familia clarissimus fuit Plautius Lateranus, Messalinæ adulter et Consul designatus a. U. C. DCCCXIX, quo in Neronem conjuravit et occisus est: v. Tac. Ann. XI. 30. 36. XIII. 11. XV. 49. 60. *Lateranorum egregiæ ædes*, quarum mentio fit inf. X. 17. sitæ in Cœlio monte, quo loco deinde extructa

). Joannis ædes sacra et basilica, quæ a Constantino M. ono data est Sylvestro, summo Pontifici, et vulgo nunc *Lateranum* dicitur.

EXCURSUS

AD SAT. VIII. 190.

Vox *triscurria* in omnibus fere libris legitur, sed expeditu lifficillima est. Fortasse ita dicuntur admodum vel extreme scurrilia scil. facinora, ut *triparcus, trifur, trifurcifer, triportentum, trismegistus, triveneficus, triperditus.* Vetus Schol. inepte, ut solet, exponit: jocos, (leg. jocose) tres scurras, (s. currus) nobilium fabulas agentes; dictum, quia *tres* simul exeant, quasi aliquid *quærentes*, vel ex emendat. Schurzfl. quamvis alii quærant ista.—Scaliger de Emend. Temp. l. v. et ad Catull. corrigit *transcurria*, ut poëta innuat, patricios *transiisse ad scurras*, orchestram, vel potius ludos, h. e. ex senatoribus factos esse scurras.—Libri non variant, nisi quod *triscuria* exhibent 11. 18. 21. a m. sec. 23. 46-48. 58. 64. de qua lect. Scaliger l. l. ita disputat: ‘ Novi, qui malit scribere *triscuria;* nam *triscurium* ingens cura, ut est reipublicæ, quæ sane cura digna fuerat patriciis. Priscianus: Composita a verbo *Curo, Securus, Obscurus, Tricurium.* Festus ex Livio: *Solicuria in omni re curiosa.*’—*tricharia patriciorum* conj. Petitus ad leges Att. p. 245. sqq. (p. 329. ed. Wegel.) quoniam spectaverint cruciarium Laureolum in *tricha* destitutum.—*strictoria* omnino legendum putabat Is. Voss. ad Catull. p. 55. 56. ubi hæc notavit: Sic vocabantur tunicæ strictæ, quibus non histriones tantum et comœdi, sed et ipsi quoque patricii, et senatores deposita toga et neglecta honoris et dignitatis suæ ratione, in conviviis, in ludis et spectaculis, passim et palam spectabantur.

SATIRA IX.

Scire velim, quare toties mihi, Nævole, tristis
Occurras fronte obducta, ceu Marsya victus.
Quid tibi cum vultu, qualem deprensus habebat
Ravola, dum Rhodopes uda terit inguina barba?
Nos colaphum incutimus lambenti crustula servo.
Non erat hac facie miserabilior Crepereius
Pollio, qui triplicem usuram præstare paratus
Circuit, et fatuos non invenit. Unde repente

O *Nævole, discere cupio, quamobrem sæpe mæstus obvius mihi sis, fronte contracta, velut Marsyas superatus. Quid tibi* est rei *cum facie, qualis erat Ravolæ intercepto* prope *Rhodopen** Nos alapam impingimus famulo placentas delingenti. Mærentior eo vultu non erat Crepereius Pollio, qui vagatur promtus solvere fœnus triplex, atque stolidos non reperit. Unde subito tot rugæ?* Nuper *quidem parte*

2 *Occurris* 11. *seu* 60. *victo* 64.—3-17 ejecti e 18. *vultu* est 19. *deprehensus* 15. 19. 45. 47.—4 abest ab 22. *Navola* 20. *Rabula* 1.—6 *Nec* 45. *Crepereus* 22. *Creperetus* 60. *Creperellus* 23.—7 *Pallio* 21.—9 *unde repente Tot rugæ*

NOTÆ

1 *Scire velim*] Faceta quidem hæc Satira, sed inprimis obscœna. Dialogus est Nævolum inter et Poëtam nostrum de multiplici et infanda veterum illorum turpitudine. Nos per tot lubrica suspenso pede transcurremus, satius existimantes intacta multa relinquere, quam aures mentesque castas inquinari.

Nævole] Hic minister impurus erat senis impudici nomine Virronis.

2 *Marsya victus*] Phrygius ille Tibicen vel Satyrus Apollinem provocare ausus ab eo victus non sine ludibrio, et excoriatus est. Ovid. Metam. vi. Fab. 5. Vide Apuleium Florid. c. 3.

4 *Ravola*] Quidam libidine infamis.

Rhodopes] Hæc meretrix e Thracia insignis pyramidem laudatissimam struxit ex opibus impuro quæstu accumulatis, ne quis regum sumtus et divitias miretur, ut ait Plin. xxxvi. 12. Ejus etiam meminit Herodot. l. ii.

5 *Nos colaphum incutimus*] Servus in facinore deprehensus non impune fert: cur igitur Ravola non plectitur?

6 *Crepereius Pollio*] Luxuria perditus nepos decoctis bonis quærit et circumspicit, quis velit pecunias credere spondenti triplicem usuram; at mœstus abit, quod neminem invenit satis fatuum, qui credat sibi certe nihil reddituro.

8 *Unde repente tot rugæ*] Unde repentina tibi, Nævole, hæc tristitia?

Tot rugæ? certe modico contentus agebas
Vernam equitem, conviva joco mordente facetus,
Et salibus vehemens intra pomœria natis.
Omnia nunc contra: vultus gravis, horrida siccæ
Sylva comæ, nullus tota nitor in cute, qualem
Bruttia præstabat calidi tibi fascia visci:
Sed fruticante pilo neglecta, et squalida crura.
Quid macies ægri veteris, quem tempore longo
Torret quarta dies, olimque domestica febris?

contentus exhibebas servum Equitem, festivus epulo salsa dicacitate, atque acer jocis intra mœnia provenientibus. Cuncta jam mutata: severa facies, aridorum crinium inculta sylva, in omni pelle nullus splendor, qualem conferebat vitta fervente visco inuncta: at crura pullulantibus pilis contemta et sordida. Cur macilentus es tanquam *morbidus antiquus, quem adurit quarta lux pridem, atque febris dudum fami-*

elegantius et haud dubie recte, judice Heins. ad Ovid. Her. Ep. XII. 84. ubi hunc loquendi modum pluribus exemplis firmavit. *habebas* 22.—11 *inter* 24.—14 *Bruttia præstabat calidi tibi fascia visci* 70. 76. 82. ex probabili emendat. Salmasii. *Præstabat calidi tibi Bruscia fascia visci* 75. *Brustia præstabat calidi circum fascia visci* 8. *Bruccia p. c. tibi fascia visci* 9. a m. sec. *Bruccida* cet. 9. a m. pr. Pithœus *Bruscia* sive *fascia* sive *ascia* ex brusco, (de quo v. Plin. XVI. 16.) scribendum arbitrabatur, sed nihil pro comperto affirmare audebat. *Præstabat calidi circumlita fascia visci* 10. 11. 12. 14-27. 45. 55. 57. 59. 60. 65. 77. *Præstabit calidi circumlita fascia visci* 46-50. 54. 58. 61-64. 65. (Paris. 1512.) 66-69. 71-73.—16 *ægri ventris* suspicari possis.—17 *torquet* 15. 23.—18 *depre-*

NOTÆ

9 *Agebas vernam equitem*] Tu verna licet, videbaris esse Eques Romanus, adeo jocularis lepidus et in convivio facetus eras. Jocosa erat apud Romanos appellatio, *Verna Eques.* Quid proprie verna, diximus ad Sat. I. vs. 26.

11 *Intra pomœria natis*] Urbanis, non rusticis et agrestibus. *Pomœrium* vocatur locus ille vacuus prope muros urbis, quem nec habitari fas erat nec arari.

12 *Horrida siccæ sylva comæ*] Capilli velut arbores rigidi, non sunt ut ante unguento delibuti ac nitentes.

14 *Bruttia præstabat calidi tibi fascia visci*] Psilothrum, id est, medicamentum ad depilandum corpus fascia circumligatum. Illud erat e resina, cera, et visco. Plin. XXIV. 4. 'Viscum,' inquit, 'cum resina et cera panos mitigat omnis generis.' Plin. item XIV. 20. cum pudore fatetur resinæ usum esse præcipuum in evellendis e virorum coporibus pilis; et paulo post, picem ac proinde resinam probari maxime Bruttiam, ait. Bruttii vero Italiæ populi tenebant olim Calabriam Citeriorem et Ulteriorem. Porro versus iste in quibusdam ita legitur: 'Præstabat calidi circumlita fascia visci.'

15 *Fruticante pilo neglecta, &c.*] Vide Sat. VIII. vs. 115. Annot.

17 *Quarta dies*] Quartana febris diuturna.

Deprendas animi tormenta latentis in ægro
Corpore, deprendas et gaudia: sumit utrumque
Inde habitum facies. Igitur flexisse videris
Propositum, et vitæ contrarius ire priori.
Nuper enim, ut repeto, fanum Isidis, et Ganymeden,
Pacis, et advectæ secreta palatia Matris,
Et Cererem (nam quo non prostat fœmina templo?)
Notior Aufidio mœchus celebrare solebas,
Quodque taces, ipsos etiam inclinare maritos.
Utile et hoc multis vitæ genus: at mihi nullum

llaris? in corpore morboso reperias occultos mentis cruciatus, reperias quoque lætitiam. Hinc vultus trahit hanc et illam affectionem. Apparet ergo mutasse institutum, atque pergere oppositus præcedenti vivendi modo. *Nam haud ita pridem, sicut revolvo, tu adulter Aufidio famosior consueveras frequentare templum Isidis, atque Ganymedem Pacis, et ædes arcanas parentis adductæ, et Cererem. Enimvero quo* in *fano mulier non se prostituit?* ** *Illud etiam vivendi institutum pluribus*

* * * * * * * * * * * * *

hendas 14. 15. 17. 19. 24. 45. 50. Ita et vs. 19.—19 *utrimque* 22.—22 *Nuper enim comtus fanum* 13. *Ganymedis* sc. fanum 13. et ita corrig. Valla et Flavius Conject. c. 72. At Ganymedi templum fuisse Romæ, haud legere memini. *Ganymeden* pro *Ganymedem* recepi ex 17. Plerique interpretes et Heins. ad Ovid. Met. IV. 46. junguut *Ganymedem Pacis*, putantque ita dici Pacis templum, quod in eo Ganymedes sive ejus simulacrum fuerit, quod colligunt ex prava lectione Martial. VII. 73. 4. *Sive cupis pace, seu Ganymede çoli*. In melioribus ibi libris legitur: *Sive cupis Paphien, seu Ganymede cales.* —23 ejectus e 13. *avectæ* 21. *adductæ* 19. a m. pr. *sacrata* malebat Lubinus. —24 *Cereris* 13. *prostrat* 19. 23. *præstat* 22.—25 *Notus adulterio* 13. *Ausidio* 73. *celebrare* (h. e. frequentare, frequenter invisere) revocavi ex 11. 17-27. 29. 45-50. 55-63. 65-69. 71-74. 77. 81. prob. Heins. ad Ovid. Met. IV. 46. ubi monet, ita in scriptis compluribus legi, quos inspexerit. *scelerare* 8. 54. 64. 70. 75. 76. 82. Sed illud tam satirico poëtæ, quam amico congruentius est.—26-31 extrusi e 13. *Quod taceo atque etiam* 25. *Quod taceo atque ipsos* 10. 11. 12. 14-24. 27. 45-50. 54-69. 71-74. 77. 81. prob. Lubino, qui putabat, hanc

NOTÆ

18 *Deprendas animi, &c.*] Ista tua corporis ægritudo nascitur ex animi quadam ægritudine.

22 *Ut repeto*] Quantum memini, repetens animo.

Fanum Isidis] Vide Sat. VI. vs. 488.

Ganymeden, Pacis] Statuam Ganymedis in Pacis templo prope forum a Vespasiano extructo. Illuc impuri conveniebant. Vide Sat. V. vs. 59.

23 *Advectæ secreta palatia matris*] Ædificatum in palatio Fanum Cybeles e Phrygia Romam advectæ. Vide Sat. II. vs. 101. Sat. III. vs. 138. et Sat. VI. vs. 512.

24 *Cererem*] Templum etiam Cereris, ad cujus ministerium nonnisi castæ admittebantur. Vide Sat. VI. vs. 50. Illud erat Romæ ad circum maximum: Plinio teste XXXV. 12.

25 *Aufidio*] Insigni mœcho.

27 *Utile et hoc multis, &c.*] Huc usque Poëta. Jam Nævolus respondet.

Inde operæ pretium. Pingues aliquando lacernas,
Munimenta togæ, duri, crassique coloris,
Et male percussas textoris pectine Galli
Accipimus, tenue argentum, venæque secundæ.
Fata regunt homines: fatum est et partibus illis,
Quas sinus abscondit. Nam, si tibi sidera cessant,
Nil faciet longi mensura incognita nervi,
Quamvis te nudum spumanti Virro labello
Viderit, et blandæ assidue densæque tabellæ
Sollicitent: Αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα κίναιδος.
Quod tamen ulterius monstrum, quam mollis avarus?
Hæc tribui, deinde illa dedi, mox plura tulisti.
Computat, ac cevet. Ponatur calculus, adsint
Cum tabula pueri. Numera sestertia quinque
Omnibus in rebus: numerentur deinde labores.

est *fructuosum: mihi vero nulla hinc merces laboris. Interdum recipimus crassas penulas, togæ integumentum, asperi ac densi coloris, atque imperite contextas pectine artificis Galli*; item *exile argentum ac venæ secundariæ. Sors homines gubernat.* ** *Attamen quodnam deterius portentum quam avarus effœminatus? Ista largitus sum*, inquit; *post illa dedi, deinde majora accepisti. Numerat et observat; adhibeatur calculus, accedant famuli cum tabella: computa quinque sestertia cunctis in*

παράληψιν esse vel occupationem, poëtamque vel maxime dicere, quod profiteatur se tacere velle. *indignare* 21.—28 *quandoque* 16.—29 *cassique* 60. 65. —30 abest ab 22.—32 *Facta* 18. *in* pro *et* 11. 13. 15. 16. 23. 24. 49. 50. 55. 61. 62. 63. 68. 69. 71-74. 77.—33 *cessent* 10. 12-15. 17. 20. 22. 45.—35-37 ejecti e 13. *Viro* 27. 46. 47. 64. *Virrho* 17.—36 abest a 24. *blande assiduæ* 14. 15. *blande assidueque* malebat Ascens. qui etiam male *tabellas* putabat esse mensas sive convivia. *pictæque tabellæ* 20.—37 v. Excurs. ad h. l.—38 *Quod tantum* 45. Lubinus perperam legendum putabat: *Quid tamen ulterius?* scil. a Virrone pathico accipio, quam quod me desiderat, meaque opera uti gaudet? *monstrum quam mollis avarus!* quam ingens monstrum homo mollis et avarus! —39-62 ejecti e 13.—40 v. Excurs. ad h. l.—43 *promtum* 4. *in tua* pro *intra*

NOTÆ

28 *Pingues lacernas*] Pallia contra pluviam, togæ superindui, et apud Gallos confici solita e lana pingui et crassiore. Vide Sat. vii. vs. 221. Martial. Epig. iv. 19. 'Hanc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnam Mittimus,' &c.

30 *Pectine*] Quo instrumento staminis subtegmen inseritur, ac tela densatur.

31 *Venæque secundæ*] Proinde minus purum minusque pretiosum.

40 *Cevet*] Id est, agitatur instar canis hero blandientis. Alii legunt *cavet*, ne plus accipiat servulus.

41 *Sestertia*] Vide Sat. i. vs. 92. Annotat.

An facile et pronum est agere intra viscera penem
Legitimum, atque illic hesternæ occurrere cœnæ?
Servus erit minus ille miser, qui foderit agrum,
Quam dominum. Sed tu sane tenerum et puerum te,
Et pulchrum, et dignum cyatho, cœloque putabas.
Vos humili asseclæ, vos indulgebitis unquam
Cultori, jam nec morbo donare parati?
En, cui tu viridem umbellam, cui succina mittas
Grandia, natalis quoties redit, aut madidum ver
Incipit, et strata positus, longaque cathedra

negotiis; post recenseatur opera. ** *Ejusmodi famulus non tam erit infelix, qui campum araverit. At tu profecto delicatus, et juvenculum te, et formosum existimabas, et dignum scypho ac cælo. Vos obsequenti clienti, vos excolenti an* liberaliter *donabitis aliquando, ne quidem proelices nunc dare libidini? Ecce cui tu prasinum umbraculum, cui magna succina mitteres, quando recurrit* dies *nativitatis, vel*

16. Versus 43. et 44. non Juvenalis esse, sed impuri cujusdam nebulonis, suspicabantur Valla et alii. Sed quamvis obscenitas nimis ad vivum quasi resecetur, aptissima tamen talis pictura h. l. et ingenio Nævoli est; nimisque severus Scaliger, qui Poëtic. III. 9. ob talem impuritatem pudicis lectione Juvenalis omnino abstinendum censebat.—46 *Non* 17. 20. 45. *tener* 11. 14. 16-19. 23. 24. 27. 45. 47. 50. 58. 61-69. 71-74. *et tenerum puerum* 46. 48. *et tenerum et puerum* 49. 55. *puerum et tenerum* 77.—47 *Et dignum et pulchrum* 21. *Te pulchrum* 11. Non male!—48 *asseclæ* vel *adseclæ* 15. 16. 17. a m. pr. 18. 19. 21. 24. 25. 45-50. 55. 57-60. 64-67. Nil interest. *non indulgebitis* 16. *nul indulgebitis* 20.—49 *cultoribus* 15. *nec jam* 21. 22. 27.—50 *Et* 18. 45.—

NOTÆ

46 *Tu sane tenerum, &c.*] Nævolus ironice hæc ad Virronem hispidum, ac senio deformem.

47 *Dignum cyatho, &c.*] Dignum qui Jovi esses pocillator, velut alter Ganymedes.

50 *Umbellam*] Velum instar parvi conopei ad æstum ac solem a capite arcendum. Martial. Epig. XIV. 28. ‘Accipe quæ nimios vincant umbracula soles.’

Succina] Vasa vel armillas e succino. Vide Sat. VI. vs. 573.

51 *Natalis quoties redit*] Quo die missitari dona consueverant amicis.

Madidum ver incipit] Verna tempestas crebris est imbribus humida. Vide Macrob. Saturnal. VII. 5.

Ver incipit] Varro de Re Rust. I. 28. ‘Dies primus est veris in Aquario, die 23. hujus signi.’ ‘Ver continet dies 91., quæ si redigantur ad dies civiles nostros, veris initium erit 7. Idus Febr.’ &c. Plin. XVIII. 25. ‘Inter brumam et æquinoctium die 45. Flatus Favonii, vernum tempus,’ &c. Hic vero Juvenalis intelligit Kalendas Martias, anni Romani principium: nam et tunc mos erat munera vicissim mitti, præsertim fœminis ab amatoribus, et his quoque ab illis. De anni Romani principio vide Cœl. Rhodig. I. 9. Alex. ab Alex. III. 24.

52 *Strata positus, longaque cathedra*] Cervicalibus et tapetibus instrata, ad excipiendum inde donatores et dona, ex instituta consuetudine.

Munera fœmineis tractas secreta Kalendis.
Dic, passer, cui tot montes, tot prædia servas
Appula, tot milvos intra tua pascua lassos?
Te Trifolinus ager fœcundis vitibus implet,

initio veris humidi: atque stipata et ampla sede collocatus attrectas dona Kalendis muliebribus seposita. Loquere, passercule, eccuinam reservas tot montes, tot latifundia in *Apulia, tot milvos intra pascua tua defessos? Campus Trifolinus te replet*

53 *tractat* emend. Britann. et Grang. quod et mihi in mentem venit. Sic verbum hoc a voc. *quoties* pendet: *et* quoties *positus in cathedra tractat munera.* Præstiterit tamen: *ut strata positus longaque cathedra Munera...tractet*, h. e. manibus pertractet, dulcedine eorum taliumque deliciarum captus. Mireris, non plures intpp. hæsisse in vulgata lectione, quæ, si quid video, plane inepta est. —54 *cui prædia servas* 10. 11. 12. 14. 21. 22. Non male. *cui prælia* 45. *tot prælia* 46. *et prædia* 15. *tot præsidia* 16.—55 *Appula* pro *Apula* recepi ex 18. 19. 23. 24. 46. 47. 49. 50. 60. 62. 64. 65. 68. 69. 71. 72. 73. ut metro consulatur. v. Excurs. ad Sat. IV. 24-27. extr. *inter* 25. 48. 56. 57. 59. 60. 65. *lapsos* 24.—56 *Tripholinus* 27. 48. 59. 60. 65.—60-62 v. Excurs. ad h. l.—63 *ais*

NOTÆ

53 *Munera fœmineis tractas secreta Kalendis*] Destinata munera pro Kal. Martiis, ut dictum est. Sueton. Vespas. c. 19. 'Sicut Saturnalibus dabat viris apophoreta, ita et Kalendis Martii fœminis.' Horat. l. III. Od. 8. 'Martiis cœlebs quid agam Kalendis.'—'Hic dies anno redeunte festus.' Ovid. Fast. III. 'A te principium Romano dicimus anno Primus de patrio nomine mensis erit,' &c. Tibull. init. l. III. 'Martis Romani festæ venere Kalendæ. Exoriens nostris hic fuit annus avis. Et vaga nunc certa discurrunt undique pompa, Perque vias urbis munera perque domos.' Vide et Martial. l. v. Epig. ultimum. Kalendis Martiis celebrabantur Matronalia in memoriam belli tunc per Sabinas compositi. Ovid. l. III. Fast. Omnes præterea Kalendæ Junoni erant sacræ. Et ad hæc fortasse respexit Juvenalis, cum fœmineas dixit Kalendas.

Kalendis] A καλῶ, *voco*, quod ea die qua novæ Lunæ aspectus primum erat observatus, peracto sacrificio Pontifex calata, id est, vocata in Capitolium plebe, quot dies a Kalendis ad Nonas superessent pronuntiabat, &c. Itaque Kalendas vocari placuit primum ex illis diebus qui calarentur. Vide Macrob. Saturnal. I. 12. et 15.

54 *Dic, passer*] Nævolus de Virrone avaro hæc: O senex lascive et salax instar passeris, dic, &c. Passeres in Venerem pronas esse aviculas, quarum esus etiam ad libidinem excitet, ac proinde Veneris currum ab his trahi, scribit Athen. IX. 10. passeribus notam voluptatem esse ait Cic. 2. de Finib. c. 75. Idem Plinius, atque ob salacitatem minus vivaces esse testatur l. x. c. 36.

Montes] Vineis consitos.

55 *Appula*] Apulia, fertilis Italiæ regio, pascuis etiam læta, nunc continetur Capitanata et parte Basilicatæ.

Tot milvos intra, &c.] Agros tam longe lateque patentes, quos milvi oberrando ac transvolando fatigentur. Vide Pers. Satir. IV. vs. 26.

56 *Trifolinus ager*] Hodie, *Monte di S. Martino*, haud procul Neapoli, trifolii herbæ copiam, et inde nomen habet: optimi etiam vini ferax. Ex Athen. I. 21. Trifolinum vinum: Sur-

Suspectumque jugum Cumis, et Gaurus inanis.
Nam quis plura linit victuro dolia musto?
Quantum erat exhausti lumbos donare clientis
Jugeribus paucis? meliusne hic rusticus infans,
Cum matre, et casulis, et collusore catello,
Cymbala pulsantis legatum fiet amici?
Improbus es, cum poscis, ais. Sed pensio clamat,

vineis fertilibus, et vertex Cumis formidolosus, et Gaurus vacuus. Ecquis enim plures vini duraturi cados inungit? Quam magnum fuisset aliquot jugera dare asseclæ spoliato? An ille agrestis puer cum parente ac tuguriolis, cumque cane colludente, potius efficietur legatum familiaris tympana percutientis? Molestus es quando petis, inquit Virro; *at solutio* facienda *vociferatur, Pete; at vocat famulus solus,*

semper legendum putavi, et nunc recepi ex 14. 15. 17. 18. 21. In reliquis *ait* scil. Virro s. cinædus. Sed hæc ellipsis dura est, et inde a vs. 54. Nævolus inducitur colloquens cum Virrone vel cinædo. *pusio* pro *pensio* legisse

NOTÆ

rentino crassius sero vigorem adipiscitur. Plin. XIV. 6. Campaniam vinis scribit etiam trifolinis semper gloriatam, non secus ac Trebellicis ad quartum a Neapoli lapidem. Martial. Epigram. XIII. 114. 'Non sum de primo, fateor, Trifolina lyæo.'

57 *Suspectumque jugum Cumis*] Mons Misenus ita Cumis imminens, ut eas obruturus videatur, et hinc suspectus. Vel potius, qui Cumis suspicitur, a quibus distare aiunt tribus circiter passuum millibus.

Cumis] Vide Satir. III. vs. 2.

Gaurus] Mons est Campaniæ Puteolis vicinus. Plin. XIV. 6. cit. ait, 'Summis collibus Gauranum vinum gigni.' Et paulo post, 'certant Massica æque ex monte Gaurano Puteolos Baiasque prospectantia.'

Gaurus inanis] Nimirum post vindemias. Vel quia spoliatus est arboribus, et solis vinetis vacat. Vel quod est concavus, et vaporiferos specus habet. Hos omnes sensus affert vetus Schol. primus omnium maxime arridet.

58 *Quis plura linit, &c.*] Quam tu, o Virro, tot vinetis optimis dives et abundans, neque propterea liberalior.

Linit] Pice, limo, gypso obturat; ac recondit plures in annos servandum. Vide Pers. Satir. IV. vs. 29. et Satir. V. vs. 148. atque ibid. Annot.

Musto] Recenti vino.

59 *Quantum erat*] Quantula res fuisset largiri prædiolum clienti pro tot laboribus.

60 *Jugeribus*] Quid proprie *jugerum*, alibi diximus, nimirum Satir. III. vs. 142.

Meliusne hic rusticus infans, &c.] An melius erit testamento legari a te prædium, ancillam, servum, Sacerdoti Cybeles, ut tu, impuro?

Infans, cum matre] Verna, et ancilla quæ eum domi genuit.

62 *Cymbala pulsantis*] Vide Satir. VI. 515. et Satir. VIII. 176.

Legatum fiet] Testamento dabitur ac relinquetur Gallo legatario. Vide Alex. ab Alex. I. 1. Codices nonnulli habent, *legatus*, sed male, ut asserit Lipsius Epistolic. qu. I. IV. Epist. 25.

Amici] Libidinum societate et consuetudine tecum juncti.

63 *Sed pensio clamat*] Respondet

Posce: sed appellat puer unicus, ut Polyphemi
Lata acies, per quam solers evasit Ulixes.
Alter emendus erit; namque hic non sufficit: ambo
Pascendi. Quid agam bruma spirante? quid, oro,
Quid dicam scapulis puerorum Aquilone Decembri,
Et pedibus? durate, atque expectate cicadas?

icut oculus ingens Polyphemi, per quem elapsus est Ulysses callidus: secundum mercari oportebit, nec enim ille est satis; duo nutriendi. Ecquid faciam, hyeme lante? Quid quæso? Quid loquar nudis *mense Decembri famulorum humeris ac edibus?* Dicamne, *Sustinete, et cicadas expectate? Sed quamvis diffiteare, quam-*

---

idetur Heins. ad Ovid. Met. III. 454. Non male! Cf. sup. VI. 34. 35.—64-78 n 13. ita contracti: *Poscas. Nam quid agam bruma spirante Decembris Offensus, uod alium bipedem sibi servat asellum.* Lubinus malebat *appellit*, h. e. cogit, t me adigit huc.—65 *postquam* emendat Grang. ut sensus sit: Tam alte me ppellat, quam alte vociferabatur *Polyphemi lata acies*, h. e. Polyphemus, ostquam ei inebriato Ulysses evasit: de cujus Cyclopis clamore v. Virg. En. III. 672. sqq. *Ulixes* recepi ex 17. 18. 19. 21-24. vid. Heins. et Heyne d Virg. Ecl. VIII. 70. *Ulyxes* 20. 27. 46. 47. 49. 58. Vulgo *Ulysses*.— 6 *emendus* 14. 15. 16. *nam* 15.—67 *agant* 60. 65. *orto* 22.—68 *Quid scapulis icam* 28. *scapulis servorum mense Decembri* 10. 11. 12. 14-17. a m. sec. 18-27. 5-50. 54-69. 71-74. 77. forte e glossa. Dura tamen est ellipsis *aquilone lante*.—69 *aspectate* 47. 48. 64.—70 *dissimiles* pro *dissimules* recepi ex 16.

NOTÆ

Nævolus; at cogor poscere, cum urget pensio exsolvenda pro conducto gello vel domicilio; tum quia emendus est alter servus, uno mihi non ufficiente; atque ambo sunt alendi, estiendique.

64 *Ut Polyphemi lata acies, &c.*] Sicit Polyphemus interiit, quod unicum haberet oculum, quo effosso Ulysses evasit, quod non ita contigiset, si geminum ille habuisset; sic go unicum habens servum versor in liscrimine rerum mearum; atque ut n vado sim, alter necessario est emendus.

Polyphemi] In Sicilia degebat μονόφθαλμος ille Cyclops diræ feritatis, qui duos Ulyssis socios devoravit, pse vero acuto stipite excæcati manus effugit cum reliquis sociis. Vide plura apud Homer. Odyss. IX. Ovid. Metamorphos. XIII. Fab. 8. Virgil. Æn. III.

65 *Lata acies*] Virgil. mox cit. 'Telo lumen terebramus acuto Ingens, quod torva solum sub fronte latebat, Argolici clypei aut Phœbææ lampadis instar.'

Acies] Vide egregiam oculi descriptionem, apud Tullium, 2. de Natura Deorum, c. 142. ubi aciem pupillam vocari docet.

Ulixes] Is est consilio et prudentia inter Græcos Heroas clarus, quem celebrat Homerus tota Odyssea.

67 *Bruma spirante*] Hyeme sæviente, et flantibus Aquilonibus. Quid *bruma*, vide Satir. VI. vs. 152. et Pers. Satir. VI. vs. 1.

69 *Expectate cicadas*] Donec cicadæ appareant et canant æstivo nimirum tempore. Vide Plin. II. 26. et 27. Cœl. Rhodig. XVII. 6.

Verum, ut dissimiles, ut mittas cetera, quanto
Metiris pretio, quod, ni tibi deditus essem
Devotusque cliens, uxor tua virgo maneret?
Scis certe, quibus ista modis, quam sæpe rogaris,
Et quæ pollicitus. Fugientem sæpe puellam
Amplexu rapui: tabulas quoque ruperat, et jam
Signabat. Tota vix hoc ego nocte redemi,
Te plorante foris. Testis mihi lectulus, et tu
Ad quem pervenit lecti sonus, et dominæ vox.
Instabile, ac dirimi cœptum, et jam pæne solutum
Conjugium in multis domibus servavit adulter!
Quo te circumagas? quæ prima, aut ultima ponas?
Nullum ergo meritum est, ingrate ac perfide, nullum,
Quod tibi filiolus, vel filia nascitur ex me?
Tollis enim, et libris actorum spargere gaudes

*vis prætermittas alia, quanto pendis merito, quod nisi tibi fuissem addictus et obsequens assecla, conjux tua virgo superesset? Nosti quidem qua ratione et quam frequenter ea postulaveris, et quibus promissis adolescentulam abeuntem retinui non semel * * Etiam tabellas fregerat, jamque subscribebat. Vix ego* illam *per eam noctem integram reconciliavi, te extra lacrymante. Cubile* dat *mihi testimonium; tu quoque * * Connubium vacillans et incipiens dissolvi, quin imo fere diremptum pluribus in ædibus mœchus confirmavit. Quam* in partem *te vertas? Quæ priori, quæ posteriori* loco *adhibeas? Nullum igitur beneficium est, ingrate ac perfidiose, nullum, quod tibi infantulus aut infantula de me exoritur? Nam educas et lætaris*

18-24. v. ad II. 3. *ut ommittas* 15. *et mittas* 23. *et mittes* 16.—76 *hæc* 25. 27. 45-50. 55-63. 65-69. 71-74. *ergo* 46. 47. 48.—79 *et dirimi* 22. *jam fere solutum* 24.—80 *servabit* 10. 13. 17. a m. sec. 19.—81-91 ejecti e 13. *et ultima* 22.—82 *et perfide* 23. *aut perfide* 24.—83 Qui 45. *aut filia* 17-20. 45. *quod filia* 11. recte, opinor, certe venustius aptiusque ad augendum beneficium. Favent etiam huic lectioni verba seqq. *spargere argumenta viri.*—84 *libris auctorum* 7. 11. 20-24. 20. *titulis actorum aspergere*, vel *tabulis actorum spar-*

NOTÆ

74 *Fugientem sæpe puellam*] A te abhorrentem libidinibus effœminato retinui non semel, cum vellet divortium facere, ob impotentiam tuam. Erant enim solennia hæc verba matrimonialibus tabulis inscripta: 'procreandorum causa liberorum uxorem duci.'

75 *Jam signabat*] Matrimoniale pactum cum alio jam inierat, jamque dotales tabulas signatura erat, teque destituebat, nisi ego intercessissem.

81 *Quo te circumagas*] Ut excusandi te rationes invenias.

84 *Libris actorum*] Servius Tullius Romanorum Rex, ut subditi sibi populi sciret numerum, jussit parentes profiteri natos sibi liberos, eorumque nomen ac natalem in commentarios referri. Apuleius Apolog. sic habet: 'Pater ejus natam sibi filiam more ceterorum professus est. Tabulæ

Argumenta viri. Foribus suspende coronas,
Jam pater es: dedimus, quod famæ opponere possis:
Jura parentis habes, propter me scriberis hæres,
Legatum omne capis, nec non et dulce caducum.
Commoda præterea jungentur multa caducis,

gestorum commentariis viri signa inserere. Januæ corollas appende: nunc es parens: donavimus quod queas contra rumorem afferre: possides jura patris: per me fis hæres: legatum integrum nancisceris, quin etiam incertum suave: plurima incertis insuper

gere legebat Serv. ad Virg. Ge. II. 502.—86 *posses* 11. 16.—88 *Legati omne* 44. prob. Heins. ad Ovid. Her. Epist. VIII. 104. quem vide. Sed verendum est, ne poëtæ sic elegantia obtrudatur, quæ forte nulla est, et quam aut respuit, aut non recordatus est. Cnf. inf. ad X. 155. *rapis* 18. —89 *junguntur* 10. 11. 12. 14-27. 45-50. 54-69. 71-74. *caduco* 60. 64. 65.—

NOTÆ

ejus partim tabulario publico, partim domo asservantur.—Signa quæ impressa sunt recognoscat, Consules legat, annos computet,' &c. Augustus etiam Cæsar cives Imperii Romani describi jussit. Evangel. Luc. c. 2.

85 *Argumenta viri*] Procreatam sobolem.

Foribus suspende coronas] In signum lætitiæ, atque ut filios sibi natos significarent veteres, sertis et floribus ædium suarum fores ornare consueverant.

87 *Jura parentis habes*] Ad augendas Imperii vires, atque amplificandam civium multitudinem, pœnas quasdam in cœlibes orbosque fuisse constitutas, et contra præmiis affectos parentes constat, idque tum apud Romanos, cum apud alias gentes. Ex Plutarch. lib. de naturali in prolem amore; animantia legem de cœlibatu ac seris nuptiis non respiciunt, ut Lycurgi ac Solonis cives; non timent infamiam orborum, nec jus trium liberorum captant, ut Romanorum plurimi, qui uxores ac liberos quærunt, non ut hæredes habeant, sed ut ipsi esse hæredes possint Plin. Proœm. l. XIV. sic habet: 'Postquam cœpit orbitas in auctoritate esse, pessum iere vitæ pretia, voluptas vivere cœpit, vita ipsa desiit.' Inter alia Censorum officia, illud numeratur: quærere de orbitate ac cœlibatu, et contumaces plectere. Et quidem a Furio Camillo, subindeque a Q. Metello mulctati referuntur cœlibes pecunia, et hanc in ærarium ferre jussi. Vide Alex. ab Alex. III. 18.

Scriberis hæres] Qui cœlebs aut orbus erat, non poterat hæres aut legatarius, saltem a quocumque, vel in totum, institui.

88 *Legatum omne capis*] Quia filios habes nimirum. At vero legati pars decima, si liberis careres, fisco addiceretur. Ex lege Papia.

Caducum] Legatum ex conditione; v. g. si liberi adfuerint. Tu itaque si jam substitutus fueris hæres alicui, quando liberis caruerit; quin et propriis filiis morientibus; tunc tibi obveniet legatum dulce, quod non expectabas, et ab illis in te cadet.

89 *Commoda præterea, &c.*] Nam qui liberos susceperant, in publicis muneribus præferebantur, et certis gaudebant immunitatibus ac privilegiis.

Si numerum, si tres implevero. Justa doloris,
Nævole, causa tui. Contra tamen ille quid affert?
Negligit, atque alium bipedem sibi quærit asellum.
Hæc soli commissa tibi celare memento,
Et tacitus nostras intra te fige querelas.
Nam res mortifera est inimicus pumice levis.
Qui modo secretum commiserat, ardet, et odit,
Tanquam prodiderim quicquid scio. Sumere ferrum,
Fuste aperire caput, candelam apponere valvis
Non dubitat. Nec contemnas, aut despicias, quod

accedunt emolumenta, si numerum, si ternos complevero. O *Nævole, legitima est tui luctus ratio: attamen quid iste opponit? Contemnit, et alterum sibi investigat asinum duorum pedum. Ista uni tibi credita tegere sis memor, atque meas querimonias reconde silens in* animo *tuo. Res enim lethalis est adversarius pumice politus. Qui nuper arcanum crediderat, excandescit, atque aversatur, quasi revelarim quæcunque novi: gladium arripere, baculo caput findere, januæ facem adhibere*

—91 *tantum* 45.—92 *ac alium* 22. *atque alicubi* 12.—93 *Pejoris commissa* 13.—94 *tacitus tacitas* 13.—95 *levis*, non *lævis*, 17. 19. 23. 24. 60. 65. Recte.—97 *perdiderim* 16. *prodideris q. scis* 13.—99 *Non caret his opibus, quæ sunt annum veneni* 13. *Nec* 21. *non contemnas* 14. *ne contemnas....nunquam careas annum*

NOTÆ

90 *Si numerum, si tres implevero*] Qui tres habebat liberos, a tutela excusabatur, tesseram frumenti triplicem accipiebat, in sumendis fascibus primas obtinebat. Vetus Schol. Appian. l. II. Plutarch. cit. Cornel. Tacit. Annal. 2. 'De Prætore subrogando certamen incessit; Germanicus atque Drusus Agrippam fovebant: contra plerique nitebantur, ut numerus liberorum in candidatis præpolleret, quod lex jubebat.' Agell. II. 15. morem hunc a Lacedæmoniis Romanos accepisse scribit; et Lycurgum quidem, cum civitati soboles necessaria foret, præmiis et invitamentis usum, tumque antelatos quibusdam in rebus, qui uxores, quique liberos haberent. Sicut et septimo capite legis Juliæ, sumendi fasces priori Consuli fit potestas ei, non qui plures annos, sed qui plures liberos, quam collega habet, &c. Vide et Alex. ab Alex. IV. 8. Porro jus trium liberorum aliquando concessum orbis, testatur Martial. Epigramm. II. 91. 'Quod fortuna vetat fieri, permitte videri, Natorum genitor credar ut esse trium.' Et Epigrammate sequenti, 'Natorum mihi jus trium roganti Musarum pretium dedit mearum Solus qui poterat; valebis uxor.'

Justa doloris, &c.] Verba sunt Poëtæ.

92 *Negligit, &c.*] Respondet Nævolus se jam a Virrone despici.

Bipedem asellum] Servum ad omnia paratum, bardum, robustum, aselli instar.

95 *Pumice levis*] Vide Satir. VIII. 16.

96 *Qui modo secretum commiserat, &c.*] Ipse Virro, qui modo carum me habebat, jam odit.

98 *Candelam apponere valvis*] Domum meam incendere.

His opibus nunquam cara est annona veneni.
Ergo occulta teges, ut curia Martis Athenis.
O Corydon, Corydon, secretum divitis ullum
Esse putas? servi ut taceant, jumenta loquentur,
Et canis, et postes, et marmora. Claude fenestras,
Vela tegant rimas, junge ostia, tollite lumen
E medio, taceant omnes, prope nemo recumbat:
Quod tamen ad cantum galli facit ille secundi,

non veretur. Neque vero *negligas vel asperneris, quoniam divitibus ejusmodi toxici emtio carior nunquam habetur. Itaque secreta celabis, sicut Athenis Martis concilium. O Corydon, Corydon,* an *aliquod esse credis opulenti arcanum? licet famuli sileant, jumenta prædicabunt, et catellus, et valvæ, et marmora. Obstrue fenestras; rimulas abscondant siparia; valvas comprime; aufer candelam e medio; cuncti vociferentur; nullus juxta accubet: nihilominus ante lucem vicinus tabernarius ac-*

veneni 11. 15. non improb. Schurzfl. ut sit quasi apostrophe ad cellam venenariam. *nec despicias* 23. 60. 65. 77.—100 *nunquam careas* 11. 14-17. 20-24. 45. *careas nunquam* 18.—101 *tegas* 15.—102 *O Coridon tacitum secretum* 13.—103 *ut* abest a 13. *loquuntur* 24. *locuntur* 13. 22.—105 *hostia* 18. 19. 20. 23. 24. *tolle* 15. *tollito* 10. 13. 16. 17. a m. sec. 18. 19. 25. 27. 46-50. 54-69. 71-74. 77. forte rectius: nam verba *claude* et *junge* præcedunt. Sed quoniam duo in cubiculo sunt, draucus ac cinædus, etiam nostra lectio bene se habet.—106 v. Excurs. ad h. l.—107 *galli cantum* 11. 14. *ipse* 20. *secundum* 17. 22. *fecundi* 21.—108

NOTÆ

Veneni] Quo enecent eum, a quo timent evulgari suas libidines.

101 *Ut curia Martis Athenis*] Sis ergo tam taciturnus quam Areopagita. Proverbium apud Erasmum; inde natum quod Judices Areopagi non voce, sed characteribus ferebant sententiam. Præterea non interdiu sed noctu judicabant, ut non dicentes sed dicta duntaxat attenderent. Vide Annot. ad Pers. Satir. IV. 13. ubi ait, 'Et potis es nigrum vitio præfigere theta.'

Curia Martis] Areopagus, ἄρης, *Mars*, et πάγος, *collis*, seu *vicus*, apud Athenas, ubi primum capitis judicium factum est, ex Plin. VII. 56. Areopagitæ tacentes judicant, teste Macrob. Saturnal. VII. 1. et noctu quidem: ex Lucian. Dial. ibidem accusatum homicidii apud Deos a Saturno Martem absolutum aiunt. S. Augustin. de civit. Dei. Illud autem Concilium, quod erat Senatorum quingentorum a Solone constitutum esse, ex vulgatiori fama, refert Plutarchus in Solone. Vide et Cœl. Rhodig. XII. 19. et Alex. ab Alex.

Athenis] Vide Satir. VII. 205.

102 *O Corydon, Corydon*] Nævole demens, rustice, rerum imperite. Ex Virgil. Ecloga 2.

Secretum divitis ullum] An aliquid potest clam perpetrare is qui plures habet servos natura garrulos et loquaces?

103 *Jumenta loquentur, &c.*] Propheta Habacuc, c. 2. 'Lapis de pariete clamabit; et lignum, quod est inter juncturas ædificiorum, respondebit.'

106 *Taceant omnes*] Quidam legunt, *clament*, et sic rem explicant; Vocibus obstrepant qui adsunt, ne audiant alii qui sunt foris.

107 *Quod tamen ad cantum galli facit ille secundi*] Quod noctu ille perpetrat ac in tenebris.

Proximus ante diem campo sciet: audiet et quæ
Finxerunt pariter librarius, archimagiri,
Carptores. Quod enim dubitant componere crimen
In dominos, quoties rumoribus ulciscuntur
Baltea? Nec deerit, qui te per compita quærat
Nolentem, et miseram vinosus inebriet aurem.
Illos ergo roges, quicquid paulo ante petebas
A nobis. Taceant illi: sed prodere malunt

cipiet quod agit iste circiter alterum gallicinium; necnon resciet quæ simul commenti sunt librarius, coqui, pincernæ. Ecquod etenim scelus conflare adversum heros verentur, quandocumque sermonibus vindicant balteorum verbera? *Invenietur etiam qui te per plateas invitum consectetur, ac temulentus infelicem auriculam ebriam reddat. Ab istis igitur pete quodcumque modo nos rogabas. Hi silent. At satius*

---

sciat 45.—109 *liberius*, h. e. dulciarius, conj. non nemo, teste Plathnero. *archimargiri* 21. *archinaghiri* 19. *archimaciri* 22. *archimachæræ* 20.—110 *Raptores* 4. *Fertores* 6. 21. *Captores* 14. Nec defuere, quibus hæc arriderent. Eos tamen non bonos veterum conviviorum arbitros fuisse dicit Lips. Saturn. Serm. II. 2. *quid* 17. a m. pr. 19. 46. 48. 59. 60. 64. 65. *qui* 47. Sed gravius est *quod crimen*. Nullum est crimen, quod non componant cet. *carmen* 49. 60. 65.—111 *dominum* 24.—112 *quærit* 13.—113 *inebriat* 14. 16.—114-117 ejecti e 13. *roga* 16.—115 *illi taceant* 11.—117 *Laufeia* 27. 50. 54. 58. 64. *Laufeia*

NOTÆ

Galli cantum] Cic. de Divin. II. 57. 'Democritus,' inquit, 'explicat cur ante lucem galli canant. Depulso enim de pectore et in omne corpus diviso et modificato cibo, cantus edere, quiete satiatos: qui quidem silentio noctis, ut ait Ennius, favent faucibus: rursus cantu plausuque premunt alas.' Macrob. Saturnal. I. 3. noctem dividit hoc modo: primum tempus est mediæ noctis inclinatio, deinde gallicinium, post conticinium, cum et galli conticescunt, et quiescunt homines. Plin. X. 21. 'Hi nostri vigiles nocturni, quos excitandis in opera mortalibus rumpendoque somno natura genuit, norunt sidera, et ternas distinguunt horas,' &c. Vide et Cœl. Rhodig. XVI. 18.

108 *Campo sciet*] Enarrantibus servis.

Quæ finxerunt, &c.] Famosos libellos, ridiculas cantiones, atque incondita carmina, de sui domini obscœnis libidinibus, nocturnisque flagitiis.

109 *Librarius*] Vel qui libros describit: vel qui lanas pendit, pensaque distribuit, quo sensu dixit, *libraria*, Satir. VI. vs. 475.

Archimagiri] 'Ἀρχιμάγειροι, coquorum magister.

110 *Carptores*] Structores mensarum, et ciborum ex arte scissores. Vide Satir. V. vs. 120. ac seq. et ibid. Annot.

112 *Baltea*] Ictus a dominis iratis sibi inflictos loris, seu balteis, id est, cingulis e corio, quibus pendentes geruntur gladii.

113 *Inebriet aurem*] Moleste garriendo atque effutiendo arcana domini libidines, quas audire nolis.

114 *Quicquid paulo ante petebas*] Silentium et taciturnitatem.

115 *Prodere malunt, &c.*] Quantumvis ament subreptum potare vinum.

Arcanum, quam subrepti potare Falerni,
Pro populo faciens quantum Saufeia bibebat.
Vivendum recte est, cum propter plurima, tum his
Præcipue causis, ut linguas mancipiorum
Contemnas. Nam lingua mali pars pessima servi.
Deterior tamen hic, qui liber non erit illis,
Quorum animas et farre suo custodit, et ære.

ducunt secretum evulgare, quam bibere tantum *Falerni furtim* ablati, *quantum potabat Laufella pro populo* Sacra *faciens. Vita probe* instituenda *est, multas quidem ob* res, *præsertim vero propter hanc rationem, ut spernas servorum linguas. Nam improbi famuli deterrima pars lingua* est. *Attamen is qui sui juris haud fuerit, pejor est iis quorum vitam sustentat suoque pane,* suaque *pecunia. Ideo ut*

14-17. 20. 21. 22. 24. *Laufella* 10. 11. 18. 19. 23. 25. 45. 46. 48. 49. 56. 57. 59-63. 65-69. 71-74. v. sup. ad VI. 320. *jubebat* 27.—118 *est recte* 18. 25. 46-49. 54. 57-60. 64. 65. *recte* pro *recte est* 10. 13-17. 19-24. 45. 50. 56. 61-63. 66-69. 71-74. *tum propter* 10. 13. 15. 16. 19. 20. 27. 45. *pluria* 11. *tum his* revocavi ex 11. 19. 20. 24. 31 a. 50. 56. 59. 61. 62. 63. 68-74. *tum de his* 60. 65. et codd. Ascens. ac Pontani. *tum istis* 64. *tunc his* reliqui, etiam Hennin. Omnia hæc substituta, ut fulciretur versus, qui tamen non ruit: nam litera *m* et vocales in fine vocis sæpe non eliduntur, et hiatus Juvenali frequentissimus est. Conf. ad I, 151. Brœkhus. ad Tibull. I, 5, 33. et ad Prop. II, 12, 1. 23, 101. Drakenb. et nos ad Sil. I, 109. X, 23, 29. XIV, 515.—120 *pars maxima* 25. 45-48. 55-60. 65.—121 v. Excurs. ad h. l.—123 *possis* 17. 18. 24. 46-49.

NOTÆ

majori tamen laborant prurigine evulgandi quæ domi fiunt, et clam ab hero patrantur.

116 *Subrepti*] Salomon. Prov. in fine c. 9. 'Aquæ furtivæ dulciores sunt, et panis absconditus suavior.'

Falerni] Satir. IV. et VI.

117 *Faciens*] Absolute, id est, sacrificans. Virgil. Ecloga III. 'Cum facies vitula pro frugibus.'

Saufeia] Sacrificula vino se ingurgitans, ut fit, dum Bonæ Deæ Sacra facit pro incolumitate Populi Romani. Vide Satir. VI. 313. et seq. Alii legunt, *Laufella*.

121 *Deterior tamen hic, qui, &c.*] Mala certe loquacitas servi arcanum domini revelans: at profecto garrulis ac proditoribus famulis deterior est dominus, qui turpibus se mancipat vitiis, ac proinde servis quos alit obnoxius est, eorumque linguas jure timet, nusquam liber.

122 *Farre*] Quodlibet frumenti genus hic significatur. Triplex notat Plin. XVIII. 8. triticum, siligo, far: hoc et ador, et adoreum vocatum est, et durissimum, et contra hyemes firmissimum, ibidem perhibetur, ac primus antiquis fuisse in Latio cibus. Capite vero præcedenti Populum Romanum ait farre tantum e frumento trecentis annis usum. Farris etiam usus in Sacris commendatur, unde et pium far vocitatum. Hinc et farreatio dicta, sacrificium in quo farreum libum offerebatur, ad sanciendas solenni ritu nuptias Sacerdotum. Meminit Plin. lib. cit. c. 3. ubi sic habet: 'In Sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat: novæque nuptæ farreum præferebant,' &c. Vide Cœl.

* Idcirco ut possim linguam contemnere servi,
Utile consilium modo, sed commune, dedisti:
Nunc mihi quid suades post damnum temporis, et spes
Deceptas? Festinat enim decurrere velox
Flosculus angustæ, miseræque brevissima vitæ
Portio: dum bibimus, dum serta, unguenta, puellas
Poscimus, obrepit non intellecta senectus.
Ne trepida: nunquam pathicus tibi deerit amicus,
Stantibus et salvis his collibus; undique ad illos
Convenient et carpentis, et navibus omnes,
Qui digito scalpunt uno caput. Altera major

queam mancipii linguam non timere, rationem tribuisti mox idoneam, at generalem. Jam quod mihi das consilium, post jacturam temporis, atque expectationis frustrationem? Nam elabi properat flos citus, pars minima vitæ brevis et ærumnosæ. Dum potamus, interim cum petimus corollas, unguenta, adolescentulas, invadit senium improvisum. Ne metue; nunquam non tibi suppetet familiaris * * dum *erunt ac subsistent isti montes, ad eos undequaque tum curribus, tum navigiis affluent universi, qui caput uno scabunt digito. Spes alia restat melior: tu solummodo crucus*

posit 19. Cf. Excurs. ad h. l.—124 *consilium nunc, sed commune* 16. 19. *consilium, sed nunc c.* 18. *consilium mihi, sed c.* 25. 27. 45-50. 54. 55. 57-60. 64. 65.—125 *Tu mihi* 13. *quod* 46. 47. 48.—128 *dum certa unguenta* 11.—130 *pathicus nunquam* 20.—132 *Conveniunt* 10. 11. 12. 14-25. 27. 45-50. 54-69. 71-74. 77.—133 *carpunt* 21. *digitos* pro *caput* 25.—135-150 ejecti e 13. *Cloto* quidam

NOTÆ

Rhodig. xxviii. 17. et Alex. ab Alex. ii. 5. Hinc et aliqui post Varronem, dici nefarium, quasi indignum vesci farre: alii cum Asconio, qui polluit Sacra farre peragi solita, contendunt.

123 *Idcirco ut, &c.*] Loquitur Nævolus.

124 *Commune*] Ad omnes æque spectans dedisti consilium: nunc vero mihi da peculiare.

125 *Post damnum temporis*] Post consumtum fere ætatis robur, serviendo Virroni, sine ulla mercede.

126 *Velox flosculus*] Brevis adolescentia, floris instar marcescens, nec diu vigens.

128 *Dum serta, unguenta, puellas poscimus*] Dum convivia, et comessationes consectamur. Floribus enim coronati et unguentis delibuti veteres epulabantur. Horat. lib. i. Ode ult. et l. iii. Ode 29. et alii passim. Plutarch. Quæst. conv. l. iii. quæst. 1.

130 *Ne trepida*] Poëta Nævolum consolatur.

131 *Salvis his collibus*] Dum Roma stabit, septem inædificata collibus. Hi sunt Palatinus, Aventinus, Esquilinus, Quirinalis, Cælius, Viminalis, Tarpeius qui et Capitolinus. Sunt vero præterea Janiculus et Vaticanus. Martial. Epigramm. iv. 64. 'Hinc septem dominos videre montes, Et totam licet æstimare Romam.' Propert. Eleg. iv. 4. 'Romani montes, et montibus addita Roma.'

Ad illos conveniunt] Velut ad emporium infame libidinum.

132 *Carpentis, et navibus*] Terra, marique.

133 *Qui digito scalpunt uno caput*] Molles et effœminati, bene comti,

Spes superest: tu tantum erucis imprime dentem.
Hæc exempla para felicibus: at mea Clotho,
Et Lachesis gaudent, si pascitur inguine venter.
O parvi, nostrique Lares, quos thure minuto,
Aut farre, et tenui soleo exorare corona,
Quando ego figam aliquid, quo sit mihi tuta senectus

*dentibus attere. Ea præbe fortunatis exempla. Mea vero Clotho et Lachesis lætantur, cum nutritur abdomen * * O modici ac mei Penates, quos parvo thure, vel farre, sertisque exiguis decorare consuevi, ecquando ego quidpiam figam, quo*

edidere. Sed est Κλωθώ.—136 *gaudet* 15.—137 *ture* scriptum in 17. 19. 20. 22. 60. 65. ut in plerisque libris vett. *Thus* vero a θύειν, non a *tundendo* dictum videtur.—138 *exornare* 11. 15. 16. 23. 24. 25. 27. 45-50. 55-69. 71-74. Male! nam jungitur non modo cum *corona*, sed etiam cum *thure* ac *farre*, quibus non convenit.—139 *fingam* 11. 14. 20. 29. Utraque lectio notatur vet. scholio:

NOTÆ

qui ne capillorum ordinem turbent, uno tantum digito caput scabunt. Desumtum est e Calvo Poëta, scomma in Pompeium, quod ita se habet: 'Fasciola qui crura ligat, digito caput uno Scalpit, Quid credas hunc sibi velle? Virum.' Nempe ut refert etiam Amm. Marcellin. l. XVII. 'In Pompeium obtrectatores iniqui multa scrutantes cum nihil unde vituperari deberet, inveniretur; duo hæc observaverunt ludibriosa et irrita: alterum, quod genuino quodam more caput digito uno scalpebat, velut dissolutus: alterum quod ulceris tegendi causa, crus fasciola candida colligabat,' &c. Et apud Plutarchum, Pompeium Clodius ita criminatur: 'Quis Imperator impudicitia laborat? Quis uno digito caput scabit?' &c. Lucianus mollitiei quoque assignat, τῷ δακτύλῳ ἀκρῷ κεφαλὴν κνᾶσθαι. Sic et Senecæ Epist. 52. inter impudicitiæ notas ponitur, digitus ad caput relatus.

Altera major spes superest] O Nævole, amicum alterum Virrone meliorem invenies inter tot homines libidinosos, quos undique vides quotidie Romam confluere.

134 *Erucis imprime dentem*] Comede herbas inprimis calidas, quibus ad Venerem potens ac fortis efficiare. Talis est Eruca, quæ Priapo idcirco sacra et vicina dicitur Columellæ; salax, Ovidio; Veneris conciliatrix et exstimulatrix, Plinio XIX. 8. et alibi.

135 *Hæc exempla para*] Respondet Nævolus: Quid jubes me sperare meliora, quem fatum vult esse inopem, ac tenui victu contentum esse, duris etiam meis laboribus vix parto?

Clotho, et Lachesis] Parcæ Fatorum Deæ, vitæ meæ præsidentes. Clotho, a κλώθειν, *nere*, seu *glomerare*, appellata. Vide plura Satir. III. 27. ad vocem, *Lachesi*.

136 *Gaudent, si pascitur*] Gaudent me mea opera, meo ministerio ac labore victum consequi et vix obtinere.

137 *Lares*] Vide Satir. VIII. 14. Annot. ad vocem, *Lare*.

138 *Farre*] Supra: et Plin. XVIII. 2. Numa instituit Deos fruge colere mola salsa, &c.

Soleo exorare corona] Floribus coronati veteres Diis supplicabant: teste veteri Scholiaste.

139 *Quando ego figam aliquid, &c.*] Quando fixum quidpiam ac certum mihi statuam; vel, quando aliquid

A tegete et baculo? viginti millia fœnus
Pigneribus positis, argenti vascula puri,
Sed quæ Fabricius censor notet, et duo fortes
De grege Mœsorum, qui me cervice locata
Securum jubeant clamoso insistere Circo.

senecta mihi sit immunis a storea et scipione? quando aderunt *viginti millia, usura, datis pignoribus; vasa optimi argenti, et quæ damnet Censor Fabricius: bini quoque validi* servi *de natione Mœsorum, qui collo supposito faciant me tutum sedere* in *amphitheatro tumultuoso? Adsit mihi insuper sculptor inclinatus, atque*

‘Constituam, componam, habeam: aut certe, quia in ceris vota *figuntur* apud templa.’ In cod. Schurzfl. hoc scholion forte rectius legitur: ‘Quando ego comminiscar quid constituam; aut quia certa in picturis vota *figuntur*.’ *fiam aliquid, quod sit* cet. 9.—141 *Pigneribus* pro *Pignoribus* 14. 23. et Priscian. lib. VI. quos secutus sum. Sic plerumque *pignerare*, (ut sup. VII. 73.) et ubivis *obpignerare* scriptum reperies in libris antt. Conf. ad XI. 40.—142 *Et* 15. *Fabritius* 24. 60. 65. v. ad II. 154. *notat* 15.—143 *Mœsorum* 11. 15. 19. 22. 23. 24. *Mœsolorum* 27. 47. *Mysorum* Calder. nescio qua auctoritate. *Medorum* 11. in marg. 16. 18. 45. 48. 49. 55. 58. v. sup. ad VII. 132. et Pontani Analecta II. 11. Mox legendum crediderim: *qui me* (in) *cervice locantes* h. e. ponentes.—145 *Sit tibi* 21. *cælator curvus* 22. *torvus cælator* 16. *servus cælator*

NOTÆ

captabo, ut sit metaphora a venatoribus feras telis confixas capientibus.

Quo sit mihi tuta senectus, &c.] Ne cogar victum mendicando quæritare, cum senex fuero.

140 *A tegete et baculo*] Vide Sat. v. 8. per tegetem, casam mendici intelligit vetus Schol.

Viginti millia fœnus] Ut mihi sit annuus reditus viginti millium sestertiorum, ex pecuniæ summa fœnori data.

141 *Argenti vascula puri, sed quæ, &c.*] Tot et talia argenti puri vasa, quæ, ut olim, mereantur a Censore notari.

142 *Fabricius Censor notet*] C. Fabricius Lucinus Censor, circa annum Urbis Conditæ quadringentesimum septuagesimum Pub. Corn. Rufinum, qui bis Consul et Dictator fuerat, Senatu movit, subscripta notæ causa, quod eum comperisset argenti facti, cœnæ gratia, decem pondo habere. Ita Gell. IV. 8. et l. XVII. c. ult. Testis et Valer. Maxim. II. 9.

142 *Duo fortes de grege*] Validi lecticarii duo servi e Mœsia; quæ regio est Illyrici Orientalis. Hac modo continentur Servia, et Bulgaria.

143 *Qui me cervice locata, &c.*] Qui spectatum ludos me deferant ad circum. Ex Just. Lips. Elect. I. 19. observabis sellam potentiorum ampliorem et laxam fuisse; contra minutam tenuiorum et arctiorem, quam facile ferrent homines duo. Nam sellis deportabantur in circum, sive in theatrum, atque in iis etiam persedebant. Et Epistolic. quæst. Epist. IV. 25. Romani solebant robustissimos servos e Mœsia, vel etiam Syros adhibere ad ferendam sellam aut lecticam.

144 *Clamoso*] Ob frequentes plausus et acclamationes.

Circo] Vide Satir. III. 65. et 223. Annotat.

Sit mihi præterea curvus cœlator, et alter,
Qui multas facies fingat cito: sufficiunt hæc,
Quando ego pauper ero. Votum miserabile, nec spes
His saltem. Nam, cum pro me Fortuna rogatur,
Affixit ceras illa de nave petitas,
Quæ Siculos cantus effugit remige surdo.

alius qui celeriter effingat vultus plurimos. Ista satis erunt; cum ego egens futurus sim: preces calamitosæ, neque spes illis duntaxat. Etenim quando pro me sors oratur, apponit ceras accersitas ex eo navigio, quod Siciliæ cantiones evitavit surdo remige.

vel *cælator* 11. forte et 1. nam vetus schol. est: opifices, servi argentarii, laboriosi, anaglypharii.—146 *multa* 8. unde *maltha facies pingit* conj. Pith. et rectius *maltha f. fingit* Salmas. Exerc. Plin. p. 1096. Cf. de maltha Harduin. ad Plin. II. 104. s. 108. *pingat* 10. 11. 12. 14-27. 45-50. 54. 55. 57-69. 71. 72. 73. 76. 77. *pingit* 8. 75. *fingit* 66. 70. 82. recte, opinor, certe aptius, ut plastes designetur, qui ex uno modulo vel archetypo *multas facies* s. typos *cito* exprimere et potest et solet. Cf. Salmas. l. l. Pictori τὸ *cito* minus congruit. Reposui tamen *fingat*, quod usui linguæ convenientius est. *sufficient* 25. 27. 46-50. 54. 55. 57-63. 65-69. 71. 72. *sufficiant* 73. 77. Parum interest.—148 *saltim* 17. —149 *Affigit* 10. 11. 12. 14-27. 45-50. 54-63. 65-69. 71-74. 77. *Adfixit* 1. 64. 70. 75. 76. 81. 82. *illas* 45.

NOTÆ

145 *Curvus cælator*] Incurvatus dum cœlando incumbit.

Cælator, et alter qui, &c.] Mihi suppetant etiam ædibus exornandis cum vasa affabre cœlata, cum tabellæ pictæ, atque imagines illustrium virorum: adsint igitur cœlator, item pictor, seu plastes: ‘opifices argentarii, anaglypharii laboriosi,’ ut habet vetus Schol.

146 *Qui multas facies*] Scaliger, aliique putant legendum, *qui maltha facies, &c.* proindeque non, *pingat*, sed, *fingat*; quod nonnullis placet: quibus ego assentior: nam sensus inde clarior efficitur, præsertim cum Juvenalis addat, *cito*. Atqui vix id pictori conveniat; bene vero plastæ, qui ex uno archetypo plures brevi typos, facies, ac similitudines effingit. Porro *maltha* vocatur cera liquidæ pici immixta. Item genus bituminis, ac tenacis limi. Plin. II. 104. et XXXVI. 24. ubi malthæ factitiæ rationem docet. Maltha ergo faciendis plasmatis idonea fortasse hic ponitur.

147 *Quando ego pauper ero*] Cum Lubino sic interpretor; atenim ista plus satis, inquit Nævolus. Quid exoptem plura, nihil plane consecuturus, quando, id est, quoniam certe pauper ero? Itaque se et sua vota reprehendit ac reprimit ille suæ conscius infelicitatis.

Nec spes his saltem] Nequidem mihi licet animum, ut fit, pascere spe eorum quæ exoptaverim, adeo est in me dura fati necessitas.

149 *Affixit ceras, &c.*] Fortuna quasi timens ne importunis aliquando precibus ac votis cedat, atque exoretur pro me misero, cera sibi aures obturat. Sic Ulysses illecebrosos Sirenum cantus ac pericula eluctatus fertur. Homer. Odyss. XII.

Illa de nave] Qua vehebatur Ulysses cum Siciliæ oram Sirenibus infestam incolumis præternavigavit, hac arte:

sociorum quidem ac nautarum aures cera occlusit: ipse vero se ad malum jussit alligari.

150 *Siculos cantus*] Sirenas Acheloi fluvii et Calliopes Nymphæ tres filias, quas fabulantur superiore corporis parte virginum formam habuisse, inferiore in piscem desinentes ac monstrosas; ceterum dulcedine cantus solitas allicere transeuntes, quos perderent, aut devorarent. Has in monstra marina conversas canit Ovidius Met. v. Fab. 9. sepultæ dicuntur ad promontorium sinumque Pæstanum in Lucania; unde nomen tribus parvis Insulis, quæ sunt veluti scopuli in illo sinu: Mela Sirenum petras, Solinus Sirenum saxa nuncupat. Re autem vera meretrices fuisse illic famosas, quæ navigantes blanditiis pellexerint ac perdiderint bene multos, asserunt cum alii, tum Cœl. Rhodig. xiv. 14. 'Nec Sirenes impetraverint fidem, affirmet licet Dinon, Clitarchi celebrati auctoris pater, in India esse; mulcerique earum cantu, quos gravatos somno lacerent.' Hæc Plin. x. 49. Vide Cic. de finibus l. v. n. 49. et Athen. i. 12. Fabula Sirenum voluptates carnis fugiendas ostendit, nec aliter quam fuga naufragium evitari probat Ulyssis exemplum. His S. Hieronymus utitur, ut vitandum asserat suspectum contubernium. Porro marinos homines extare utriusque sexus, haud dubitandum: quod summorum auctoritas virorum, quod et evicit non simplex experientia, nec haud ita pridem. De quibus amplius dicemus ad Sat. xiv. 283.

Remige surdo] Tum ad Sirenum cantiones, tum ad Ulyssis solvi se jubentis imperium. Hic enimvero illarum invitamentis delinitus jam et captus, etiam nutibus urgebat socios ut ad Sirenas diverterent; verum illo ante monuerat ne se suosve nutus observarent, donec infesta loca essent prætervecti.

EXCURSUS

AD SAT. IX. 37.

Ita leguntur Græca in 1. 70. 75. 76. 81. 82. In reliquis vero codicibus ab indoctis librariis vel prorsus omissa sunt, v. c. in 25. 27. 45. 58. 61. vel admodum corrupta, et in multis quoque non Græcis expressa literis, sed Latinis. Nec mirum: *Græca sunt; non leguntur.* ἤθους γὰρ γλυκέος ἄνδρα κίναιδον 10. 18. 23. 48. 50. 56. 57. 59. 60. 62-69. 71-74. quæ verba vulgo referuntur ad *blandas tabellas*, et ita explicantur: *Hominem enim cinædum blandi dulcisque moris*, scil. εἶναι πρέπει, vel simpl. πρέπει, esse decet s. convenit. Sed dura est hæc ellipsis, et metri leges respuunt vocem γλυκέος: neque etiam intelligitur, cur poëta hæc Græce dixerit. Nam quod putant, summam Virronis mollitiem indicari, cum Græcus sermo plus suavitatis blanditiarumque habeat, et effœminati

sit, eo uti, id quidem parum probabile videtur.—ἤθους γὰρ γλύκεα ἄνδρα κίναιδον 47. ἤθους γλυκὺς ἄνδρα κίναιδον 46. ηθους γλυκεος μην ανδρα κιναιδον 20. ηθους καιπερ γλυκυν ανδρα κιναιδον 49. 54. 55. αιθος γλικου ανδρα κιναιδος 14. 17. αιθος γλυκυ κιναιδον ανδρος 19. ετος γλυκυ και ανερα κιναιδος 24. ηδοσης γλυκυ ανδρα κιναιδου 11. Alias aliorum nugas prætermittimus.—Schurzfleischii nota est hæc: ‘ Qui ex Homero rem repetunt, acute ii quidem, sed Juvenalis non fuit acutus, qui tam simplicem sensum Græcis verbis dixerit. Vox ἄνδρα in codice nostro literam secundam puncto subnotatam habet. Id notat, literam ejiciendam esse. Quid si nos punctum illud unicum elegantissimam doceat scripturam, et monstret, in Juvenale emendandum esse: αὐτὸν γὰρ ἐφέλκεται ἄστρα κίναιδον, vel propius ad veterem scripturam, αὐτὸν δ' ἕλκει γλυκὺν ἄστρα κίναιδον. Sed prior lectio, cum parodia sit pressior, plane placet, et spondere ausim, ita Juvenalem scripsisse, ut Nævolo persuadeat, fortunam in turpibus etiam rebus a genesi dependere, et simul idem credentes Romanos derideat. In Schol. pro *ipse ad se trahit* possis legere *ipsum astrum trahit* vel *te trahit*, ut legerit, σὲ γὰρ αὐτὸν ἐφέλκεται ἄστρα κίναιδον.’ Mihi aptior facetiorque videtur nostra lectio, nec magis assequor, cur Juvenalis illa Græcis expresserit verbis, vel, si Homerica in rem suam convertere voluit, de quo vix dubitare possis, tam multa immutaverit, quam cur acutam Homeri sententiam variatione unius vocis non lepide transtulisse censendus sit.

EXCURSUS

AD SAT. IX. 40.

Sententia hujus loci est: *Computat* cinædus avarus, quæ dedit mihi dono, *ac cevet*, et tamen libidini indulget, cui imperare non potest; vel, calculum et rationes mecum subducit, dum explet libidinem. *Cevere* proprie

significat clunes movere more canum, et aptius h. l. verbum est, quam *canet* vel *cavet*, quae plerique interpretes pro eo substituerunt. *ac cevet* 1. 60. 65. 69. 70. 75. 76. 82. *et cevet* 31. 49. 54. 55. 61-63. 66-68. 71. 72. 77. 81. *atque cevet* adversus metrum 25. 56. 57. *atque cenet* 59. vitiose.— *et cavet* 24. 73. Rectius *atque cavet* 10-12. 14-23. 27. 45-48. 50. 58. 64. 74. *Cavet*, ne plus accipiat servulus, PRAT. ne in computando decipiatur, BRITAN. Eandem lectionem defendit Schurzfleisch. his verbis: 'Poëta Naevolum, quod nihil a divitibus donorum acciperet, consolatus est a vs. 32. rejiciendo culpam in astra, homines etiam cinaedos regentia. Finito sarcasmo vs. 38. seqq. infert Naevolus, illa patienter quidem se ferre, sed hoc intolerabile esse, quod quidam avari pathici sint, qui etiam, quae dederint, objiciendo exprobrent, et omnia accurate computent, pactamque mercedem inde decurtent. Quis inde non viderit, τὸ *cevet* h. l. ἄτοπον esse, ubi non nisi de rationibus agitur? Sed ille mos est quorundam Criticorum, ut non nisi vocabula casca, aut etiam praetextata in bonos auctores inculcent, ad nescio quos codices provocantes.' Enimvero τὸ *cevet* in plerisque legitur libris, nec video, cur alienum sit ab h. l. ubi poëta ostendit, ridiculum esse hominem, qui, dum libidinem explere cupiat, tam avarus sit, et libidinem ejus majorem esse avaritia.

EXCURSUS

AD SAT. IX. 60-62.

Melius ne 59. 60. a quibus etiam τὸ *hic* abest, ut ab 25. 57. *melior* 27. 47. *melior nec hic* 48. 58. *melius nae—legatus fiet amici* 24. idque malebat Britann. hoc sensu: *nae*, profecto, *hic*, Romae, *melius*, cum majori emolumento, *legatus*, internuncius et veluti leno *fiet amici pulsantis cymbala*, sacerdotis

Cybelei, majus lucrum ita faciet puerulus *rusticus*, qui pauperrimus est et aliud nihil habet, quam matrem, et casulam et catellum. Grangæus: ' Certe melioris conditionis est comes, idemque draucus Galli *cymbala pulsantis*, quem per provincias errans stipem mendicandi gratia ducit una cum matre, cet., quam ego, qui tecum soleo. *Rusticus infans* h. l. juvenis, et jam robustæ ætatis: facete autem *casulas* vocat canistra, seu mavis scirpeas asino impositas, quibus per viam mendicantes illi tanquam in domo s. casula omnia sua frivola recondunt, quales Apuleius in Milesiis depingit; nec minus facete hunc comitem *legatum* appellat, quasi alicujus exconsulis in provinciam proficiscentis.' Omitto alias aliorum nugas.

Vs. 61. *caculis* 8. 9. 75. 76. h. e. servis rusticis, vernis; propr. servis militaribus. V. Plaut. Trin. III. 2. 95. et Pseud. Argum., Varr. L. L. IX. 3. et Fest. Vulgatam lectionem ex Sat. XI. 153. XIV. 167. 179. ortam putabat Pithœus.—*cum lusore* 10. 12. 15. 16. 18-25. 45. 46. 48-50. 54-69. 71-73. *cum jussore* 11.

Vs. 62. *legatum* ex 1. 48. 75. post Farnab. Lubin. Prat. et Maittar. substitui pro vulg. *legatus*, quæ lectio inepta videtur, certe ineptas peperit interpretationes. V. Lips. Epist. Quæst. IV. 25. Nescio, utrum legerit Ferrarius, qui Elect. II. 16. h. l. ita exposuit: *meliusne* ergo, i. e. lautius legatum Villici filius capiet a pathico, quam draucus ipse, qui non agrum colit, sed dominum? At sic poëta dixisset *legatarius fiet*, vel *legatum capiet:* neque ita satis congruunt reliqua verba *cum matre et casulis*, cet.

EXCURSUS

AD SAT. IX. 106.

PRO *taceant omnes* contrarium *clament omnes* legitur in 10-18. 20-25. 45-50. 54. 55. 57-69. 71-73. *clamat omnis* 19.

clamant omnes 27. 77. Hæc vero contra mentem poëtæ dici, facile intelligitur, neque rem expediunt, qui interpretantur: vociferentur omnes, qui sunt in conclavi, ne, qui foris sint, exaudiant, quid in eo agatur. Cur enim multi sunt in cubiculo? et cur clamant, si nemo prope recumbit? cur noctu? nonne ita clamore suo dormientes e somno potius excitarent, locumque darent suspicioni facinoris mali, vel magnæ adeo calamitatis?—Sed nostra quoque lectio non satis convenit, et mireris eam silentio prætermissam esse ab interpretibus ac nemini displicuisse præter Schurzfleisch. qui recte, opinor, monet, non apte ita dici *omnes*, si soli aut bini sint intra conclavia. Hinc emendat: *Tollite lumen E medio, clares omnes, prope nemo recumbat*. At hæc languent, quoniam verba *junge ostia* præcedunt. Equidem leviori mutatione reponendum crediderim: *jaceant* scil. in lecto s. somno, et media nocte, (*ad cantum galli* vs. 107. quo potissimum tempore aliquid clam fieri potest ac solet) *omnes* reliqui, qui in domo sunt, et quidem remoti a cubiculo domini, *prope nemo recumbat*. Conjectura tamen Schurzfl. arridere potest, quoniam τὸ *taceant* magis quam τὸ *clament* emendationem redolet: nisi forte sciolus aliquis scholasticus verba *taceant omnes* minus h. l. congruere putavit, quam *clament omnes*.

EXCURSUS

AD SAT. IX. 121.

In verbis, *qui liber non erit*, fraudem latere arbitror. Displicuere etiam Plathnero, qui tamen more suo ita nugatur: 'Negligenter admodum in vs. 121. interpretes, ut quibus ne suspicio quidem mendi certissimi. Verum dicant mihi, quis tam miser unquam servus, cui nec spes libertatis? aut quis sensus sit: Ille servus, qui nunquam liber, deterior servis? Nam vs. 122. periphrasis servi est. Nec vero culpa

se liberabunt, si dicant, eum, qui nunquam liber erit, esse *monstrum a vitiis nulla virtute redemtum*. Philosophice enim hoc magis dicetur, quam vere. Porro Pithœus in libro Ms. monet fuisse: *Deterior tamen hic, qui liber noverit illos*. Inde conjectura mihi nascitur, Juvenalem scripsisse: *Deterior tamen hic, qui liber nubserit illis, Quorum animas*, cet. Ait enim, pessimæ frugis esse plerosque servorum, deteriorem tamen dominum, qui ejusmodi *bipedes sibi quærat asellos*. De turpibus enim nuptiis præcipue in hac Sat. agit. Nam et impudici Nævolis suis se submittentes *nubere* dicuntur, et pathicus sup. I. 78. *turpis sponsa* vocatur.'—Aptior, puto, emendatio erit hæc: *Deterior tamen* servis dominus *hic, qui liber*, cum liber sit, *contremit illos, quorum*, cet., h. e. servos eorumque linguam timet, propter mala scil. facinora, quorum sibi conscius est; nisi malis: *hic, qui liber*, cum liber sit, *vox*, h. e. sermo *erit illis, quorum*, cet. quo sensu Propert. II. 21. (al. 20.) 7. dixit *nunc inter eos sermo es*, vel Plautus Pseud. I. 5. 4. *filius meus sermo est per urbem*.

EXCURSUS

AD SAT. IX. 123.

Hic versus, qui silentio prætermittitur ab interpretibus, quoties eum legi, semper me offendit; (nam et languet meraque repetitio est vs. 119. et *τὸ idcirco* plane ineptum videtur h. l.) semperque putavi, hanc esse glossam in margine ascriptam ad vs. 119. *his præcipue causis, ut linguas mancipiorum contemnas*. Quorum verborum haud dubie interpretamentum fuit: *Idcirco ut possis linguam contemnere servi*; quod cum in textum irreperet, perperam a librariis in eum, quem nunc occupat, locum est translatum, et *possim* repositum pro *possis*, quod tamen et ipsum in 17. 18. 24. 46-49. legitur. Eo minus autem illi dubitarunt, quin hæc verba ab

ipso poëta essent profecta, cum glossa ista versus esset hexameter; quod vero vel casu fieri potuit cæco, vel parva verborum transpositione. Conf. Excurs. ad Sat. v. 90. 91.

Has conjecturas vidi postea firmari auctoritate non tam cod. 13. e quo hic versus una cum seq. ejectus est, (ut trecenti alii; unde haud quicquam fere momenti habet in re critica) quam codicis vetustiss. 8. in quo versus 118-124. hoc ordine ac modo leguntur.

Vivendum recte, cum propter plurima, tunc est
Idcirco ut possis linguam contemnere servi,
Præcipue causis, ut linguas mancipiorum
Contemnas. nec lingua mali pars pessima servi.
Deterior tamen hic, qui liber noverit illos,
Quorum animas et farre suo custodit et ære.
Utile consilium, cet.

Hinc Pithœum quoque jam olim versum hunc tollendum de medio, ut supposititium, aut potius duplicem quasi censuisse, animadverto. Sic in eodem Ms. mox post vs. 134. legitur hic: *Gratus eris. tu tantum fucis inprime dentem.*